UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

urn:nbn:de:hbz:466:1-66066

Visual Library

Th 7
178

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 5178.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bibliotth. Theodor. Paderb.

CLAUDII FLEURII
ABBATIS
HISTORIA ECCLESIASTICA
LATINE REDDITA
ET NOTIS ILLUSTRATA
A
R. P. BRUNONE PARODE
ORD. S. BEN. IN MONASTERIO ETTALENSI
PROFESSO p. t. SUBPRIORE.

TOMUS VII.
AB ANNO 483. USQUE AD ANNUM 561.

Collegii Paderani Soc. Jesu. 1762.

Cum Approbatione & Consensu Superiorum.

AUGUST. VIND. & OENIPONTI
IMPENSIS JOSEPHI WOLFF. MDCCLIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRÆFATIO.

Tomi VII. Materia.

In Historia Ecclesiastica gressum promoventibus, Amice Lector! major se nobis in dies rerum narrandarum campus aperit, atque hæc quoque Pars non minus scitu jucunda, quam utilia & mirabilia Lectori Scientiæ Ecclesiasticæ studioso exhibet. Leges, & agnoscis in Sacramentario, quod S. Gelasium Auctorem habere non sine fundamento creditur, Sacrorum Rituum in Ecclesia Catholica Antiquitatem, & Majestatem, quæ ne in oculis Lectorum Protestantium emicaret, folia ista Interpres Protestans solertissima impudentia omisit. Leges, Clodo-

veum Francorum Regem ad Fidem converſum, quem inter ceteros illius ætatis Reges, omnes Hæreticos, ſibi Deus Catholicum & Primogenitum elegit.

Leges, Anaſtaſii Imperatoris verſutiam, Juſtiniani inconſtantiam, Eccleſiam Conſtantinopolitanam ſub Juſtino Seniore cum Romana reconciliatam, & damnata in quinto Concilio Oecumenico tria Capitula. Utinam hæc utriusque Eccleſiæ Orientalis & Occidentalis conjunctio exoptata in perpetuum duraſſet! Præterea hanc Hiſtoriæ Partem S. Patris Benedicti ortus, vita, miracula, & Regula mirifice exornant, cujus Sacer Ordo, ſicut hodieque in Eccleſia floret, ita Deum precor, ut usque in finem temporum fulgeat.

Diſceptationes de Religione nocent.

Interim Interpres Proteſtans, ſexta translati in patrium ſermonem Fleurii Parte in lucem emiſſa, Verſionem meam Latinam, quam ignorare non poteſt, penitus diſſimulat. Patientia ſuſpecta! At Parti huic ſextæ præfixit Diſſertationem, quam Anglus Ano-

Anonymus ante annos nonaginta scripsit, homo, si solum nomen, & eruditio sufficiat, Christianus, cujus vero Ecclesiam nemo facile divinaverit. Is multis Paragraphis probat, Disceptationes & rixas, in Materia Religionis, Ecclesiæ esse summe noxias, nempe rem, de qua hactenus dubitavit nemo. Sed nullum indicat remedium, nisi unum omnibus, Hæreticis æque ac Orthodoxis silentium. Nullam ab altera, si modo in ea Nomen Christi jactetur, discernit Ecclesiam, nisi quod notabilius Romanam perstringat, atque Romanorum Pontificum ambitionem, & Clericorum avaritiam reprehendat. Verumenimvero, dato etiam quod aliqui Romanorum Pontificum ambitione, & Clerici multi avaritia laboraverint, quæso! num ideo verum non est, in sola Romana Communione Antiquitatem, Unitatem, Auctoritatem, & ceteras veræ Christi Ecclesiæ Notas reperiri? Dicit hic Anglus pag. 17. Ich möchte alsdenn (tempore mortis) den größten Religionsstreiter fragen, ob er nicht lieber im Gebethe und in Austheilung der

Almosen wünschete erfunden zu werden, als in der Arbeit, daß er seinen Mitknechten Streiche giebt? Optima Regula! cur igitur eam Interpres noster Protestans Anonymus, quem tamen nominare possem, si vellem, non est secutus? cur Fleurii, Viri Catholici, Historiam Ecclesiasticam vertere aggressus toties contextum corrupit? cur Annotationes in Summos Pontifices, Clericos, & Ecclesiam Catholicam contumelioſas adjecit? an non & ipse tempore mortis suæ potius orando tempus consumpsisse, & eleemosynas dedisse volet? an vir prudens & pacis amans credere potuit, neminem Catholicorum tantæ proterviæ Versionem, prout meretur, castigaturum? judicet Lector! Quis, saltem inter nos duos, rixarum, quæ secundum ipsius opinionem tantopere Christianis nocent, Auctor extiterit?

Interpretis Protestantis calumniæ.

Sed ecce, novum argumentum! quantum, si Superis placet, pacem & concordiam inter omnes Christianos conservandam amet! nam idem Interpres Protestans ad hanc Angli Anonymi Dissertationem Notam addidit hujus-

hujusmodi, pag. 43. Die Wahrheit dieses Satzes kann mit den Chinesischen Mißionsgeschichten erläutert werden, die von der Römischen Kirche veranstaltet worden, die aber unzähliges Unheil nach sich gezogen . . . & paulo infra: Ein Dominicaner, ein Franciscaner, ein Augustinianer, ein weltlicher Priester, der unter die Heiden reiset, nimmt nichts mehr mit, als einen grossen Eifer für seinen Glauben, seine Schulgelehrsamkeit, und einen guten Vorrath von abergläubigen Meynungen. Dazu kömmt bey vielen der Wille sich der Leichtglaubigkeit des Volks zu seinem Zweck zu bedienen, und durch einen frommen Betrug, durch ein vorgegebenes Wunder, der Religion ein Ansehen zu verschaffen. Das ist die ganze geistliche Rüstung eines ordentlichen Römisch-catholischen Heidenbekehrers. Allein ein Jesuit lässet seine Schulgelehrsamkeit zu Haus, und führet an der Stelle derselben einige Regeln der Klugheit mit sich, die ihm der treue Fleiß seiner Obern und Lehrer eingeschärfet hat. Ein Muster solcher Be-

Lehrer war der Jesuit Ricci. &c. Vah Charitatem hominis! qui ante paucu-las lineas nos docuit, melius esse ora-re, & eleemosynas dare, quam Chri-stianum, Fratrem suum, cujuscunque Sectæ demum sit, acerbe insectari! Missiones Sinenses A. R. P. Florianus Bahr editis Annotationibus contra Jo-annem Laurentium Mosheimium satis defendit, & Sacer hic Ordo Patrono aliunde advocato non indiget. Nec etiam cur Novatores nunquam non Pa-tribus S. J. furiosius quam aliis Viris Religiosis irasci soliti sint, quisquam ignorat. Illud vero, quod de ceteris Viris Religiosis Catholicis mentitur, insignis calumnia est; cum omnibus constet, neminem, præsertim hodie, nisi maxima in Deum & proximum Charitate sit, onerosam Missionis pro-vinciam posse in se suscipere, & jam sæpius in meis Annotationibus osten-derim, hunc Protestantem, quoties-cunque de Superstitionibus Catholi-corum tricatur, vel turpiter ignorare, quid Superstitio Theologice sit, vel nequiter dissimulare. Nempe, si In-terpres noster Protestans cum bona

venia

venia uxoris (præsumo enim, quod habeat, quia Continentiæ hostis acerrimus est, prout ex Annotationibus suis contra Clericos Romanæ Ecclesiæ judicari debet) nisi eam secum ad Indias trahere vellet, Lutheri Evangelium prædicaturus migraret; quam, obsecro! Infidelibus afferret Doctrinam? nullam certe aliam, quam ut in JEsum Christum crederent; relicta libertate, deinde Sacram Scripturam, ubi de JEsu Christi Divinitate & Humanitate loquitur, vel cum Arianis, vel cum Nestorianis, Eutychianis, Monothelytis ceterisque Hæreticis explicandi; Doctrinam, inquam, nullius Ecclesiæ Auctoritate fundatam, & denique talem, qualem Anglus Anonymus, cujus Dissertationem adduxit, profitebatur, quæ nullo sensibili signo ab omnium temporum Hæresibus discerni possit. Tu vero, Lector Benevole! laborem meum quantulumcunque boni consule,

& vale!

CONSPECTUS
TOMI SEPTIMI.
LIBER XXX.

§. 1. Sanctus Eugenius Episcopus Carthaginensis. Pag. 1
§. 2. Quæ Persecutionem præcesserunt. 5
§. 3. Confessores Exules. 8
§. 4. Rex vocat Catholicos ad Colloquium. 12
§. 5. S. Eugenii Miracula. 14
§. 6. Collatio soluta. 17
§. 7. Episcopi pulsi. 22
§. 8. Vigilius Tapsensis. 25
§. 9. Persecutio universalis. 27
§. 10. Lingua Martyribus excinditur. 31
§. 11. Alii Martyres. 33
§. 12. Clerici Carthaginenses relegantur. 36
§. 13. Catholici vi adhibita rebaptizantur. 38
§. 14. Legatorum Pontificiorum Constantinopoli Inobedientia. 41
§. 15. Legati condemnantur. 44
§. 16. Acacius Constantinopolitanus damnatur. 47
§. 17. Petrus Fulo restituitur. 52
§. 18. Xenaias Iconoclasta. 53
§. 19. S. Barnabæ Reliquiæ. 54

§. 20.

§. 20. Felicis Papæ Epistola ad Ecclesiam Africanam. 57
§. 21. Acacius Constantinopolitanus e vivis excedit. 60
§. 22. Zeno fatis fungitur. Anastasius Imperator. 63
§. 23. S. Sabæ Initia. 65
§. 24. S. Sabæ Ordinatio. 68
§. 25. S. Theodosius. 71
§. 26. Felicis Papæ obitus. Gelasius Papa. 73
§. 27. Theodoricus Rex Italiæ. 78
§. 28. Gelasii Papæ Commentarius contra Græcos. 79
§. 29. Pontificis Epistolæ contra Pelagianos. 84
§. 30. Gennadius Massilienfis. 85
§. 31. Gelasii Papæ Epistola ad Imperatorem. 88
§. 32. S. Epiphanii Ticinenfis Legatio. 90
§. 33. S. Epiphanii vita. 93
§. 34. Gelasii Papæ Decretales. 97
§. 35. Concilium Romæ. Librorum Censura. 101
§. 36. Litteræ ad Episcopos Dardaniæ. 105
§. 37. Alia contra Acacium Scripta. 113
§. 38. Concilium. Absolutio Miseni. 116
§. 39. Euphemius Constantinopoli ejicitur. 118
§. 40. Elias Patriarcha Jerosolymitanus. 119
§. 41. Gelasii Papæ obitus. 121
§. 42. S. Gelasius de Sacramentis. 128
§. 43. Cæremoniæ in Baptismo adhibendæ. 131
§. 44. Alia Officia. 135
§. 45. Clodoveus convertitur. 138
§. 46. Clodoveus baptizatur. 141
§. 47. Anastasius Papa ad Imperatorem scribit. 144
§. 48. Symmachus Papa. Schisma Laurentii. 148
§. 49. Symmachus coram Theodorico accusatur. 151
§. 50. Concilium Palmare. 152
§. 51. S. Aviti Epistola. 158
§. 52. Collatio Lugdunenfis cum Arianis. 160
§. 53. Lis inter Ecclesiam Viennenfem & Arelatenfem. 167
§. 54. Decreta ne Bona Ecclesiarum alienentur. 168
§. 55. Apologia pro Symmacho Papa. 170
§. 56. Anastasius Catholicos persequitur. 176
§. 57. Persecutio in Africa. 179

§. 58. S. Fulgentii Principia. 181
§. 59. S. Fulgentius in Siciliam navigat. 186
§. 60. S. Fulgentius Episcopus. 190
§. 61. S. Fulgentii Exilium. 193

LIBER XXXI.

§. 1. Concilium Agathense. 197
§. 2. S. Cæsarii initia. 205
§. 3. Episcopi pulsi. 210
§. 4. S. Severinus Agaunienſis. 212
§. 5. Clodoveus in Alaricum movet. 214
§. 6. Calumnia in S. Cæsarium. 218
§. 7. S. Cæsarii Regula. 220
§. 8. Concilium Aurelianense primum. 224
§. 9. Sancti in Gallia Episcopi. 228
§. 10. Turbæ Schismaticorum in Oriente. 231
§. 11. Macedonius Constantinopoli pellitur. 238
§. 12. Concilium Sidonienſe. 241
§. 13. S. Sabas Constantinopoli. 243
§. 14. S. Joannes Silentiarius. 248
§. 15. Novæ Lauræ principia. 253
§. 16. Symmachi Papæ Epistolæ ad Orientales. 254
§. 17. S. Cæsarius in Italia. 257
§. 18. Symmachi obitus. Hormisdas Papa. 261
§. 19. Seditio in Imperatorem Anastasium movetur. 264
§. 20. Severus Patriarcha Antiochenus. 267
§. 21. Imperator Papæ scribit. 273
§. 22. Pontificis Mandata Legatis data. 275
§. 23. Anastasii Imperatoris Versutia. 282
§. 24. Episcopi Illyrici Papæ consentiunt. 283
§. 25. Epistola Papæ ad S. Avitum Viennenſem. 286
§. 26. Altera Constantinopolim Legatio. 288
§. 27. Elias Jerosolymitanus ejicitur. 293
§. 28. Epistola Monachorum Palæstinæ. 297
§. 29. Joannes Patriarcha Constantinopolitanus. Dioscorus Alexandrinus. 300
§. 30. Concilium Epaunense. 302
§. 31. Alia Concilia. 307
§. 32. Epistola Monachorum ex Syria ad Papam. 312
§. 33. Anastasii Fatum. Justinus Imperator. 315

§. 34. Populus Constantinopolitanus acclamat. 317
§. 35. Acclamationes Diei 16. Julii. 320
§. 36. Concilium Constantinopolitanum. 323
§. 37. Pax Jerosolymæ acceptatur. 325
§. 38. Reconciliatio Tyriensium. 326
§. 39. Severus accusatur. 331
§. 40. Petrus Apamiensis accusatur. 334
§. 41. Legatio Romana tertia Constantinopolim. 337
§. 42. Legatorum iter. 340
§. 43. Ecclesia Constantinopolitana cum Romana reconciliatur. 344
§. 44. Severus Antiochia pellitur. 347
§. 45. Theodoreti Imago honoratur. 349
§. 46. Legatis Thessalonicæ vis infertur. 350
§. 47. Hormisdæ Papæ Moderatio. 355
§. 48. Quæstio Monachorum ex Scythia. 358
§. 49. Epistolæ Pontificis. 362
§. 50. Epistola ad Possessorem. 365
§. 51. Joannis Episcopi obitus. Epiphanius Episcopus Constantinopolitanus. 368
§. 52. Papæ Epistolæ de Orientalium Causa. 372
§. 53. Liber Joannis Maxentii. 374
§. 54. S. Fulgentii Libri. 376
§. 55. S. Fulgentius secundo Exul. 380
§. 56. Alia S. Fulgentii Opera. 382
§. 57. Episcopi Africæ ab exilio revocantur. 387
§. 58. Hormisdæ Obitus. Joannes I. Papa. 390
§. 59. In Manichæos animadvertitur. 391
§. 60. Persecutio Christianorum in Arabia. 395

LIBER XXXII.

§. 1. S. Sigismundi Mors. 397
§. 2. Concilia in Hispania. 399
§. 3. Concilia in Africa. 405
§. 4. Exemptio Monasteriorum. 409
§. 5. Joannes Papa Constantinopoli. 413
§. 6. Boetii & Symmachi fata. 416
§. 7. Joannis I. Obitus. Felix IV. Papa. 418
§. 8. Theodorici Regis Fata. 421
§. 9. Patriarchæ Jerosolymitani & Antiocheni. 422
§. 10. Justini Obitus. Justinianus Imperator. 423

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 11. Leges Ecclesiæ faventes. 425
§. 12. Concilia in Gallia. 430
§. 13. S. Benedicti Initia. 435
§. 14. Regula S. Benedicti. Officium Divinum. 442
§. 15. Labor. 446
§. 16. Alimenta. 450
§. 17. Vestes &c. 453
§. 18. Regimen. 456
§. 19. Susceptio Novitiorum. 458
§. 20. S. Equitius Abbas. 463
§. 21. Felicis Papæ Obitus. Bonifacius II. Papa. 467
§. 22. Concilium Toletanum. 469
§. 23. Concilium Romanum. Appellatio Stephani Lariſſæi. 471
§. 24. Vicariatus Theſſalonicenſis. 478
§. 25. Bonifacii II. Obitus. Joannes II. Papa. 479
§. 26. Converſio Barbarorum. 481
§. 27. Leges contra Hæreticos. 483
§. 28. Samaritanorum Seditio. 485
§. 29. S. Sabas Conſtantinopoli. 488
§. 30. S. Sabæ Obitus. 492
§. 31. Schiſma Alexandrinum. 493
§. 32. Collationes Conſtantinopoli. 496
§. 33. Dies ſecunda. 500
§. 34. Collationis exitus. 503
§. 35. Monachi Acemetæ Romæ. 505
§. 36. S. Fulgentii Opera ultima. 507
§. 37. S. Fulgentii Obitus. 512
§. 38. Dionyſius exiguus. 513
§. 39. Acemetæ damnantur. 516
§. 40. Codex Juſtiniani. 518
§. 41. Concilia in Gallia. 519
§. 42. SS. Epiſcopi in Gallia. 521
§. 43. Non nulli SS. Epiſcopi. 525
§. 44. Concilium Claromontanum. 530
§. 45. S. Clodoaldus. 532
§. 46. Monaſteria in Galliis. 536
§. 47. Joannis II. Obitus. Agapitus Papa. 541
§. 48. Juſtinianus Africam recuperat. 542
§. 49. Concilium Carthaginenſe. 546
§. 50. Leges Ecclesiæ faventes. 548

§. 51. Agapiti Papæ Epiſtolæ. 554
§. 52. Epiphanius obit. Anthimus Patriarcha Conſtantinopolitanus. 556
§. 53. Agapitus Papa Conſtantinopoli. 558
§. 54. Anthimus deponitur. 560
§. 55. Concilium Conſtantinopolitanum ſub Menna. 564
§. 56. Severus, Petrus, & Zoara damnantur. 569
§. 57. Silverius Papa. Deinde Vigilius. 574
§. 58. Epiſtolæ Vigilii. 578
§. 59. Concilium Aurelianenſe tertium. 581
§. 60. S. Albinus Andegavenſis. 585

LIBER XXXIII.

§. 1. Paulus Patriarcha Alexandrinus. 587
§. 2. Agnoitæ & Tritheitæ. 590
§. 3. Origeniſtæ in Palæſtina. 593
§. 4. Juſtiniani Edictum. 598
§. 5. Aliæ Juſtiniani Leges. 602
§. 6. Jurisdictio Eccleſiaſtica. 609
§. 7. Barbarorum Converſio. 613
§. 8. Perſæ Orientem depopulantur. 615
§. 9. Totila coram S. Benedicto. 619
§. 10. S. Benedicti Miracula. 621
§. 11. S. Scholaſtica. 623
§. 12. S. Benedicti obitus. 624
§. 13. S. Maurus in Gallia. 627
§. 14. S. Cæſarii Arelatenſis obitus. 629
§. 15. Concilium Aurelianenſe IV. 632
§. 16. Epiſcopatus Melodunenſis. 635
§. 17. Vigilii Papæ Epiſtolæ ad Auxanium. 637
§. 18. Aratoris Poëma. 638
§. 19. S. Cerbo. 639
§. 20. Origeniſtarum in Palæſtina motus. 640
§. 21. Juſtinianus tria Capitula damnat. 645
§. 22. Epiſcopi ſubſcribunt. 648
§. 23. Error circa Diem Paſchæ. 651
§. 24. Totila Romam capit. 652
§. 25. Africani tribus Capitulis favent. 654
§. 26. Vigilius Papa Conſtantinopoli. 656
§. 27. Regula S. Aureliani. 660

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 28. Concilium Aurelianenſe quintum. 661
§. 29. Cautinus Epiſcopus Claromontanus. 665
§. 30. Papæ Epiſtolæ ad Aurelianum & Valentinianum. 667
§. 31. Sententia in Ruſticum & Sebaſtianum lata. 669
§. 32. Concilium tribus Capitulis favens. 674
§. 33. Facundi liber. 675
§. 34. Theodorus Mopſueſtenus defenditur. 681
§. 35. Propoſitum Concilium Generale convocandi. 685
§. 36. Concilium Mopſueſtenum. 687
§. 37. Vis Papæ illata. 689
§. 38. Epiſtolæ Legatorum Franciæ. 697
§. 39. Concilium Pariſienſe ſecundum. 698
§. 40. Delegati Palæſtinæ Origeniſtis adverſantur. 700
§. 41. Miraculum in puero Judæo. 703
§. 42. S. Eutychius Patriarcha Conſtantinopolitanus. 705
§. 43. Secundum Concilium Conſtantinopolitanum, univerſale quintum. Collatio prima. 709
§. 44. Collatio ſecunda. 714
§. 45. Collatio tertia & quarta. 717
§. 46. Vigilii Papæ Conſtitutum. 722
§. 47. Collatio quinta. 728
§. 48. Collatio ſexta. 735
§. 49. Collatio ſeptima. 739
§. 50. Collatio octava. Damnantur tria Capitula. 744
§. 51. Origenes damnatur. 749
§. 52. Papa Concilio conſentit. 751
§. 53. Concilium V. in Oriente recipitur. 756
§. 54. Schiſma in Occidente. 757
§. 55. Pelagius Papa. 761
§. 56. Papa Schiſmaticos perſequitur. 762
§. 57. Epiſtolæ Papæ in Galliam miſſa. 767
§. 58. Concilia Arelate & Pariſiis celebrata. 770
§. 59. S. Germanus Pariſienſis. 774
§. 60. Viri Sancti in Gallia. 777
§. 61. Pelagii obitus. Joannes III. Papa. 780
§. 62. Caſſiodorus. 781

* * *

HISTO-

BAPTISMUS CLODOVÆI.

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXX.

S. FELIX, PAPA.
ZENO IMPERATOR ORIENTIS,
ET ODOACER REX ITALIÆ.

§. I.

S. Eugenius Episcopus Carthaginensis.

In Africa Genserico Vandalorum Rege sub initium anni 477. rebus humanis erepto, succedens Hunericus filius ejus natu major in ipso Sæculum V. A.C. 483.

Vid. vit. lib. II. n. 1.

Sæculum V. A. C. 483.

Regni auſpicio ingenii moderationem præſertim erga Chriſtianos oſtendit. Jamque conventus agere in illis locis incipiebant, in quibus antea Genſericus id fieri prohibuerat. Hunericus Manichæos diligenter, ipſo imperante, conquiſitos, partim flammis tradidit, alios navigare juſſos Africa expulit; cumque sciret, eorum ferme omnes, præſertim Presbyteros, & Diaconos Hæreſi Ariana, quam ipſe tenebat, eſſe imbutos, pudore excitatus, multo magis iſtud hominum genus averſatus eſt. Aliquis Manichæorum, Monachus, cui nomen Clementianus, coxendici (*) inciſa habebat hæc verba: *Manes JEſu Chriſti Diſcipulus.*

Ruin. Hiſt. part. 2. c. 7. Sup. lib. XXVII. §. 58.

Elapſi jam erant anni viginti quatuor, ex quo Sedes Carthaginenſis vacabat. Tandem Hunericus Zenonis Imperatoris, & Placidiæ Principis, cujus Sororem conjugem habebat, precibus dedit, ut Catholicis liceret in ea Civitate Epiſcopum eligere. MiſitHunericus ad Eccleſiam Alexandrum, Imperatoris Zenonis Legatum, & unum ex ſuis Notariis, nomine Vitaritum; is Cæſaris Edictum ferebat, quod

(*) Hier giebet der Proteſtantiſche Ueberſetzer gleich auf der erſten Seite eine Probe, daß er an den fünften Theil ſeiner Ueberſetzung keinen gröſſern Fleiß gewendet, als an die vorigen, da er überſetzet: ſur ſa cuiſſe, Coxendici, auf ſeine Taſche.

quod publice jussit recitari; Litterarum Summa hæc erat: *Dominus noster ab Imperatore Zenone, & Nobilissima Placidia, rogatus concedit vobis facultatem eligendi Episcopum, quem volueritis, ea conditione, ut nostræ Religionis Episcopis, qui Constantinopoli, & in aliis Orientis Provinciis sunt, Libertas, tali quo voluerint Idiomate in suis Ecclesiis prædicandi, & Religionem Christianam exercendi, concedatur, sicut vobis hic, & in aliis Africæ Ecclesiis Missas celebrandi, Prædicandi, & vestræ Religioni vacandi, libertas est. Hoc enim nisi servetur Pactum, Episcopus in ista Civitate ordinandus, & cæteri Africæ Episcopi cum suis Clericis ad Mauros proscribentur.* Hoc Edicto in Ecclesia Carthaginensi 18va Junii recitato, Episcopi Catholici, quotquot præsentes erant, ingemuere, cum cernerent, quibus fraudibus Persecutio pararetur. Ad Regis Mandatarium dixerunt: *absint conditiones periculo plenæ! præstat, ut sine istis hæc Ecclesia Episcopum non habeat. Hanc Ecclesiam ulterius custodiet JEsus Christus, cujus auxilium huc usque experti sumus.* Sed non acquievit Mandatarius, licet populus ingenti clamore idem expetere non cessaret. Sæculum V. A. C. 482.

Itaque Eugenius incredibili populi gaudio ordinatus est Episcopus Carthaginensis; quippe permagnus erat juve- n. 3.

Sæculum V. A. C. 483.

num numerus, qui in Ecclesiæ hujus Cathedra Episcopum sedentem nunquam viderant. Sancti viri virtus brevi tempore non Catholicorum modo, sed & omnium ordinum animos ei conciliavit; erat enim humilis, charitate plenus, & prono in miseros animo. Tam largas manu liberalissima eleemosinas dispergebat, ut fidem superet. Nam quamvis Barbari omnia Ecclesiæ Bona occupassent, non deerant tamen Sancto Episcopo alia subsidia, multis quotidie magnas opes afferentibus, quas ipse bona fide inter indigentes distribuebat, nihil ultra, quam illa die necessarium erat, reservans. Nunquam acceptas pecunias in diem alteram reponebat, nisi cum forte, serius allatæ, ante noctem erogari non potuissent. S. viri fama brevi Episcoporum Arianorum invidiam excitavit, præsertim Cyrili, inter cœteros potentissimi. Hi Regi ingerebant; non leve Religioni periculum creari, si Eugenius ultra prædicare sineretur. Volebant, ut ipse Eugenius prohiberet, ne quis vir, vel mulier, si gererent vestem, qua Barbari incedere solebant, Ecclesiam ingrederentur. Eugenius respondebat; oportere, ut Ecclesiæ janua omni hominum generi pateret. Id vero dicebat, illorum maxime Christianorum causa, qui, cum in Regia famularentur, Vandalorum modo vestiri cogebantur.

§. II.

§. II.

Sæculum V.
A. C. 483.

Quæ Perſecutionem præceſſerunt.

Hac Epiſcopi reſponſione ad Hunericum delata, ad portam Eccleſiæ in ſtatione eſſe juſſit Satellites, qui videntes virum, aut fæminam amictu Vandalico ingredi, bacillos cuspide munitos ſubeuntium capiti injectos, crinibus implicabant, tum vi magna retrotrahentes, non capillamentum modo, ſed & cutem a miſerorum vertice avellebant. Eorum aliqui in hoc cruciatu oculos amiſerunt, aliqui præ doloris magnitudine animam efflarunt, alii multo tempore ſuperfuere. Mulieres, ut erant dilaniato capite, per urbis compita ducebantur, præcedente Præcone, ad terrorem populo incutiendum. Nihilominus neminem iſta ſævitia a vera Religione abſtraxit. Aliud deinde Hunericus cepit conſilium; Catholicis, qui in Aula verſabantur, ſtipendia ademit, & dimiſſos in agros juſſit rurales labores ſubire. Itaque viri liberi nati, & delicate enutriti, in campos Uticenſes deducuntur, ut ſub ardenti ſole meterent. Uni eorum a longo jam tempore manus aruerat, cumque nihilominus ad laborandum adigeretur, omnium cœterorum oratione ſanatus eſt. Hæc Perſecutionis initia fuere, quam Hunericus movit, Princeps in ſuos quoque crudelis, quippe ut *n. 4.*

Sæculum V. A C 83. Regnum filiis assereret, alios sanguine sibi propinquos ferro sustulit. Quemdam Episcopum Arianorum, nomine Jocondum, quem suum Patriarcham dicebant, & multos Presbyteros, Diaconosque comburi jussit.

n. 6. Biennio ante Persecutionem universalem multis visiones oblatæ, quas omina e Cœlo missa crediderunt. Aliquis eorum vidit Fausti Ecclesiam, quæ illa tempestate Carthagine præcipua erat, more solito ornatam, peristromatis stratam, plurimis accensis cereis, & Lucernis illustratam; dum lætatur, subito extinguuntur lumina, tenebræ sequuntur, & fœtor. Maximo numero homines albas vestes indutos, qui in Ecclesia orabant, quidam Æthiopes ejiciunt. Is, qui hanc speciem vidit, eam Episcopo Eugenio, præsente Victore Episcopo Vitensi, hujus historiæ Scriptore, narravit. Alius vidit ingentem frumenti acervum unacum paleis; ecce autem superveniente turbine ablatæ sunt paleæ, & solum frumentum relictum. Advenit deinde magno corpore vir, qui vultu, & habitu splendente cœpit frumentum purgare, grana tenuia, & exilia projiciens, ita ut congeries admodum parva remaneret. Quintianus Episcopus in monte stare sibi videbatur, unde conspiciebat innumerabilem ovium gregem, & in medio duo ahena ignita,

ignita, lanionesque, qui oves occidebant, & in ignem projiciebant; ita grex totus periit. Quibusdam aliis etiam similes visiones objectæ. Sæculum V. A. C. 483.

Tum Hunericus Mandatum edidit, ne quis in Regia ministraret, aut quocunque Munere in Republica fungeretur, nisi Arianus esset. Plurimi, ut Fidem conservarent, munus abdicarunt. Hos e domibus suis pulsos, & omnibus bonis spoliatos, in Siciliam, & Sardiniam relegavit. Illud quoque præcepit, ut Episcoporum Catholicorum bona ipsis defunctis Fisco cederent, & ne Successor ordinaretur, priusquam quingentos nummos aureos Fisco numerasset. Cum vero Optimates monuissent, ita futurum, ut Episcopi Arianorum in Thracia, aliisque Regionibus eodem rigore, aut durius haberentur, Mandatum irritum pronunciavit. Virgines sacras deinde in unum locum colligi, nulla habita muliebris verecundiæ ratione a Matronis suæ nationis corpora explorari, & torqueri jussit, indicia contra Episcopos expressurus. Sanctimoniales istæ suspendebantur, & gravia onera pedibus alligabantur. Laminæ ferreæ calentes earum dorso, utero, pectori, lateribus admovebantur, instabantque tortores, ut faterentur, se Episcoporum, & Clericorum Catholicorum libidini servire. Non nullæ in illis tormentis extinctæ, aliquæ n. 7.

Sæculum V. A.C. 483. reliquo vitæ tempore nunquam erecto corpore ingredi potuere. At a nulla extortum, ut quidquam diceret, quod Ecclesiam Catholicam calumniandi ansam præberet.

§. III.

Confessores Exules.

n. 8. Necdum quievit furor Regis, sed Episcopos, Presbyteros, Diaconos aliosque Catholicos, homines quater mille nongentos septuaginta sex in Deserta migrare compulit. Eorum aliquos vexabat podagra, alii præ Senectute oculorum lumen amiserant. Felix Abbiritanus, qui ab annis quadraginta Episcopali Dignitate fulgebat, Paralysi laborabat, & non solum sensuum usu, sed etiam loquendi facultate carebat. Episcopi Catholici, cum non occurreret, qua arte omnibus membris languentem abveherent, miserunt, qui Regem rogarent, ut liceret Carthagine relinquere, brevi moriturum. Respondit Rex: *si equo vehi nequit, alligetur indomitorum boum cornibus, & quo jussi, deferatur.* Igitur, ut potuerunt transversum mulo impositum, & modo, quo lignum solet, funibus adstrictum, Carthagine abduxerunt. Omnes Confessores in urbes Siccam, & Laream coacti, unde a Mauris in Deserta abducendi
n. 9. erant. Statim carcere incluſi sunt, quo Colle-

Collegis eorum ingredi, Prædicare, & Divina celebrare Mysteria (*) licebat. Parvuli quoque cum Episcopis aderant, quos seducere Matres conabantur, hæ enim, ut periculo prolem eriperent, consensuræ erant, ut rebaptizarentur. Nullus illorum infantum, quis crederet? vehementi tentationi succubuit. Sæculum V. A. C. 483.

Confessores postea in arctius ergastulum detrusi. Nemini amplius eos invisendi licentia facta, & excubitores severissime castigabantur. Captivi angustia loci adeo premebantur, ut spatium non esset, quo ad levandum corpus digrederentur, hinc brevi fœtor, & horror, omnibus tormentis gravior, exortus est. Confratres eorum, atque inter alios Victor Historiæ Scriptor, cum sibi secreto aditum parassent, in accessu sordibus genuum tenus immergebantur. Tandem Mauri magna vociferatione imperarunt, ut ad iter capessendum se expedirent. Exierunt Die Dominica sordescentibus non solum vestibus, sed etiam capite, & n. 10. n. 11.

(*) Et Divina celebrare Mysteria, hat der Protestant gegeben: Und das Heil. Abendmal reichen. Dieser Uebersetzer vermeydet sorgfältig diejenigen Ausdrücke, welche erweisen, daß man in der alten Kirche Messe gelesen; und so werden den Protestantischen Lesern dieser Kirchengeschichte ganz falsche Begriffe beygebracht.

Sæculum V. A.C. 483.

facie. Nihilominus cantabant: *Gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.* Cyprianus Episcopus Unizibanus abeuntes consolatus omnia, quæ habuit, dedit, cupiens unacum ipsis abduci. Idem plurima posteriori tempore tulit, & post carceris squalorem in Exilium missus est. Undique confluebant populi SS. Confessores visuri; angustæ nimis erant viæ, valles etiam, & montes replebantur Fidelibus. Cereos manibus gestabant, & liberos suos ante pedes Sanctorum ponebant. Clamabant: *cui nos derelinquitis, ad Martyrium properantes? quis hos parvulos baptizabit? quis nobis Pœnitentiam, & Reconciliationem* (*) *tribuet? quis nos, si mortui fuerimus, sepeliet? quis Divinum Sacrificium inter consuetas Cæremonias offeret? cur in mortem vos sequi non licet?*

Psal. 149. 9.

SS. Confessores.

Mul-

(*) Qui nous donnera la Penitence, & la Reconciliation? hæc verba non aliter, quam de absolutione Sacramentali, & secreta accipi possunt.

Der Protestant hat hier mit seiner verwegenen Kritik alles verkehret. Die Worte: *quis nobis Pœnitentiam, & Reconciliationem tribuet?* hat er gut Lutherisch gegeben auf seiner 7. Seite im 5. Theile. Wer wird unsere Buß annehmen, und uns die Versöhnung ankündigen? Die folgenden Worte aber: Quis Divinum Sacrificium inter consuetas Cæremonias offeret? hat er platterdinges weggelassen.

Multorum oculos in se convertit Mulier, saccum portans, & puerulum manu ducens, cui ajebat: *curre, mi Herule! non vides hos omnes Sanctos ad recipiendam Coronam festinare?* qui Confessores comitabantur, increpabant mulierem, quod tanto virorum numero se viæ sociam jungeret. Ipsa dixit: *orate Deum pro me, & pro puero isto, nepote meo. Filia sum defuncti Episcopi Zuritani, hunc puerum abduco, ne eum solum inveniant hostes, & in mortem abstrahant.* Episcopi lacrymis perfusi responderunt: *Fiat Voluntas Dei!* Sæculum V. A. C. 483.

Noctu potius, quam interdiu proficiscebantur, ne ardore Solis urerentur, & ad cellas subterraneas sibi præparatas non sine maxima molestia divertebant. In itinere si Senes, aut pueri linquentibus viribus defeciissent, spiculis pungebantur, aut conjectis lapidibus ad gradiendum compellebantur. Mauris postea imperatum, ut pedes eorum, qui ingredi non valerent, funiculis innecterent, & modo, quo Brutorum cadavera solent, rapta- n. 11. n. 12.

lassen. Die Unterdrückung solcher Worte ist so viel als ein eigenes Geständniß unsers Uebersetzers, daß die wahre Gegenwart des Leibes Christi im H. Meß-Opfer eine Wahrheit sey, welche das Zeugniß aller Jahrhunderte für sich hat, und er sie dannoch wissentlich anfechte.

Sæculum V. A. C. 483. raptarent per loca aſpera, & ſaxa rigentia; ita veſtimenta primum, & deinde membra lacerabantur. Huic caput contritum, alteri perfoſſum latus, multis ſpiritus eliſus, quos, ut potuere, ſecus viam publicam ſepelierunt. Cœteri in Deſertum, ut deſtinatum erat, perducti; ibi ipſis hordeum in cibum datum, equorum in illa Regione pabulum; ſed & iſtud poſtea ſubtractum. Terram ibi plurimi ſcorpiones, aliaque animalia virulenta infeſtabant; at nemini ex Dei famulis illis mortem intulerunt.

§. IV.

Rex vocat Catholicos ad Colloquium.

In Feſto Aſcenſionis anno 483. præſente
n. 13. Regino, Imperatoris Zenonis Legato, Hunericus Epiſcopo Eugenio Mandatum miſit, quod in Eccleſia recitaretur. Idem etiam per curſores in univerſam Africam miſſum. In eo Rex loquebatur in hunc modum: *Hunericus Rex Vandalorum, & Alanorum, omnibus Epiſcopis HOMOUSIANIS. Sæpe vobis præceptum, in Vandalorum Regionibus Conventus non agere, ne Animas Chriſtianas ſeduceretis. Jam vero exploratum habemus, in noſtris Partibus Miſſas fuiſſe celebratas in Mandatorum iſtorum contemptum, dicunt enim, ſe velle Fidei Chriſtianæ integritatem*

tem conſervare. Itaque, cum in Provinciis, quas ſubjecit nobis DEus, nullum ſcandalum tolerare velimus, conſentientibus ſanctis noſtris Epiſcopis præcepimus, ut omnes proximis Kalendis Febr. Carthaginem veniatis, de Fide cum Epiſcopis noſtris diſputaturi. Hic HOMOUSIANORUM Fidem, quam tenetis, ex Scripturis demonſtrate. Datum 13. *Kal. Jun. anno Regni Hunerici ſeptimo. Id eſt* 20. *Maji anno* 483. Perculit præſentes Episcopos hæc Lectio, nec aliter obſtupuere, ac ſi ad Perſecutionem ſignum tuba datum fuiſſet; illa præſertim verba terrebant: *Cum in Provinciis nullum ſcandalum tolerare velimus.* Ac ſi diceret: *Neminem patiemur eſſe Catholicum.* Poſtquam deliberaſſent, non aliud occurrit remedium, quam ut tradito Libello ſupplici, quem Eugenius concinnavit, Barbari pectus emollire conarentur. Sæculum V. A. C. 483. n. 14.

Hujus Libelli Summa fuit; cum hic ageretur de cauſa communi, etiam Episcopos ultramarinos eſſe vocandos. Rex reſpondit: *Totum terrarum Orbem meo Imperio ſubjicite, & faciam, quod petitis.* Eugenius repoſuit: *A nemine impoſſibile petendum. Dixi; Regem, ſi Fidem noſtram perſpectam habere velit, poſſe Legatos mittere ad Amicos ſuos, Principes Catholicos. Scribam ego Confratribus meis, ut veniant, & nobiſcum Fidem noſtram*

Sæculum V. A.C 483. *ſtram Communem tibi demonſtrent; præcipue veniant ab Eccleſia Romana, quæ omnium Eccleſiarum Caput eſt.* (*) Hæc dicebat Eugenius, non quod neſciret, nullatenus viros doctiſſimos deeſſe Africæ, qui ab Adverſariis objecta refutarent, ſed cupiens, ut vocarentur Epiſcopi, qui, quia Vandalis non ſubditi, majori libertate eſſent locuturi, & univerſæ terræ, quibus artibus opprimerentur Catholici, teſtatum facere poſſent. Hunericus ſpretis Eugenii precibus, occaſiones captabat, ut Epiſcopos, qui cæteris doctiores ferebantur, perſequeretur. Donatianum Epiſcopum ſecundo in exilium miſit, prius fuſtibus, & quidem centum quinquaginta verberibus, cæſum. Preſidium quoque Suffetulanum proſcripſit. Manſuetum, Germanum, Fuſculum, & plures alios verberibus affici juſſit. Interim prohibuit lege, ne quis ſuorum cum Catholicis cibum ſumeret. Catholici idipſum vetitum eſſe lætabantur.

§. 16.

§. V.

S. Eugenii Miracula.

§. 17. Carthagine degebat homo cœcus, cui nomen Felix, in urbe notiſſimus. Huic

(*) Hoc Teſtimonio nihil illuſtrius, nihil ad convincendos Proteſtantes aptius! eſt enim omni Exceptione majus.

Huic Nocte Epiphaniam præcedente in somnio dictum: *Surge! vade ad Servum meum Episcopum Eugenium, & dic ei, te jussum a me venire. Is hora, qua fontes Baptismi benedicet, oculos tuos tanget, & visum recipies.* Cœcus somnium hoc esse credidit, aliis somniis simile, & noluit surgere. Iterum in somnum lapsus idem facere secundo jubetur, & etiam tertio non nihil durius increpitus. Tum excitato puero, cujus manu duci solebat, propere ad Fausti Basilicam vadit, & postquam inter multas lacrymas orasset, Subdiaconum quemdam compellat, rogatque, ut moneret Episcopum, esse arcanum, quod ad ipsum perferret. Jussit Episcopus cœcum ingredi. Jam populus in tota Ecclesia preces nocturnas cantare cœperat. Cœcus, quid sibi in somno oblatum fuisset, narrat, & addit: *Non dimittam te, nisi mihi lumen reddideris, sicut tibi præcepit Dominus.* Eugenius dixit: *recede, Frater mi! peccator sum, & Mortalium miserrimus, cum Deus in hæc pessima tempora me reservaverit.* Cœcus genua reluctantis amplexus eas-dem preces repetebat. Eugenius videns magnam fidem ejus, & instante Officii hora compulsus, cum ipso ad fontes comitantibus Clericis procedit. Consuetudo vigebat in Africa, & etiam in quibusdam aliis Ecclesiis, ut Baptismus in E-

Sæculum V. A. C. 484.

pipha-

Sæculum V. A. C. 484.

piphania, ſicut in Paſchate, & in Pentecoſte conferretur.

Eugenius Epiſcopus ubi ad fontes pervenit, flectit genua, & inter crebros gemitus aquam benedicit, finitis precibus, ſurgit, & dicit ad cœcum: *Jam dixi tibi, Frater mi Felix! quod homo peccator ſim, ſed oro Dominum, qui te viſitare dignatus eſt, ut faciat tibi ſecundum fidem tuam, & oculos tuos aperiat.* Simul ſuper oculos ejus Signum Crucis format, & cœco lumen redditum eſt. Eum Epiſcopus apud ſe retinuit, donec omnes fuiſſent baptizati, ne populus primo ſanatum videndi impetu eum contereret. Tum miraculum toti Eccleſiæ manifeſtatum. Felix Epiſcopum comitabatur ad Altare, ut gratum Deo ſe exhiberet, oblationem ſuam ferens, quam accipiens Epiſcopus Altari impoſuit, populo magnis clamoribus lætitiam profitente. Hoc eventu protinus ad Regem delato, Felicem comprehendi jubet, ut ex eo verum diſceret. Is omnia, ut contigerant, retulit. Arianorum Epiſcopi id Eugenii præſtigiis præſtitum aſſerebant, & ſi occaſio faviſſet, occidiſſent Felicem; quippe cum virum omnes noviſſent, miraculum celari non poterat.

§. VI.

§. VI.
Collatio soluta.

Sæculum V. A. C. 484.

n. 17.

Prima Februarii, præstituta ad Colloquium die appropinquante, Episcopi non ex tota Africa modo, sed ex Insulis, quæ Vandalis parebant, advenerunt. Omnium pectora dolor obruebat. Aliquot diebus in silentio exactis, Hunericus eruditissimos selegit, quos calumniis oppressos necaret. Quemdam in paucis doctum, cui nomen Letus, diu carcere detentum, cremari jussit, ratus edito rigoris exemplo cœterorum constantiam frangi posse. Tandem ad colloquium conventum in loco ab Arianis præparato. Catholici e suo gremio viros decem elegerunt, qui nomine omnium responderent, & sic Arianis causam tollerent dicendi, se Catholicorum multitudine non argumentis fuisse superatos. Cyrilus cum suis in editiore loco magnifice extructo solio sedebat, econtra Catholici stabant. Dixerunt: *In publico Colloquio æqualitatem Partium observari oportet; Mandatarii etiam adsint, qui veritatem examinent. Quis hic Arbiter erit?* Aliquis Regis Notarius respondit: *Cyrilus Patriarcha dixit* . . . loquentem turbarunt Catholici, quærentes, qua Auctoritate Cyrilus hunc sibi Titulum assumeret. Tum vero Ariani tumultum ciere, Catholicos calumniis im-

Sæculum V. A. C. 484.

petere, & quia petierant, ut, si nullus esset Arbiter, saltem aliqui de populo pollentes prudentia Spectatores interessent, jusserunt, ut omnes Catholici præsentes fustibus centies verberarentur. Eugenius Episcopus exclamavit: *Videat Deus, quanta nobis vis inferatur, & quam duram patiamur persecutionem!* Episcopi Catholici dixerunt ad Cyrilum: *Propone, quæ habes.* Respondit: *Linguam latinam ignoro.* Volebat nempe obtendere, quod Vandali aliorum Barbarorum modo lingua Teutonica loquerentur. Episcopi Catholici responderunt: *Certe scimus, te semper sermone latino fuisse locutum; itaque hanc te excusationem afferre non decet, te omnium minime, qui has flammas excitasti.* Cum ergo Cyrilus videret, Catholicos longe melius ac credidisset ad certamen paratos adesse, tricas nexuit, ut qualicunque ratione Colloquium abrumperet. Id prævideranT Catholici, ideoque Fidei Professionem scripserant, quam publice prælegerunt.

Victor. lib. 3.

Amplissima est hæc Fidei Professio, & primo unitatem substantiæ divinæ cum Trinitate Personarum explicat. Tum vocem græcam: ὁμοούσιος adhibendi necessitatem probant. Ex Scriptura demonstrant, Filium ejusdem esse cum Patre substantiæ, Ambos esse æquales, duas

in

in JEsu Christo esse Naturas, quomodo Generatio ejus sit inexplicabilis, quomodo Pater ingenitus, & Filius genitus ejusdem substantiæ sint, quomodo substantia divina sit indivisibilis. Spiritum Sanctum Patri, & Filio esse Consubstantialem, & unum Dei nomen tres Personas complecti. Episcopi speciatim de Divinitate Spiritus Sancti differunt, & concludunt in hunc modum: *Hæc est Fides nostra Auctoritate Evangelistarum, & Apostolorum innixa, & fundata in omnium Ecclesiarum Catholicarum totius Mundi societate,* (*) *in qua per Dei Omnipotentis Gratiam usque ad vitæ istius exitum nos perseveraturos speramus.* Hic

Sæculum V. A. C. 484.

Formula Catholica.

(*) Ex hac Confessione videmus, Orthodoxos Africæ Episcopos in Fidei suæ Testimonium non solam Sacram Scripturam adducere, sed etiam Ecclesiæ Auctoritatem, seu omnium totius Mundi Catholicarum Ecclesiarum Societatem, nimirum veræ Christi Ecclesiæ Notam infallibilem, & soli Romano-Catholicæ omni tempore propriam. Et profecto vix ullo alio Argumento omnes, & singulæ, Ecclesiæ a Romano Catholica separatæ convinci possunt, ipsas non esse posse Orthodoxas, quam quod inter se nullo visibili signo, in nullo Capite, nullo inter Pastores & Episcopos Litterarum commercio, nulla Subordinatione, aut Hierarchia, nullo Communionis Ecclesiasticæ sensibili vinculo conjungantur. Omnes quidem JEsum Christum ore ingeminant,

Sæculum V. A. C. 484.

Libellus missus fuit duodecimo Kalendas Maji a Januario Zatarensi, & Villatico a Casis modicis, Numidiæ Episcopis, a Bonifacio Foratianensi, & Bonifacio Gratianensi Episcopis Provinciæ Bizacenæ. Hæc dies vigesimæ Aprilis anno 484. respondet.

Cum hæc Formula legeretur, exclamantes Ariani querebantur, quod eorum Adversarii Catholicos se dicerent, & protinus ad Regem deferunt, eosdem tumultum excitasse, ut Collationem effu-

Id. Lib. 4. gerent. Tunc Rex Decretum, quod paratum habebat, in omnes Provincias secreto

---

minant, & sacram Scripturam jactant, sed hac Nota a nullo Hæreticorum, quotquot fuere, genere discernuntur.

Aliquando DD. Protestantes Societatem cum Schismaticis & Hæreticis Græcis inire cupiebant. Itaque, Legatis ad Jeremiam Patriarcham Constantinopolitanum missis, Græcos ad Communionem Ecclesiæ Lutheranæ invitarunt. Re-

Epist. Jerem. An. 1677. spondit Patriarcha datis Epistolis tribus ad Confessionistas in Germania directis, & demonstravit in Ecclesia Doctrinam de septem Sacramentis, de Confessione secreta, de Transsubstantiatione, de Missæ Sacrificio pro vivis, & mortuis offerendo, de Invocatione Matris Dei, & Sanctorum semper fuisse traditam. Ita spes concordiæ, & Communionis qualiscunque Confessionistarum, & Græcorum Schismaticorum evanuit.

creto misit, quo jubebat, dum Episcopi Carthagine essent, omnes Ecclesias Africæ una die claudi, suisque Episcopis omnia bona Ecclesiarum, & Episcoporum Catholicorum dari. Sic Leges contra Hæreticos ab Imperatoribus editas contra Catholicos vertit. In hoc Decreto dicit Hunericus; *Postquam Episcopi Homousiani Carthaginem ad Colloquium pervenerunt, & aliquamdiu hic morati sunt, rursus aliquot dierum dilationem impetrarunt. Quamprimum se ad certamen paratos dixerunt, Episcopi nostri ab ipsis petierunt, ut ex Scriptura* (*) *probarent vocem:* ὁμοούσιος, *aut saltem illud damnarent, quod ultra mille Episcopi in Conciliis Ariminensi, & Seleuciensi congregati damnarunt. Ipsi hæc seditiose recusare, & populum ad contumaciam excitare. Inde factum, ut ne quidem Colloquio initium dari potuerit.* Tum Rex iterum tempus quo veniam mereri possent, usque ad primam Junii ejusdem anni Regni ejus octavi, id est, quadringentesimi octogesimi quarti concedit. Decretum istud vigesima quinta Febr. datum. Sæculum V. A. C. 484.

(*) Similis, & æque inanis est clamor quorumdam Heterodoxorum vocem: *Transsubstantiatio*, non legi in Sacra Scriptura! cum sine transsubstantiatione JEsu Christi verba explicari non possint, nisi detorqueantur.

Sæculum V.
A.C. 484.

§. VII.

Episcopi pulsi.

n. 3. Postquam hoc Edictum misisset, Hunericus omnes Episcopos Carthagine congregatos ejici jussit. Non equi, non mancipia, non vestes saltem, ut eas, quibus corpus tegebant, mutare possent, relictæ. Omnia quæ hospites attulerant, & quæ domi habuerant, ablata. Imo mandata in lucem edita, ne quis expulsos sub tecta reciperet, aut alimenta præberet; addita etiam pœna, ut, si qui eos quacunque ope adjuvissent, tam ipsi quam domus ipsorum flammis delerentur. Episcopi ejecti, cum jam nec Ecclesiæ, nec domus ipsis supereſſent, procul a Carthagine abire noluerunt, ne Colloquium fugisse arguerentur. Ipsis igitur gementibus, & circa urbis Mœnia sub Cœlo errantibus, Rex forte egressus est. Accedunt omnes dicentes: *Quid mali fecimus, quod miserrime habeamur? si ad Colloquium vocati sumus, cur spoliamur, cur pellimur, cur miseris fame, & frigore moriendum?* Rex venientes oblique intuitus, antequam preces audivisset, immisit Equites, a quibus multi eorum, præsertim senes, & debiles saucii facti.

n. 4. Tum in locum, qui Templum Memoriæ dicebatur, colligi jussi. Ibi eis chartam

tam convolutam ostendunt, & dicunt: *Rex contumacia vestra licet offensus, tamen salutem amat. Si juramento promittitis, vos facturos, quod in hac Charta scriptum, Ecclesiis, & ædibus vestris vos reddet.* Omnes Episcopi responderunt: *Diximus, & semper dicemus, Christianos nos esse, & Episcopos. Fidem Apostolicam, quæ sola vera est, tenemus.* Atque Vandalis instantibus, ut juramentum præstarent, Hortulanus, & Florentianus omnium nomine dixerunt: *Num Bruta nos esse creditis, ut juremus ignorantes, quid hæc Charta contineat?* Missi a Rege dixerunt: *Fidem date, vos cupere, ut, Rege fatis functo, Hildericus filius ejus Regno potiatur, aut neminem vestrum Epistolas ultra mare missurum. Si istud promiseritis, ad Ecclesias vestras redire licebit.* Credidere aliqui simplices, licere sibi hoc juramentum edere, ne ipsis populi exprobrarent, fuisse in ipsorum Potestate, Ecclesias recipere. Alii, fraudem subolentes, jurare detrectarunt, afferentes illud ex Evangelio, prohibitum esse omne juramentum Domini nostri verbis: *Ego autem dico vobis, non jurare omnino.* Ergo Regis Ministri dixerunt: *Qui jurare volunt ex hac parte stent.* Cumque alii ab aliis digrederentur, scribebant Notarii, quid singuli dicerent, & ex qua Civitate venisset. Eadem

Sæculum V. A. C. 484.

Matth. 5. 34.

Sæculum V. A. C. 484.

dem de illis, qui jurare recuſabant, in tabellis retulerunt. Mox tam hi, quam illi in carceres miſſi. Vandali deinde ad illos, qui juraturi erant, *quia jurare voluiſtis contra Evangelii Præceptum, jubet Rex, ut nunquam amplius Eccleſias veſtras, aut Civitates videatis, ſed relegabimini, & agros ſervorum more colendos accipietis; ea vero conditione, ne pſallatis, nec oretis, nec librum manu teneatis lecturi, nec Ordinem, nec Baptiſmum, nec Pœnitentiam adminiſtretis.* Illis, qui jurare nolebant, dictum: *Jurare noluiſtis, quia Regii Principis Imperium futurum detrectatis. Hinc meritas pœnas dabitis. In Inſulam Corſicam relegabimini, & ligna conſtruendis navibus cædetis.*

n. 5.

Greg. Tur. II. hiſt. c. 3.

S. Eugenius Carthaginenſis, cum in locum Exilii abſtraheretur non conceſſa mora, qua gregem ſuum ultimo exhortaretur ad virtutem, ſcripſit Epiſtolam. In ea per Dei Majeſtatem, & JEſu Chriſti Adventum obteſtatur, ut in Fide Trinitatis, & in uno Baptiſmo conſtantes permaneant, nec rebaptizari ſe patiantur. Proteſtatur, innocentem ſe fore a ſanguine eorum, qui perirent, & hanc Epiſtolam adverſus ipſos coram Tribunali JEſu Chriſti aliquando legendam. Hortatur ad orandum, jejunandum, & dandam

S. Eugenii Epiſtola & Exilium.

dam Eleemosinam, rursusque ne eos timeant, quibus solummodo corpus occidendi potestas est. Cum Eugenio erant Vindemialis Episcopus Capsensis ex Provincia Byzacena, & Longinus Pamariensis ex Mauritania Cæsariana. Habemus Catalogum Episcoporum ex omnibus Africæ Provinciis, qui ad Collationem venerant, & in Exilium missi sunt. Scilicet ex Provincia Proconsulari 54. Episcopi. ex Numidia 125. ex Provincia Byzacena 107. ex Mauritania Cæsariana 120. ex Sitifiensi 44. ex Tripolitana 5. ex Sardinia & vicinis Insulis octo. Universim Episcopi 463. Ex his octoginta octo dura fata sustulerunt. 46. in Corsicam proscripti sunt, 301. in alia loca abstracti, 28. fuga se subtraxerunt. Multi in locum Exilii Patriæ suæ proximum relegati; idque Hunerici nequitia factum, ut nempe vehementiore desiderio ad abjurandam fidem compellerentur.

Sæculum V. A. C. 484.

Ruin. hist. Persec. part. 2. c. 8.

Notit. Afr.

vita S. Fulg. c. 4.

§. VIII.

Vigilius Tapsensis.

Inter Episcopos in hac Persecutione proscriptos qui legitur ultimus ex Provincia Byzacena, est Vigilius Tapsensis editis Libris celeberrimus. Is timens, ne suis libris offensi Persecutores acrius in Fideles furerent, suo suppresso Illustrissimo-

Not. Afr. p. 133.

Sæculum V. A. C. 484.

simorum Patrum Nomina mutuatus est, quo majorem Auctoritatem Scriptis suis præsertim apud Vandalos aliosque Barbaros Arianos Critices expertes conciliaret. Hoc modo scripsit Disputationem inter S. Athanasium & Arium, quam Laodiceæ, jubente Imperatore Constantio, præsente Judice, cui Nomen Probus, publice initam fingit, & omnia ipsorum Dicta refert, ac si ea in Actis invenisset; at in alio opere fatetur, fabulam esse se Auctore adornatam.

to. 3. op. Ath. p. 614. edit. 1698.

L. V. adv. Euty. c. 2. Eod. to. 3. p. 642.

Idem dicit in ejusdem Disputationis secunda Editione, ubi Sabelium, & Photinum cum Ario adversus S. Athanasium pugnantes adjunxit, redditque hujus facti rationem; ideo se Personas loquentes inducere, ut ex adversarum Partium sermonibus & pro lata Judicis sententia veritas fortius legentium animos perstringeret.

App. to. 8. op. Aug. p. 36. edit. 1688.

Rursus sub Nomine S. Augustini contra Felicianum Arianum de Unitate Trinitatis Dialogum composuit. Eidem suppositicia Disputatio S. Augustini contra Pascentium, & illud Symbolum, quod tamdiu S. Athanasii creditum, non sine gravi fundamento tribuuntur. Hæc Vigilii Tapsensis industria in Operibus SS. Patrum confusionem peperit, nam longo tempore ipsius libri illorum Scriptorum, quorum Nomina assumpserat, partus putati

App. to. 2. p. 39.

tati sunt, & recentiores Critici alios quoque libros, de quorum Auctoribus non satis constat, ipsi adscripserunt. Denique hujus Viri Exemplum quibusdam Scriptoribus temerariis audaciam suggerere potuit, ut conficta sub Magnorum Virorum Nomine opera, puta Acta Martyrum, Sanctorum Vitas orbi obtruderent. Sæculum V. A. C. 484.

Cum post hæc Vigilius Constantinopolim venisset, contra Hæresin ibi latius grassantem, nempe Eutychis scripsit; quia vero tunc plena gaudebat libertate, operi isti, quod in quinque divisit libros, Nomen suum præfixit. In libro quarto Epistolam S. Leonis ad Flavianum defendit. In quinto Definita in Concilio Calcedonensi tuetur. Hic solus liber est, qui Vigilii nomen præsefert, & hoc non obstante per tempus non modicum a quibusdam Opus Vigilii Episcopi Tridentini & Martyris, licet is diu ante Hæresis Eutychianæ ortum obierit, creditus est. *Sup. l. XX. §. 22.*

§. IX.

Persecutio universalis.

Priusquam Episcopi in locum Exilii ducerentur, Hunericus uno mandato in omnes Africæ Partes Carnifices emisit; hi nemini hominum, qui voluntati Regis resisterent, nec ætati, nec sexui parcere jussi. *Vict. vit. lib. V.*

Sæculum V. A.C. 484.

juſſi. Aliqui fuſtibus verberabantur donec Spiritum exhalarent. Alii ſuſpendio, alii ignibus ſuffocabantur. Fœminæ veſtibus ſpoliabantur, præſertim nobiles, & ſpectante populo cruciabantur. Una earum, cui Nomen Deniſa, vultu pulchriore, & excitatiore indole ad tortores: *Torquete, ut lubet, in eo ſolum mihi parcite, ne opprobrium nuditatis feram.* Hanc aliis altius elevarunt, ut omnibus ſpectaculo eſſet. Cum virgis cæderetur, & cruoris rivi decurrerent, dicebat: *O vos miſerrima Diaboli mancipia! quod in probrum meum facitis, maximæ mihi Gloriæ eſt.* Utque erat in Divinis litteris erudita, alios ad Martyrium fortiter ſuſtinendum hortabatur. Deniſæ filius erat, ætate juvenis, & tenero corpore, cui Nomen Majoricus; hunc videns ad tormentorum conſpectum trepidare, ardentibus oculis, & Auctoritate Materna increpabat, dicens: *Memento, Fili mi! quod in Nomine Trinitatis in Eccleſia Catholica Matre noſtra baptizati ſimus. Veſtem nuptialem ſalutis noſtræ non perdamus, ne Convivii Dominus, ſi viderit, nos illam non habere, dicat ſervis ſuis: ejicite eos in tenebras exteriores.* Adoleſcens his verbis excitatus conſtanter Martyrium ſubiit; Mater Filii corpus brachiis complexa, Gratias Deo elata voce agebat; eum deinde domi ſuæ ſepelivit,

pelivit,ut ad ejus tumulum orare posset. Plures alii in eadem urbe Denisa hortatrice Martyrium passi sunt; scilicet Dativa soror ejus, & Medicus Emelius ejus Propinquus, Leoncius Episcopi Germani filius, Tertius, & Bonifacius. Omnes hi tormentis ingentibus necati. Sæculum V. A. C. 484.

Vir nobilis ex oppido Suburbensi, cui nomen Servus, antea diu fustibus cæsus, sæpe trochleis in altum levatus, & demissus est, ut tota corporis mole in pavimentum rueret. Sæpe raptatus, sæpe lapidibus acutis laceratus; ita ut pars magna cutis a costis, a dorso, a ventre dependeret. Culusæ Martyres, & Confessores multitudine innumerabiles extitere. Hos inter quædam Mulier, nomine Victoria, constantia fuit admirabili; dum eam Persecutores in aere suspensam admoto igne urebant, Maritus adstans per amorem conjugalem rogabat, ut se ipsam servaret, & saltem communium liberorum commiseratione moveretur. Ipsa immota perstitit. Tortores videntes ejus humeros situ suo emotos, & fœminam ultra non spirare, vincula solverunt. Hæc mulier postmodum narrabat; Virginem sibi fuisse conspectam, a qua, cum se toto corpore contigisset, protinus esset sanata. 2.

Victorianus Civis Adrumetensis tunc Carthagine Proconsul, seu Nomine Regis urbi Præfectus erat, vir in Africa facile opulen- Martyres in Persecutione Vandalica.

Sæculum V. A. C. 484. opulentissimus. Rex viri in se fidem habebat diu exploratam; huic ergo indicari jubet, si Mandatis obedire vellet, Purpuratorum neminem sibi magis carum futurum. Victorianus respondit: *dicite Regi; flammis, Bestiis, me tradat! nullo non tormentorum genere excruciet. Si vincor, frustra in Ecclesia Catholica baptizatus sum. Etsi enim præter hanc vitam non esset alia, nollem tamen ob modicam hujus temporis gloriam ingratus existere Creatori meo, qui in se credendi Gratiam mihi concessit.* Rex isto responso ad iracundiam commotus virum gravissimis, & lentis cruciatibus affici jussit. Ita Victorianus feliciter Martyrii sui cursum consummavit.

n. 5. Tambajæ duo Fratres Tortores suos rogarunt, ut ambobus similis cruciatus inferretur. Suspensi sunt, & gravis saxorum moles pedibus eorum alligata; in illo supplicio tota die relicti. Eorum alter petiit, ut sibi parceretur, rogavitque liberari; cui frater: *Absit hoc, Frater mi! absit! aliud promisimus, quando JEsu Christo Fidem juravimus. Ego te accusabo, cum coram Throno ejus terribili steterimus. Dicam, nos supra Corpus, & Sanguinem* (*) *ejus juravisse, simul pro ipsius Nomi-*

(*) Protestans in sua versione pag. 16. hæc verba: *dicam nos supra Corpus, & Sanguinem ejus*

Nomine ultima passuros. His multisque aliis sermonibus vacillans frater ejus ita erectus est, ut exclamaret: *omnia, ut voluerit is, tormenta cumulate! fratris exemplum sequar.* Diu multumque laminis ferventibus, & unguibus ferreis cruciati. Tandem lassati carnifices ambos repulerunt, dicentes: *omnis populus eorum fortitudinem imitatur, & nemo ad nostram Religionem convertitur.* Id maxime ideo dicebant, quod in eorum corporibus nec livorem, nec ullum vulnerum vestigium viderent. Sæculum V. A. C. 484.

§. X.

Lingua Martyribus abscinditur.

Typasi in Mauritania Cæsariana Ariani Episcopum ordinaverant, olim Cyrili Notarium. Id factum indignati Incolæ conscensis navigiis omnes in Hispaniam, a qua non procul aberant, trajecerunt, pauciſſimis, quibus navis copia defuit, remanere coactis. Hos pervertere Episcopus Arianus primum blanditiis, deinde minis nitebatur; ipsi spreto alieni Episcopi conatu, in quadam Domo convenerunt, & publice celebrarunt Mysteria. Hoc comperto Episcopus clam Carthagi- n. 6.

ejus juraſſe &c. simpliciter omisit. Egregium Transsubstantiationis oppugnatorem! alias duas lineas oscitanter omisit; errores plures reticeo.

Sæculum V. A.C. 484.

thaginem misit, qui Catholicos dato Libello accusarent. Rex, perlectis quæ afferebantur, ira flagrans Comitem misit cum mandatis, ut singulis lingua, & manus dextra in foro publico & præsenti totius Provinciæ populo abscinderentur. Quod jusserat Rex, executioni datum; nihilominus lingua a radice excisa expedite sicut prius loquebantur. Subjungit Victor Vitensis: *si quis hoc credere nolit, vadat Constantinopolim, ibi inveniet ex illorum numero Subdiaconum, nomine Reparatum, qui non ægre, sed distincte, omnia, quæ vult, eloquitur. Is eapropter singulari honore in Imperatoris Zenonis Palatio, præprimis ab Imperatrice, colitur.*

Bibl. PP. G L. tom. 2. p. 415.

Non solum Victorem hujus Miraculi testem habemus. Æneas Gazensis Philosophus Platonicus, qui tunc temporis Constantinopoli versabatur, in fine Dialogi sui de Resurrectione hanc rem testatam facit in hunc modum: *hos ego hisce oculis vidi, & loquentes audivi, admiratus, quomodo vox eorum perfecta, & articulata esse posset. Quærebam vocis instrumentum, & auribus meis non credens, oculos adhibui testes, petii, ut os aperirent, vidi evulsam usque ad radices linguam esse, obstupui, non modo quod loquerentur, sed quod adhucdum vitam traherent.* Procopius Historiæ Scriptor, dum hanc Hunerici Persecutionem memorat, dicit: *multis*

1. Bel. Vand. c. 8.

tis linguam e faucibus resçindi jussit, qui mea ætate Constantinopoli degebant, expedite loquebantur, & nullum amissa lingua incommodum sentiebant. Ex illis duo, cum, libidine victi, pellices contigissent, vocis usu privati sunt. Comes Marcellinus in suo Chronico hæc habet: *Rege Hunerico jubente juveni Catholico, qui natus erat mutus, lingua exsecta; ecce vero, mox ut lingua privatus est, loqui cœpit, & dare Gloriam Deo. Vidi Constantinopoli aliquos de illa turba Fidelium, quibus manus una, & lingua abscissæ, articulate loquentes.* Imperator Justinianus in Constitutione post hæc in Africam missa idem se vidisse testatur. Sæculum V. A. C. 484. *L. 1. Cod. de off. PP. Afr.*

§. XI.

Alii Martyres.

Hunericus nec cum Vandalis Catholicis mitius egit, nec quidquam Uranii, Zenonis Legati, precibus dedit; imo ut palam faceret, quam viles sibi Imperator, & Romani essent, plures Tortores, & cœteris ferociores constitui jussit in illis plateis, & areis civitatis Carthaginensis, qua Legato ad Regiam venienti transeundum erat. Post longum tempus crudelitatis in hac persecutione exercitæ vestigia occurrebant. Quidam sine manibus, aliqui sine pedibus, aut sine oculis, sine naso, sine auribus conspiciebantur. Aliorum, *Vict. vit. lib. V. n. 7.*

Sæculum V. A. C. 484.

quos longo ſuſpendio torſerant, emotæ loco ſuo ſcapulæ ſupra caput eminebant, quippe in faſtigio ædium ſuſpenſi manibus propellebantur, ut in aere penderent. Contigit non nunquam, ut funе rupto corruentium caput, aut crura frangerentur.

Dagila Regii Pocillatoris uxor jam ante ſæpius ſub Genſerici Regno Fidem confeſſa nobili genere orta, & tenero corpore flagellis, & fuſtibus verberata, in locum aridum, & deſertum proſcripta eſt, ubi nullum ab hominibus ſuppetebat ſolatium. Ipſa relicta domo, conjuge, prole, in Deo lætabatur. Poſtmodo facta eſt mulieri licentia in aliam ſolitudinem, & mitius ſolum transeundi; ſed ipſa renuit.

Paſſ. 7. Mon.

Septem Monachi quoque Martyrii Coronam adepti ſunt. Liberatus Abbas, Bonifacius Diaconus, Servus, & Ruſticus Subdiaconi, Rogatus, Septimus, & Maximus ſimplices Monachi. Hos ex Regione Capſenſi invitarunt, ut Carthaginem venirent; & initio quidem Monachis blandiebantur, ſumma Fortunæ bona, Regis favorem adpromittebant. Cum vero in Fide Trinitatis, & unius Baptismatis firmi perſiſterent, catenis onuſti in obſcurum carcerem detruduntur. Populus Catholicus, expugnata donis excubitorum fide, diu noctuque vinctos adibant,

Martyres.

bant, Doctrinam hauriebant, ad subeun- Sæculum V.
dum Martyrium animos capiebant. His A.C. 484.
ad Regem delatis, Monachos gravioribus vinculis premi, & cruciatibus in illam usque diem inauditis affici voluit. Tum jussit navem lignis tenuibus, & aridis impleri, in ea Monachos alligari, & navem in mare propulsam incendi. Igitur educuntur ex carcere comitante magna populi multitudine; ipsi ad Martyrii Lauream omnes verbis accendebant. Inter eos ætate minimus erat adolescens nomine Maximus; hunc saltem seducere conatu ingenti nitebantur. Ipse virili constantia edicebat: *Frustra estis! nunquam a Patre meo Liberato, & a Fratribus avelli me patiar.* Ubi cimbæ impositi sunt, & ligno adstricti, quibus imperatum erat, ignem admoverunt, qui statim extinctus est; & quamvis sæpius flammas suscitare conarentur, irritus semper labor fuit. Rex pudorem non ferens jussit eorum capita remis conteri. Corpora in fluctus projecta mare præter naturam protinus reddidit. Ea præsens populus honorifice sepelit, Exequias ducentibus Clericis Carthaginensis Ecclesiæ. Præter alios aderant Archidiaconus Salutaris, & secundus Diaconus Muritta, trina antea Fidei confessione illustres, qui Reliquias portabant. Hæ in Monasterio Biguano prope Celerinæ Basilicam terræ mandatæ sunt.

Sæculum V.
A. C. 484.

§. XII.

Clerici Carthaginenſes relegantur.

Vict. V. n. 9. Epiſcopo Eugenio in Exilio agente, etiam omnes Clerici Carthaginenſes plusquam quingenti viri, prius fame & tormentis vexati, exulare jubentur. Inprimis memorabilis fuit Diaconi Murittæ zelus. Miniſtrorum nullus Catholicos torqueri ferocius urgebat, quam aliquis Apoſtata, cui nomen Elpidiforus; Is a Catholicis baptizatus in Eccleſia Fauſti, a Diacono Muritta e fontibus levatus fuerat. Clerici omnes ſuo ordine & nominatim evocabantur, ut torquerentur, poſt Presbyteros venit Archidiaconus Salutaris, tum Diaconus ſecundus Muritta, Senectute venerabilis vir. Dum diſtenditur, antequam veſtes diriperentur, derepente lintea, quibus olim Elpidiforum e ſacro fonte egredientem contexerat, e ſinu protrahit, hæc enim ſub veſtibus occultaverat, iisque coram omnibus evolutis ad Elpidiforum, inter Judices ſuos ſedentem, converſus, *ecce! hæc velamenta*, inquit, *te accuſatura ſunt, quando terribilis Judex veniet; hæc te præcipitabunt in puteum ſulphureum, quia Maledictionem induiſti, dum veri Baptismi, & Fidei Sacramentum perdidiſti.* S. Diacono multa ejusmodi ingerente, Elpidiforus pudore turbatus tacebat.

Hos

Hos igitur Confessores flagris concisos, & dilaniatos in Exilium ejecerunt. Dum in itinere sunt, instigantibus Episcopis Arianis immittuntur ex Satellitibus, qui crudelissimi noscebantur, ut a miserentibus Fidelibus donata, quibus in via sustinerentur, eriperent. Duo Vandali, sæpius ante sub Genserico Fidem confessi, comitante Matre sua, relictis omnibus Bonis Clericos Carthaginenses in locum Exilii secuti sunt. Apostatarum aliquis, nomine Theucarius, qui prius Lector pueros in cantu instituendos suæ curæ commissos habuerat, consilium suggessit, ut ex illis duodecim, quibus præstantissimam vocem esse noverat, revocarentur. Illico mittuntur, qui pueros celeriter reducerent. Ipsi a SS. Confessorum societate separari recusantes, eorum genibus flentes implicabantur. At Hæretici strictis gladiis avulsos Carthaginem remeare coegerunt. Tum puerorum animos blandimentis capere conati sunt, cum vero nihil proficerent, sæpius cruciatos etiam verberibus obruerunt. Pueri nihilominus a Fidei proposito dimoveri non potuere. Postquam persecutio cessavit, Civitas Carthaginensis eosdem tanquam duodecim Apostolos venerata est. In eadem domo habitabant, manducabant, & Laudes Divinas cantabant. Ceterum Episcopi & Clerici Arianorum majori furore, quam

Sæculum V. A.C. 484.

n. 13.

Sæculum V. A. C. 484.

quam Rex ipse, aut Vandali Catholicos persequebantur. Quocunque irent hi Episcopi, Sica ad latus erat, & Clerici Dominos comitabantur. Reliquorum nulli crudelitate concessit Antonius, Deserto Tripolitano vicinus. Is Regem Hunericum, cui non erat ignotus, impulit, ut Eugenium Episcopum Carthaginensem ad hanc Eremum damnaret; tum Antonius, ipsius custodiam suscipere jussus, arctissimo carceri inclusit; nec cuiquam colloqui captivo licebat. Imo insidias, quibus perimeretur, struxit. S. Eugenius Ecclesiæ suæ mala summo dolore prosecutus, Cilicium induerat, & in terra cubabat sacco strata. Hoc vitæ rigore vir Senectute fractus paralysin contraxit, quæ etiam loquentis linguam impediebat. Antonius Acetum acerrimum afferri jussit, & invitum coegit, ut biberet, sperans hanc potionem ægroto necem allaturam; invaluit quidem tunc morbus, postea tamen sanitati restitutus est.

§. XIII.

Catholici vi adhibita rebaptizantur.

n. 12. Episcopus alius vitæ Sanctitate notus, cui Nomen Habetdeum, Thamallumam relegatus, ubi Antonius habitabat, cum adduci non posset, ut Arianus fieret, ipso jubente pedibus, manibusque ligatus

tus est; os quoque obstructum, ne cla- Sæculum V.
maret, tum jacentis corpus aqua perfu- A. C. 484.
dit, ut rebaptizaretur, vinculis deinde solutum lætabundus alloquitur: *Frater mi! jam verus Christianus es, sicut & nos sumus; quod melius exinde consilium capies, quam ut voluntati Regis obedias?* S. Episcopus respondit: *semper eandem Fidem servavi; dumque fauces mihi stringebatis, in corde meo dissensum eliciebam, quem Angeli susceperunt, Domino offerendum.* Jamque vis eadem in omnibus locis inferebatur Catholicis. Ubique emissi *n.* 13.
Vandali, qui iter facientes in viis publicis raperent, & ad Arianorum Episcopos adducerent rebaptizandos. His testes litteræ dabantur, ne in alium locum delati eandem vim rursus ferre cogerentur. Nec Mercatoribus nec aliis privatæ sortis hominibus, nisi his litteris muniti essent, peregrinari licebat. Episcopi, & Presbyteri Arianorum noctu etiam armatorum cohortibus stipati per urbes, & oppida discurrebant, januas perfodiebant, ingrediebantur domos, aquam portantes, qua in lecto quoque cubantes, & consopitos conspergebant. Mox exclamabant; quod per regenerationem novos Christianos creassent. Doctrinam Fidei solide edocti Superstitionem ridiculam non curabant, at simpliciores inquinatum hac lotione corpus fuisse crede-

Sæculum V. A.C. 484.

bant, ſtatimque capiti cineres, quibus purgarentur, imponebant, induebant cilicium, aut corpus luto fricabant, velamina, quibus tecta fuerant, dilacerabant, & in cloacas projiciebant.

§. 14.

Carthagine jubente Cyrilo ita raptus eſt viri nobilis filius ſeptennis clamans: *Chriſtianus ſum.* Sequebatur Mater ſparſo crine totam Civitatem percurrens. Barbari os pueri conſtringentes, eum fontibus ſuis immerſerunt. Idem contigit liberis Medici Liberati, cum ſua familia ad exilium damnati. Ariani prolem a Parentibus abſtraxere; cumque Liberatus jacturam liberorum immodice doleret, uxor viri lacrymas abſtergens dicebat: *num usque adeo inſanies, ut animam*

Perſecutio.

tuam amore liberorum perdas? puta nullos tibi eſſe natos. Hos JEſus Chriſtus ſibi vindicabit. An non clamantes audis, Chriſtiani ſumus. Liberatus, & uxor ejus in diverſos carceres abducti fuere; tum mulieri dixerunt, virum ipſius Mandato Regis obtemperaſſe. Ipſa: *videam eum, & faciam, quod Deo placuerit.* Ergo carcere educunt, oſtenduntque Maritum coram tribunali inter plurimos alios catenis ligatum; illa fauces viri manu comprimens clamavit: *miſerrime Mortalium, & Dei Gratia indigne! num ob luridum Gloriæ mundanæ fumum vis æternum perire? quid tibi aurum, & divitiæ*

vitiæ proderunt, num ex Inferni igne te liberabunt? Maritus respondit: *quid tibi est Mulier? quis de me mentitus est? per JEsu Christi Gratiam Catholicus sum, & nunquam Fidem negabo.* Sæculum V. A.C. 484.

Multi ex viris fæminisque, ut hujus Persecutionis sævitiam effugerent, in loca deserta se penetrarunt, ubi fame, & frigore contabuerunt. Cresconius urbis Myzentiæ Presbyter in caverna montis Zici inventus est mortuus. Illo tempore ingens per totam Africam terræ siccitas fuit, unde fames primum, & postea pestis exortæ. Has calamitates in Persecutionis pœnam a Deo immissas credidere. Id quoque a Divina vindicta profectum putarunt, quod Hunericus, postquam Regnum tenuisset annis septem, & decem mensibus, anno 485. corpore nascentibus innumeris vermibus corrupto, & frustatim collabente obierit. Successit Gontamondus ex Fratre ejus Gentone genitus. *n.* 15. *n.* 17.

§. XIV.

Legatorum Pontificiorum Inobedientia Constantinopoli.

Felix Papa in Causa hujus Africanæ Persecutionis ad Imperatorem Zenonem litteras dedit, quod verisimiliter Imperatorem permoverit, ut Legatum suum Uranium Carthaginem mitteret, nullo ut *Evagr. III. hist. c.* 20. *Sup. n.* 10.

Sæculum V. A.C. 484.

vidimus ſucceſſu. Porro ipſe Zeno haud multo melius Catholicos habebat, editum ab ipſo Decretum, ut dicebat, Concordiæ rejicientes. Poſtquam Papa Epiſcopos Vitalem, & Miſenum Conſtantinopolim mi ſſet, ipſis in itinere conſtitutis, accepit epiſtolam Conſtantinopoli ad ſe datam a Cyrillo Acemetenſium Abbate, qui apud ipſum Pontificem querebatur de ejusdem cunctatione in Cauſa Acacii, toties contra Fidem Catholicam peccantis. (*) Felix Papa, his Litteris acceptis, Legatis ſuis ſcripſit; nihil prius molirentur, quam Cyrillo Abbati fuiſſent collocuti, & ex eo comperiſſent, quid ſibi potiſſimum agendum. At eis hunc Abbatem viſendi Libertas adempta; quippe cum Abydi perveniſſent, Imperatoris Zenonis, & Acacii Patriarchæ mandatis capti, in carcerem mittuntur, raptis quoque omnibus, quas ferebant, litteris, ne Catholicis Conſtantinopolitanis epiſtolas ad eos directas reddere poſſent. Captivis Imperator mortem minitabatur, niſi cum

Sup. lib. XXIX. §. 56.

Theoph. an. 12. 13. 14. Zen. p. 113.

Lib. brev. c. 18.

Geſt. de nom. Acac. in fin. Felix ep. 6. ad Acac.

(*) Hic liquet, quid orthodoxi Conſtantinopolitani de Jurisdictione SS. Pontificis in Patriarchas Conſtantinopolitanos ſenſerint, eſtque fortiſſimum Teſtimonium, quo Proteſtantis noſtri temeritas confutatur, contra veritatem Hiſtoriæ dicere non erubeſcentis, Auctoritatem Papæ in Occidente tantum valuiſſe.

cum Acacio, & Petro Mongo communicarent. Minis succeſſere blanditiæ, dona, juramenta. Tot machinis tandem ceſſere Legati, & contra quam ipſis mandatum erat, cum Acacio communicare polliciti ſunt. Tunc e carcere liberati Conſtantinopolim veniunt, publice cum Acacio converſantur, Petrum Mongum tanquam legitimum Epiſcopum Alexandrinum habent, & cum ejus Apocriſiariis communicant. His libertati reſtituuntur. Soli erant Epiſcopi duo Vitalis, & Miſenus, quia tertium Felicis Legatum Felicem Eccleſiæ Romanæ Defenſorem morbus ſuperveniens in via retardaverat; is demum Vitale & Miſeno e carcere jam dimiſſis attigit; omnibus litteris & ipſe ſpoliatus in tetrum carcerem detruditur, cumque, quæ ab ipſo petebantur, virili conſtantia recuſaret, Acacius hoſpitem videre aut colloqui noluit. Antequam vero duo Epiſcopi Legati Conſtantinopoli diſcederent, Catholici tribus modis, quantum Legatorum vecordiam damnarent, prodiderunt. Imprimis ſchedam publice Legatorum veſtibus affixerunt. Tum libellum ſparſerunt in vulgus, & deinde tabulas caniſtro herbis pleno inſeruerunt. Cyrillus Acemetenſium Abbas, aliique Abbates Conſtantinopolitani, Epiſcopi quoque Catholici ex Ægypto, qui ibi morabantur, hac ſuper re ad Feli-

Sæculum V. A. C. 484.

Gelaſ. ad Epiſcop. Dard. Ep. 13. p. 1201. 3.

Legati inobedientes.

Theophan. p. 114.

Evagr. III. 20. 21.

Sæculum V. A. C. 484.

Felicem Papam epistolas dederunt, quas Cyrillus Simeoni uni Monachorum suorum Romam deferendas commisit. Is Legatorum reditum antevertit, & Papam docuit, quam mandatis ipsius refractarii fuissent. Memorabat etiam, antequam ipsi Constantinopolim venissent, Petri Mongi nomen non nisi clanculo fuisse in Dyptichis insertum, jam vero publice recitari. Hoc obtento Hæretici ad fallendos rudium animos utebantur, ac si Sedes Romana Petrum Mongum recepisset.

Vitalis & Misenus Romam deinde pervenerunt Epistolas Imperatoris, & Patriarchæ afferentes. In litteris Imperatoris Joannes Talaja perjurii arguebatur. Rursus, Petrum Mongum non sine præcedente Examine fuisse ordinatum, sed postquam manu sua subscripsisset, se Concilium Nicænum, quod Calcedonense esset secutum, reciperet. Subjungitur: *id certissimum tene, nos cum S. Episcopo Petro, & omnibus Ecclesiis S. Concilium, quod Fidei Nicænæ consentaneum est, recipere, & honorare.* Loquitur de Concilio Calcedonensi. Acacii quoque litteræ Petri Mongi laudibus plenæ erant.

Lib. brev. c. 18.

§. XV.

Legati condemnantur.

Ergo, convocato a Felice Papa Concilio,

lio, Legatorum Vitalis, & Miſeni Cauſa examinatur. Promuntur Cyrilli, aliorumque Abbatum Conſtantinopolitanorum, & Epiſcoporum Ægyptiorum epiſtolæ, quæ teſtatum faciebant, Joannis Talajæ fidem eſſe Catholicam, & ipſum Canonice ordinatum. Econtra Petrum Mongum eſſe Hæreticum, itidem a duobus tantum Hæreticis ipſi perquam ſimilibus ordinatum; porro Joanne fugato Catholicos omni ſuppliciorum genere affectos. Acacio hæc omnia ſatis fuiſſe nota, opera hominum, qui ad eum Conſtantinopolim ſe contuliſſent. Ipſum denique Petro Mongo favere in omnibus. Simeon Monachus ſingula hæc facta vera eſſe affirmavit, atque coram omnibus confecit, quod Vitalis, & Miſenus cum Hæreticis communicaverint, & elata voce Petri Mongi Nomen in Sacris Diptychis pronunciaverint. Probavit præterea, ſæpius etiam interrogatos, nulli Catholicorum voluiſſe reſpondere, nec litteras ſibi commiſſas iisdem reddere, nec ea, quæ in ruinam Fidei acta erant, ad examen vocare. Productum eſt etiam teſtimonium Silvani Presbyteri præſentis, qui cum Vitale, & Miſeno Conſtantinopoli fuerat; is a Cyrillo, & Monachis ipſum comitantibus dicta confirmavit. Lecta eſt quoque epiſtola Acacii ad Simplicium Papam, in qua dicebat, Petrum

Sæculum V. A. C. 484.

Evagr. III. 20.

to. 4. Conc. p. 12. 13.

Sæculum V. A. C. 484.

trùm jam diu fuisse depositum, eumque filium tenebrarum appellabat.

Evagr. III. c. 20.

Itaque Vitalis, & Misenus convicti ab Episcopatu deponuntur, & excommunicantur. Totum Concilium etiam in Petrum Mongum Sententiam pronunciavit in hunc modum: *Ecclesia Romana Petrum Hæreticum, pridem Sacræ Sedis Judicio damnatum, excommunicatum, & anathematizatum non recipit. Etsi enim nihil præterea adversus eum afferri potuisset, sufficiebat, ab Hæreticis fuisse ordinatum, ut Catholicos regere nequeat. Quod ad Acacium Constantinopolitanum spectat, ex ipsa re palam fit, quantum erraverit, cum in epistolis suis ad Simplicium datis Petrum vocaverit Hæreticum, & id ipsum Zenoni non indicaverit, ut debebat, si major ipsi de Fide Catholica quam de Imperatoris Gratia cura esset.* In eadem Synodo, aut aliqua alia præcedente, antequam Legati rediissent, Papa probe jam gnarus, Acacium esse Hæreticum, ad eum dedit epistolam Synodalem, in qua dicebat: *peccasti, noli amplius peccare, & de præterito veniam pete!* Acacius acceptis Litteris mentem non mutavit, Communionem Petri Mongi non dimisit, nec aperte suasit, ut Concilium Calcedonense, & S. Leonis epistolam reciperet.

v. Vales.

Lib. brev. c. 18. p. 77. c. 10. 5. Conc.

§. XVI.

§. XVI.

Sæculum V. A.C. 484.

Acacius Constantinopolitanus damnatur.

Comperta hominis contumacia Felix Papa tandem Acacium in Synodo Episcoporum Italiæ damnavit, suamque Sententiam pronunciavit, cujus initium est: *non unius noxæ inventus es reus. Contemptis Nicænæ Synodi Decretis Jura Provinciarum usurpasti. Hæreticos usurpatores, quos ipse damnaveras, non solum in tuam recepisti Communionem, sed etiam aliis Ecclesiis regendis præfeciſti. Hujus culpæ exemplum habemus in Joanne, quem a Catholicis Ecclesiæ Apamiensis rejectum, & Civitate Antiochena expulsum, in Sedem Tyriensem immisisti. Aliud exemplum suppetit in Himerio, quem a Diaconatu depositum, & excommunicatum, ad ordinem Presbyterorum evexisti.* Tum exprobrat, quod Petrum Mongum, Concilii Calcedonensis hostem, tueatur, ut ei Sedem S. Marci asserat. Memorat vim Legatis Vitali, Miseno, & Felici, spreto jure Gentium, illatam. Subjungit: *Coram Sacra Sede, quod tamen Canones præcipiunt, noluisti respondere ad libellum Fratris mei Joannis* (nempe Talajæ) *qui contra te Accusationes gravissimas attulit, quas pertinaci tuo silentio confirmasti.* Tum sic clauditur oratio: *Quamobrem*

Felix. ep. 6. to. 4. Conc. p. 1073.

Pars

Sæculum V. A.C. 484.

Pars tua sit cum illis, quorum causam defendendam strenue suscepisti. Et scias te per istam Sententiam honore Sacerdotii, & Communione Catholica esse privatum, Judicio S. Spiritus, & Auctoritate Apostolica damnatum, quin unquam ab hoc Anathemate absolvi possis. Celius Felix Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ Romanæ Episcopus subscripsi. Datum quinto Kal. Aug. Venantio Consule, id est, 28. *Jul. an.* 484. Huic Sententiæ Episcopi sexaginta septem cum Pontifice subscripserunt. Ex his cognoscimus, etsi regnaret Odoacer Arianus, tamen Episcopis Italiæ æque ac sub Imperatoribus Catholicis in Synodum congregari liberum fuisse.

Tuto ex Senioribus Ecclesiæ Romanæ Clericis uni officium Defensoris collatum, ut Sententiam pronunciatam perferret Constantinopolim, non enim alius suppetebat modus. Duæ quoque epistolæ ipsi commissæ, altera ad Imperatorem, altera ad Clericos, & Populum data. Epistola ad Zenonem Imperatorem directa prima Aug. ejusdem anni data est, estque Responsum ad illam epistolam, quam ipse ad Papam Vitale, & Miseno perferentibus dederat. Initio Papa queritur, vim Legatis suis fuisse illatam spreto Gentium Jure, (*) cujus inter barbaras quoque Nationes

(*) Hic habemus indicium Papæ non tantum tan-

tiones maxima Reverentia esset. Deinde edicit, nunquam fore, ut Sancta Sedes cum Petro Alexandrino communicet, etiamsi aliud obesset nihil, quam quod ab Hæreticis fuerit ordinatus. *Quare*, inquit, *ad tuum ipsius provoco Judicium, an Christianis Communio S. Petri Apostoli, vel Petri Alexandrini sit eligenda.* (*) *Cognoscere poteris, qualis vir iste fuerit, quam impie Sacerdotium, vix unum, qui ipsum ordinaret, habens, invaserit. Quamdiu damnatis, etiam inter vos Constantinopoli fuerit adnumeratus. Hæc intelliges, inquam, ex litteris Acacii, quem hodie Defensorem habet, ad Antecessorem meum datis, quarum exempla tibi transmitto.* Tum damnatum fuisse Acacium Imperatori aperit, & hortatur, ut huic Ordi-

Sæculum V. A.C 484.

tanquam Episcopi, sed etiam tanquam Principis loquentis; nam inter solos Principes Jus Gentium locum habet, nisi quis dicat, officium Advenas, & Hospites humaniter excipiendi ad Jus Gentium referri.

(*) Nunquam Ecclesia vera indignis & non Pœnitentibus noxia indulgentia Communionem concessit. At Domini Hollandi, dum Dies Orationis, pœnitentiæ, & jejunii indicunt, jubent Subditos suos pro omnibus Protestantium Ecclesiis in diversis orbis Partibus dispersis orare, nihil solliciti, an isti Protestantes in diversis orbis Partibus dispersi eandem cum ipsis Fidem teneant.

Sæculum V. A. C. 484.

Ordinationi tanquam divinæ voluntati se subjiciat, quod magis e re Imperatoris sit, Auctoritati Ecclesiæ obedire, quam eidem velle imperare. In Epistola ad Clericos, & Populum Constantinopolitanum Papa indicat, Vitalem, & Misenum fuisse damnatos, ut scandalum inobedientiæ tolleret. Condemnationem quoque Acacii notam facit, & sententiæ exemplum mittit; tum subjungit: *Vestro judicio in ordine suo conservandus est Salomon Presbyter, quem deposuit Acacius, ut Hæreticis placeret. Omnes alios, si quos forte detrusit, restituite.* Tandem monet, ut quicunque Catholici audire vellent, a Communione Acacii recederent.

S. Felix Papa ad Zenonem & Constantinopolitanos, *Epist.* 10.

Ubi Tutus Defensor in Orientem pervenit, elusis illorum, qui se Abydi expectabant, insidiis, Constantinopolim ingressus ad Monasterium Dii ex Ordine Acemetensium divertit. Cum ab Acacio obtinere non posset, ut reciperet Papæ Epistolam, in qua ipsius Damnatio continebatur, industria usus illius Cœnobii Monachis persuasit, ut Die Dominica Acacii ad Officium celebrandum Ecclesiam ingredientis pallio eam affigerent. Non nulli ex Monachis, qui istud ausi fuerant, necati, alii verberibus affecti in carcerem missi sunt. Tutus vero, postquam strenue imperata feciisset, auro corrumpi se passus,

Liberat. brev. c. 18. *p.* 770. *c. Theoph. p.* 114. *Niceph. XVI. c.* 17.

passus, cum Acacio communicavit. Id Pontifex per litteras Rufini, & Thalassii Presbyterorum, & Abbatum Civitatis Constantinopolitanæ, quas aliquis nomine Basilius attulit, edoctus est. Itaque Tutus in Italiam reversus, atque in pleno Concilio suis litteris & propria Confessione convictus, Defensoris munere, quod ei ad tempus datum fuerat, privatus, & excommunicatus est. (*) Hæc

Sæculum V. A. C. 484.

(*) Hier ergötzet sich der Uebersetzer in einer Anmerkung mit dem Ausdruck: Die faulen Mönche. Allein es muß dieser Tadelrichter doch erfahren, daß heut zu Tag die Mönche noch Liebe genug zur Arbeit haben, um in seiner Uebersetzung des Herrn Fleury die Fehler, welche theils aus seiner Nachläßigkeit, theils aus Ungeschicklichkeit, aus Unwissenheit, was die Katholicken eigentlich lehren, aus Furcht, es möchten seine Leser den Ungrund der protestantischen Sätze einsehen, aus Vorurtheil, aus Betrug, aus Schmähsucht, und aus dem Gebrauch der zum Schein von ihm selbst so sehr verdammten verwegenen Kritick herrühren, der Wahrheit liebenden Welt zu entdecken. Er hätte sich sollen die Bescheidenheit einer gelehrten Frau in Sachsen, welche mehr thut, als der heil. Paulus 1. Tim. 2. v. 15. ihrem Geschlecht zumuthet, zum Muster vorstellen, und solche Bücher aus dem Französischen übersetzen, derer Innhalt mit der Religion nicht verbunden ist, oder wenigstens den Herrn Fleury aufrichtig übersetzen, und die Katholicken unbeschimpfet lassen.

Sæculum V. A. C. 484.

Papa Rufino, Thalassio aliisque ex Civitate Constantinopolitana, & ex Bithynia Monachis scripsit, jubens, ut Monachos, qui se seduci passi fuissent, sua Communione excluderent, illorum autem rationem haberent, qui non nisi magnis tormentis fracti cessissent, cum his enim mitius esse agendum.

Epist. II.

§. XVII.

Petrus Fullo restituitur.

Gelas. ep. ad Dard. pag. 1205. 1206. *Gesta de nom. Act. in fi.*

Acacius Imperatoris Præsidio fretus Depositionis sententiam a Papa in se latam flocci habuit, atque usque ad mortem offerre Sacrificium non cessavit. (*) Imo ex Diptychis Nomen Papæ abstulit; ipsius nutu in toto Oriente plurimi Episcoporum Catholicorum depositi, quibus Hæreticos succedere jussit; ceterum cum Hæreticis communicabat. Calendionem Antiochenum Episcopum legitimum, quem ipse ordinaverat, ejecit. Causam Depositionis obtendebat, quod favisset Factioni Illi, Magistri Officiorum, qui in Oriente Leoncio, & Pamprepio sociis seditio-

Lib. brev. c. 18. *Gelas. ad Dard. p.* 1209. *Evag. III. c.* 16. *Theoph. p.* 115.

(*) Diese Worte des Herrn Fleury: Et continua jusques à la mort à offrir le Saint Sacrifice, hat unser Protestant auf seiner 26. Seite, gegeben: Vielmehr fuhr er mit der Verwaltung seines Amtes fort bis an seinen Tod. Hominem solertissime perfidum!

ditionem commoverat. Interim nemo neſciebat Acacium ideo Calendioni infenſum eſſe, quod in Communione Felicis Papæ, & Joannis Talajæ Patriarchæ Alexandrini perſeveraret. Ergo Calendion in Oaſin relegatur, & Petrus Fulo in Sedem Antiochenam reducitur conſentiente Acacio, qui eundem jam toties damnaverat. Plures alii Epiſcopi eodem tempore, nempe Neſtor, Romanus Calcedonenſis, Julianus Mopſueſtenus, Paulus Conſtantinenſis, Manus Emericanus depulſi, & omnes quidem obtenta ſeditionis ſpecie, revera autem quod Zenonis Henoticum recipere recuſarent; huic Petrus Fulo ſubſcripſit, & litteras Synodales ad Petrum Mongum Alexandrinum miſit. Expulſorum Epiſcoporum aliqui Conſtantinopoli duram Perſecutionem ſuſtinuerunt.

Sæculum V. A.C. 484.

§. XVIII.

Xenaias Iconoclaſta.

Petrus Fulo Cyro Hierapolitano præter alios Sede ſua pulſo ſuffecit hominem in Perſia natum, cui nomen Xenaias, ſeu Philoxenes, a Patriarcha Calendione ex illa Diœceſi ejectum, quod Fidei Dogmata corrumpere, & commovere Populum deprehenſus fuiſſet. *Conc. Nic. 2. Act. 5. p. 367. 370. ex th. lect. & Joan. Dias.*

Haud diu poſtquam Sedem Hierapolitanam obtinuiſſet, quidam Epiſcopi, qui

Sæculum V. A. C. 484.

ex Persia advenerant, liquido probarunt, esse Mancipium fugitivum, & nunquam baptizatum. (*) At Petro, num id verum falsumve esset, curæ non fuit, dixitque, ordinationem Episcopalem in Xenaia Baptismum supplere. Xenaias hic primus sacris Iconibus bellum intulisse legitur. Dicebat; cum Angeli essent sine corpore, non licere eis corpus affingere, nec specie humana pingere. Ineptum esse honoris genus, JEsu Christi imaginem exhibere, & nullum cultum ei esse gratum, quam in Spiritu, & Veritate adorari. Inventum esse pueris dignum, arte sculptoria columbarum simulacra efficere, quæ Spiritus sancti speciem exhibeant; *Quandoquidem*, inquiebat, *Spiritus S. non est factus Columba, sed unica vice apparuit in hac forma, cujus substantiam non assumpsit.* Facta Doctrinæ consentiebant, quippe in pluribus locis Angelorum Imagines delevit, easque, quæ JEsum Christum exhibebant, in locis ab hominum oculis remotis occultavit.

§. XIX.

S. Barnabæ Reliquiæ.

Anthemius quoque Episcopus Salaminæ in Cypro vexabatur a Petro Fulone, volente, ut sibi tanquam Patriarchæ subjice-

(*) Dignam tali Auctore Doctrinam!

jiceretur. Anthemius objiciebat Concilii Ephesini Decretum, quod Sedem suam Episcopalem pronuntiaverat exemptam. Justam fuisse Anthemii causam probavit Inventio Reliquiarum S. Barnabæ, cujus Corpus sub arbore in loco quarta Leucæ parte ab urbe Salamina distante repertum est. In pectore ipsius erat Evangelium S. Matthæi, quod sua manu scripserat. Anthemius inde conficere volebat, Sedem suam, quia Apostolo Fundamenta sua deberet, æque Apostolicam esse ac Antiochenam. Ceterum tunc confirmata est ipsius Exemptio. Imperator Evangelium S. Barnabæ manu exaratum Constantinopolim afferri jussit, illudque in Palatii Ecclesia S. Stephano sacra reposuit. Salaminæ quoque magnifici operis Ecclesiam junctis multis ædibus in loco, quo Reliquiæ translatæ, extruxit.

Sæculum V. A.C. 484.

Sup. lib. XXV. §. 57. Theod. lect. lib. 2. art. 2. Sermo Alex. ap. Sur. 11. Jun.

Illa ætate in Syria Presbyteri duo editis libris celebres extitere, Theodulus, & Joannes. Theodulus in Cœlesyria versabatur, scripsitque inter alia Librum de Concordia Veteris, & Novi Testamenti contra antiquos Hæreticos, nempe Marcionitas, & Manichæos, qui duo Testamenta diversis Auctoribus tribuebant. Is Zenone imperante diem clausit. Joannes ex Diœcesi Antiochena Grammaticam docuerat. Scripsit contra illos, qui

Genn. script. c. 90. n. 91.

Scriptores.

Sæculum V. A. C. 485.

duas Naturas in JEsu Christo negabant, id est, Eutychianos; Item aliqua S. Cyrilli dicta, quæ huic errori favere videbantur, impugnavit. De his duobus Scriptoribus nihil nobis supereſt. Fortassis Joannes fuit Nestorianus, nam plurimi in Oriente agebant, habebantque Edessæ scholam, in qua sermone Persico docebant, unde hæc pestis in Persiam pervasit. Martyrius Patriarcha Jerosolymitanus sub idem tempus anno 485. obiit, postquam sedisset annos octo. Successit Salustius.

Theod. lect. l. II. p. 558. 6.

vita S. Sap. 19.

Evagr. III. c. 22.

In Ægypto Petrus Mongus aliquos Episcopos, & Abbates ad suam Communionem pertraxit, cum iterato Epistolæ S. Leonis, Concilio Calcedonensi, iisque, qui scripta Dioscori, & Timothei Eluri non recipiebant, Anathema dixisset. Quia vero ceteros in suam sententiam adducere non poterat, eos maximam partem e suis Cœnobiis ejecit. Quamobrem Abbas Nephalius Constantinopolim se contulit, ut rem ad Zenonem Imperatorem deferret. Displicuit Petri factum Cæsari, missoque Cosmo ex Prætorianorum numero terribiles minas Petro Mongo jubet ingerere, ut nimia severitate turbas excitare cessaret. Cosmus re infecta rediit, nisi quod expulsis Monachis in sua Cœnobia redire permissum. Imperator Arsenium deinde illo misit, quem

quem Ægypto præfecit. Is ubi cum Nephalio Alexandriam pervenit, de reſtauranda Pace agere cœpit; ſed eos, qui a Petri Mongi Communione receſſerant, reducere non potuit. Eorum aliquos Conſtantinopolim ire juſſit ad Imperatorem, qui multa de Concilio Calcedonenſi diſſeruit; verum nec ſic quidquam effectum, quia Imperator iſtud Concilium non ſincere approbabat. Sæculum V. A. C. 485.

§. XX.

Felicis Papæ Epiſtola ad Eccleſiam Africanam.

Interim Eccleſia Africæ non nihil levius habebat ſub Regno Guntamundi, qui Hunerico ſucceſſerat; is S. Eugenium Epiſcopum Carthaginenſem ab Exilio revocavit, & tertio Regni ſui anno, nempe 487. ejusdem Civitatis Catholicis cæmeterium S. Agilei reddidit. Eodem anno Boetio Conſule Romæ 13. Martii in Baſilica Conſtantini Concilium celebratum. Aderant quadraginta Epiſcopi ex Italia, Felice Papa Præſide, ex Africa Epiſcopi quatuor, Presbyteri ſeptuaginta ſex, quorum omnium nomina leguntur. In eo Concilio Papa ab Anaſtaſio Diacono recitari juſſit Epiſtolam ad omnes diverſarum Provinciarum Epiſcopos directam; primum mentio fit generatim de *App. Chr. Proſp. to. 1. Canis. to. 4. Conc. p. 1149.*

Sæculum V. A. C. 487.

Persecutione in Africa, tumque multorum lapsus, qui rebaptizari se sustinuerant, & quidem etiam ex Presbyteris, & Episcopis non nulli, memorantur. Omnibus deinde diversa præscribuntur remedia. Epiſcopi, Presbyteri & Diaconi reliqua tota vita pœnitentiam agent, nec precibus non Fidelium modo, sed neque Catechumenorum aderunt. Et tandem in articulo mortis Communionem solum Laicam accipiant. Quod spectat ad alios Clericos, Monachos, Sanctimoniales, Sæculares, Concilii Niceni Regula observabitur, ut illi, qui nemine cogente rebaptizati fuerint, tribus annis sint auditores, annis septem prostrati, & annis duobus orationi assistant non offerentes. Si vero intra hoc temporis spatium mortis periculum immineat, ab eodem Episcopo, qui Pœnitentiam injunxerit, aut ab alio, qui eam injunctam fuisse sciverit, vel a Presbytero Viaticum, id est, Absolutionem, accipient.

Ep. 7. Felic. p. 1075.

Nic. Conc. II.

Sup. l. XI. §. 21.

Impuberes aliquamdiu sub impositione manuum erunt, postea ad Communionem admittantur, ne tempore Pœnitentiæ novis culpis implicentur. Si in mortis periculum incidant, & Absolutionem acceperint, postea vero convaleant, solum in oratione communicabunt, donec tempus fuerit impletum. Catechumeni, qui ab Arianis baptizati fuerunt,

runt, tribus annis inter Auditores stabunt, deinde inter Catechumenos, ut cum illis Gratiam Communionis Catholicæ per manuum impositionem recipiant. Clerici minores, & Laici, qui vi, aut dolo rebaptizati fuerint, annis tantum tribus Pœnitentiam agent; nemo autem eorum, qui baptizati, aut rebaptizati extra Ecclesiam fuere, unquam ad Ministerium Ecclesiasticum suscipietur. Nullus Episcopus aut Presbyter alterius Episcopi Pœnitentem recipiet, nisi a suo Episcopo testes litteras afferat. Si casus insolitus supervenerit, S. Sedis sententia exquiratur. Hæc Epistola, scilicet Concilii Romani Decretum, uno tantum anno posterior est, & 15. Martii, Dynamio, & Siphidio Consulibus id est anno 488. data. Eodem jure Rebaptizatio ac Apostasia habetur, quia nemo potest baptizari velle, nisi se Gentilem æstimet.

Sæculum V. A. C. 487.

Concilium Romanum.

Eodem anno Pontifex ad S. Cesarium Arelatensem Epistolam dedit. Prohibet, ne Ordinationes Episcoporum præcipitentur. Sed hortatur, ne latum unguem a Regula deflectatur, & non nisi postquam diu eorum mores probati fuissent, ordinentur, ut firmi, & constantes deinde in suscepto munere persistant; Nam querebantur Viri probi, quosdam Episcopos post suam Ordinationem ad Sæculum rediisse. Conjectura est, hoc malum ex com-

ap. Bar. 488.

Sæculum V. A.C. 488.

commercio cum Barbaris originem traxisse, & quod perpetuo hostilium armorum strepitus audiretur, quippe optimæ etiam vitæ Episcopi arces munire cogebantur, quo se ingruente hoste reciperent. Id ipsum exemplo Honorati Episcopi Novariensis, qui illa ætate vivebat, confirmatur. Papæ Epistola ad S. Cesarium tertia Febr. 488. data est.

Ennon. epig. 110. & ibi Sirm.

§. XXI.

Acacius Constantinopolitanus e vivis excedit.

Eodem anno nempe secundo post Consulatum Longini fatis functus est Petrus Fulo Anti-Patriarcha Antiochenus toties condemnatus. Successit Palladius etiam Hæreticus. Acacius obiit anno sequenti 489. Probino, & Eusebio Consulibus, postquam Sedem Constantinopolitanam annis septendecim tenuisset. Ambitione ferebatur, omnes sibi subjicere Ecclesias cupiens; at subjectas sollicite regebat. Vanæ indolis notam non effugit, dum ipso vel jubente, vel tolerante ejusdem pictæ effigies in omnibus Ecclesiis visæ sunt. In Ecclesia Armamentario vicina Gennadius ejus Antecessor imaginem musivo opere concinnari jusserat, tunc omnibus numeris absolutam. In eadem Acacius loco maxi-

Victor. Tun. Chir. Evagr. III. 6. 231.

me

me ſpectabili depictus eſt, & Salvator ad Gennadium dicens: *Deſtrue Templum hoc, & ſub Succeſſore tuo ſuſcitabo illud.* Notatu dignus eſt uſus, Epiſcopos in Eccleſia depingendi. Sæculum V A. C. 490.

Acacio defuncto in ejus locum Flavita, ſeu Fravita Presbyter S. Theclæ Patriarcha Conſtantinopolitanus ordinatus eſt. Noluit hanc Sedem occupare, quin ordinationem ſuam Felici Papæ communicaret, eique Epiſtolam Synodalem miſit, at ſimilem etiam ad Petrum Mongum Anti-Patriarcham Alexandrinum perferri juſſit. Epiſtolam Flavitæ unacum litteris Zenonis Imperatoris Monachi Catholici Romam attulerunt, & Papa eos in ſuam Communionem recepturus interrogavit, num ipſi & Flavita, a quo miſſi erant, promitterent, ſe nomina Petri Alexandrini, & Acacii Conſtantinopolitani rejecturos? Legatis Conſtantinopolitanis reſpondentibus, iſtud ſibi in mandatis non eſſe, vehementer miratus Pontifex iis Communionem ſuam concedere diſtulit, & cur id negaret Flavitæ, & Imperatori perſcripſit. Litteras quoque dedit ad quemdam Epiſcopum, cui nomen Vetranion, obteſtans eum, ut illa fiducia, qua Imperator ipſum dignabatur, ad reducendam Eccleſiæ pacem uteretur. Scripſit præterea ad Thalaſſium cujusdam Monaſterii Conſtantinopoli

Lib. brev. c. 18. *p.* 76. *Evagr. III. c.* 19. *Theoph. an.* 15. *Zen. p.* 114.

Fel. ep. 13. c. 108. 9.

Ep. 12. 13. Flavita.

Epiſt. 15.

Sæculum V. A. C. 490.

poli Abbatem, & hortatur, ut constans sit, & cum illius Civitatis Episcopo non communicet, priusquam in Communione Episcopi Romani sit, etiamsi nomina Petri, & Acacii ex Dyptichis aufferrentur. Hæc Epistola prima Maji Fausto Consule id est 490. data est. Interim viri quidam integerrimæ fidei Exemplum Epistolæ a Flavita ad Petrum Mongum datæ pertulere. Itaque Papa, ejus mala fide cognita, Legatos probrose rejecit.

Epist. 14.

Theop. p. 115

Petrus Mongus Epistolæ Synodali Flavitæ respondit; antequam vero ejus Responsoriæ Constantinopolim perveniissent, Flavita morte subita e vivis raptus est, cum non ultra quatuor Menses Sedem tenuisset. Suffectus est Euphemius Presbyter Catholicus, doctissimus, & piissimus vir. Ipsi igitur Petri Mongi Epistola ad Flavitam redditur, ex qua cum videret, quod Concilium Calcedonense anathematizaret, magno animi dolore commotus a Communione Petri se separavit. Ulterius ambo processissent convocatis adversis Conciliis, si Petrus Mongus supervixisset; at, eo hoc anno 490 e vivis sublato, successit aliquis nomine Athanasius, & ipse Hæreticus, cognomento Celetes, quod ilium procidentia laboraret. Ergo Euphemius Constantinopolitanus Pontificatus sui initio Nomen Petri Mongi ex sacris Dyptichis sua

Petrus Alexandrinus obit.

sua manu delevit, inscripsitque Nomen Felicis Papæ, cui statim pro more Litteras Synodales misit. Papa receptis litteris non tamen Euphemium ad Communionem suam admisit, quod Nomina Acacii, & Flavitæ ex Diptychis non deleviſſet. Euphemius Patriarcha S. Danieli Styliti morienti adfuit. Obiit vero in sua Columna postquam S. Mysteria celebrasset. (*) Ecclesia ejus Memoriam undecima Dec. agit. Sæculum V. A. C. 491. *Martyr. Ro.* 11. *Dec.* *Sur.* 11. *Dec.*

§. XXII.

Zeno fato fungitur. Anastasius Imperator.

Zeno Imperator anno sequenti 491. Olybrio Consulatum gerente, sexta Aprilis, annum agens sexagesimum quintum vita excessit, postquam regnasset annis septendecim. (**) Successorem habuit *Chr. p.* 318. *Theoph. p.* 116.

(*) Missis aliis erroribus multis, & non levibus observo, Interpretem Protestantem hic verba ista: *Postquam sancta Mysteria celebrasset*, impudenter omisisse. pag. ipsius 32. part. 5.

(**) Scriptores recentiores Græci narrant, Zenonem crapula, & somno gravem uxoris jussu sepulchro illatum, aditum prægrandi lapide occlusum, & miserum Imperatorem frustra opem inclamantem tandem fame, & desperatione crepuisse. Ariannam deinde Anastasio nupsisse.

Sæculum V. A. C. 491.

buit Anastasium cognomento Dicorum Dyrrachii in Epiro natum, quondam Silentiarium. Is, quamvis ultra annos vitæ sexaginta numeraret, nihilominus annis viginti septem Imperio præfuit. Ecclesiam adire ante Solis ortum solitus, in oratione usque ad Officii Ecclesiastici finem perseverabat. Sæpe jejunabat, & largiter pauperibus Eleemosinam tribuebat. His omnibus non obstantibus Hæreticus credebatur, atque tam Ariani, quam Manichæi, cum scirent Imperatorem electum, magnam lætitiam prodidere; nam Matre natus Manichæa, fratrem habebat Arianorum lue infectum, nomine Clearchum. Ipsum Anastasium, cum aliquamdiu Conventus separatos ageret, Euphemius Patriarcha reprehendit; hinc etiam Electioni ejus adversabatur, dicens, Hæreticum esse, & indignum, qui Christianis imperaret. At vero Imperatrici Ariannæ Leonis Filiæ, & Zenonis Viduæ ratum, fixumque erat efficere, ut Anastasius eligeretur; itaque Fœmina, & Senatu apud Patriarcham instantibus, is promisit se Anastasium coronaturum, ea conditione, ut traderet Fidei formulam scriptam, qua profiteretur, se in Concilio Calcedonensi definita recipere, & nihil novi in causa Religionis moliturum. Anastasius, quod petebatur, promissum manu sua scriptum tradidit

Evagr. III. c. 29 Marcel. Chr. Vict. Chr. Cedr. p. 357. Theod. lect. II. p. 558 Suid. in Phatr.

didit Euphemio, qui proinde eundem in Cœna Domini undecima Aprilis anno 491. Imperatorem coronavit. Eodem anno Euphemius Concilium Episcoporum, qui tunc Constantinopoli versabantur, convocavit, in quo Decreta Concilii Calcedonensis confirmavit. Anastasius Imperator Delatores urbe Constantinopolitana ejecit, & ut precibus Monachorum ex Palæstina satisfaceret, Tributum omnibus ordinibus maxime invidiosum, quod *Chrysargirum* dicebant, abolevit, Legis illius tabulis publice comburi jussis. Quia Pacem se amare profitebatur, & novas molitiones præsertim in Causa Religionis odisse, nullius Ecclesiæ statum mutavit. Singulis Episcopis recipiendi, damnandive Concilium Calcedonense plena libertas erat, quod aliqui recipiebant, alii anathematizabant, alii quid hac super re sentirent non aperiebant. Hæc autem dissimulatio non modo concordiam non reduxit, sed dissentientium numerum auxit, nam Orientales nec cum Occidentalibus communicabant, nec inter se consentiebant.

Sæculum V. A. C. 491.

Cod. p. 157.

§. XXIII.

S. Sabæ initia.

Primo Anastasii Imperantis anno Salustius Patriarcha Jerosolymitanus S. Sabam Presbyterum ordinavit, firmissimum

vita Cotel. Mon. Gr. to. 3. p. 221.

Sæculum V. A. C. 491.

mum in Palæstina Fidei Catholicæ fulcrum. Ut vero clarius ordinationis hujus adjuncta discamus, vitæ ejus principia repetenda sunt. Natus est anno 439. Theodosio juniore decimo septimo Consule. Patria fuit Mutalasca, obscurum Ditionis Cæsarienſis in Cappadocia oppidum. n. 4. Octennis vicinum Monasterium ingressus reliquos omnes ultra septuaginta Monachos humilitate, & obedientia n. 5. superavit. Decennio ibi expleto animum subiit, ut Jerosolymam iret, & in n. 6. p. 226. Desertum illi Civitati proximum se conferret. Impetrata ab Abbate suo licentia, Jerosolymam peregrinatus est illo tempore, quo Juvenalis Patriarcha in illa Ecclesia sedebat, & sub finem Regni Marn. 7. ciani anno 457. Hyemem transegit in Monasterio S. Passarionis, cui tunc Abbas Elpidius præerat. S. Euthymii famam deinde secutus, eum adivit, seque ipsius Moderamini commisit. Ille sanctus Vir arbitratus, Sabæ juventutem aptam non esse ad vitæ rigorem, quo Anachoretæ in Laura utebantur, eum ad Monasterium n. 8. inferius misit, ut sub Institutione S. Theoctisti esset. Cum Sabas magno corpore esset, & viribus valeret, tantum, quantum vix alii tres, præstabat, & utilissimus erat Monasterio.

Aliquando Monacho negotiorum causa Alexandriam eunti socium se dedit; in

ea Civitate a Patre, & Matre sua, qui ab aliquot annis ibi Sedem elegerant, cognitus est. Pater ejus Isaurorum cohorti præfectus persuadere cupiebat, ut sub ipso militaret; verum Sabas in Professione suscepta fidelis perseveravit. Instantibus Parentibus, ut saltem viginti aureos in itinere subsidium acciperet, tres non plures, ut eorum voluntati aliquatenus obediret, accepit, quos, ubi ad Monasterium reversus est, in manus Abbatis Theoctisti reddidit. Postquam annum ætatis numeravit trigesimum, eousque in virtutis semita progressum judicavit S. Euthymius, ut ei licentiam fecerit sine socio in specu habitandi, nempe per dies quinque hebdomatis ibi manendi. Die Dominica post Vesperas a Monasterio abibat, portans Palmarum ramos, laboris Hebdomadalis materiam. His quinque diebus nihil omnino cibi capiebat. Die Sabbati mane redibat ad Monasterium, opus suum nempe quinquaginta canistros afferens. Annos quinque in hoc vitæ genere duravit. Eum S. Euthymius juvenem Senem appellare solebat, & singulis annis cum S. Domitiano socium adhibebat, cum in Desertum *Rouba* se conferret, ubi a decima quarta Januarii usque ad Dominicam Palmarum in solitudine permanebant.

Sæculum V. A. C. 491.

Vita S. Sabæ. n. 10.

Sæculum V. A. C. 491.

S. Euthymio defuncto, videns priſtinum illius Monaſterii rigorem remiſiſſe, in Deſertum ad Orientem receſſit, ubi graviſſima cum Dæmone ſubiit certamina, ſemper Victor. Elapſo quadriennio cœlitus ei revelatur, Sedem ipſi in Caverna torrentis Cedron eſſe figendam. Id contigit tempore illo, quo Martyrius Anaſtaſio Patriarchæ Jeroſolymitano ſucceſſit, & Zeno Imperator Baſiliſco e vivis ſublato Regnum repetiit, ſeu anno 478. S. Sabas initio annos quinque in illa caverna ſolus fuit; tum vero multi ad eum confluxere Diſcipuli. Itaque annos natus quadraginta quinque, cœpit animarum curam gerere, omnesque, qui ad eum veniebant, ſuſcipere. Brevi congregata eſt familia virorum ſeptuaginta, quorum aliqui novorum Monaſteriorum Fundatores extiterunt. In medio Torrentis exiguum Oratorium, & Altare conſecratum extruxit, & ſi Presbyter ad eum divertiſſet, rogabat, ut Sanctum ibi offerret Sacrificium. Tanta quippe erat viri ſancti humilitas, ut ipſe ordinari non ſuſtineret.

n. 12.

n. 15.

p. 238.

Sup. lib. XXIX.

n. 48. 50.

n. 16.

§. XXIV.

S. Sabæ Ordinatio.

Cum S. Sabæ Diſcipulorum numerus usque ad centum quinquaginta excreviſſet, quidam falſi Fratres ipſius Regimini

n. 19.

p. 145.

gimini se subducere cupientes Jerosoly- Sæculum V.
mam ad Patriarcham Salustium, qui Mar- A. C. 491.
tyrio successerat, se contulerunt, petie-
runtque, ut sibi Abbatem daret. Quæ-
sivit Patriarcha: *Unde estis?* respon-
derunt: *in Torrente deserto habitamus.*
Rursusque Patriarcha: *qualis est hic Tor-
rens?* ergo instanti Præsuli respon-
derunt: *ille est, quem aliqui torrentem Ab-
batis Sabæ appellant.* Patriarcha: *&
Abbas Sabas ubi est?* responderunt: *non
est regendo huic Monasterio idoneus. Vir
rusticus est, &, ne quidquam coram te re-
ticeamus: ipse Ordines non suscepit, nec
tulit, ut alii ordinarentur; quomodo er-
go Familiæ virorum centum quinquagin-
ta præesse poterit?* Quiritius Presbyter,
& Custos Crucis, qui loquentibus adsta-
bat, dixit: *An vos Sabam in hunc locum
suscepistis, vel ipse vos suscepit?* respon-
derunt: *ipse nos suscepit; sed postquam
auctus est Monachorum numerus, cum vir
agrestis sit, regere nos non potest.* Patriar-
cha dixit: *Ite, mature, quid postuletis, pen-
sate, & cras redite.* Interea S. Sabam,
quasi aliud acturus, vocari jussit. Voluit
etiam ipsius Accusatores adesse, & ipsis
spectantibus Presbyterum ordinavit.
Tum ad eos conversus dixit: *Ecce Pa-
trem vestrum, & vestræ Lauræ Abbatem,
quem non homines, sed Deus elegit. Fe-
ci, quod mihimetipsi prodest, dum Dei E-*

Sæculum V. A. C. 491.

lectionem confirmavi. Tum hos Monachos, S. Sabam, & Presbyterum Quiritium sequi se jussos ad Lauram deduxit, eorumque Ecclesiam dedicavit, quæ exinde Theoctista, id est, a Deo ædificata, dicta est. In Concha erexit Altare, quod, subjectis multis Martyrum Reliquiis, consecravit. Id factum 12. Dec. Indictione XIV. anno primo Regni Anastasii, ætatis S. Sabæ 53. JEsu Christi 491.

Armeni in Monasterio S. Sabæ.

Eodem anno cuidam Armeno, nomine Jeremiæ, & duobus Discipulis ejus Petro, & Paulo in Lauram susceptis, S. Sabas parvum Oratorium concessit, addita facultate, ut Diebus Sabbati, & Dominicis Officium Divinum sua lingua peragerent. Cum isti plures sensim Armenos ad se invitassent, exacto decennio S. Sabas eosdem ex parvo Oratorio ad Theoctistam transtulit, ut ibi Officium suum recitarent, adjecto præcepto, ut postquam Evangelium patrio sermone legissent, tempore Oblationis in Ecclesiam Græcorum transirent, & cum ipsis in sanctis Mysteriis communicarent. Id est; primam Missæ partem, quæ ad instructionem est, separatim celebrabant, & ad Sacrificium conjungebantur. (*) Quia etiam ex illis Armenis non nulli Trisagion cantabant cum Additione Petri Fulo-

(*) Hæc Protestans omisit.

Fulonis: *Crucifixus pro nobis;* S. Sabas jussit, ut illud Græcis verbis secundum antiquam Ecclesiæ Traditionem sine Additione cantarent. Sæculum V. A.C. 491. *p.* 165.

Exinde duobus annis elapsis S. Sabas Monasterium una Leuca a Laura distans extruxit in loco, quod *Castel* dicebatur, ferebaturque Dæmonum occursu infestari. Illic S. Sabas eos manere jubebat, qui in Disciplina Monastica cœteris magis profecerant. *n.* 27.

Novitiis alendis parvum ædificium habebat, jubebatque, esse sub cura virorum, qui propriis affectibus domitis alios regere valebant, donec Psalterium didicissent, & Disciplinæ Regulari adsuevissent. Verum in dispersis Lauræ Cellulis manere nemini nisi probatissimis concedebat. Juvenes in Lauram suam non suscipiebat, sed eos ad Abbatem Theodosium mittebat, qui Monasterium sesqui Leuca a Laura ædificaverat, & quocum ei arctissima necessitudo intercedebat. *n.* 28.

§. XXV.

S. Theodosius.

Theodosius quoque in Cappadocia natus erat. Cum juvenis Lector fuisset ordinatus, sacrorum librorum prælectione permotus, statuit relicta Tellure patria in Palæstinam proficisci, illo tempore quo Concilium Calcedonense celebraba- *Vita S. Th. ap. Boll. II. Janu. c.* 1.

Sæculum V. A.C. 491.

brabatur. Per Syriam transiens ad S. Simeonem Stylitem invisit, qui ad se in Columna vocato prædixit, magni Gregis Pastorem futurum. Sacris locis perlustratis cujusdam Solitarii incluſi Disciplinæ instituendum se tradidit; præterea Lucam, & Marinum S. Euthymii Discipulos docentes auscultabat. Timens deinde ne aliis præesse cogeretur in antro duabus Leucis Jerosolyma dissito se abdidit, ubi annos triginta fructibus arborum, aut leguminibus refectus, panem non comedit. Initio sex septemve Discipulos habebat, cum vero eorum crevisset numerus, nec illâ specu contineri possent, haud procul magnum extruxit Monasterium, ubi omnes artes vitæ humanæ necessariæ excolebantur, ita ut Cœnobium istud a Civitate non abhorreret. Hæc domus erat miserorum omnium refugium. Hospites perhumaniter fovebantur, pauperes eleemosinis levabantur, ægrotantes juvabantur. Quatuor visebantur Nosodochia; duo Monachis destinata, scilicet ægrotantibus, aut labore, & Senio fractis, duo alia Sæcularibus, ut diversorum ferebat fortuna, ita ut illi ab imæ sortis hominibus separarentur, quorum conditio erat spectabilior. Rursus quatuor aderant Ecclesiæ; una illis, qui cum S. Theodosio Græce loquebantur, altera Bessis, Thraciæ Populo, Ter-

v. Boll. proleg. §. 4. c. 3.

c. 9.

tia

tia Armenis, ut quæque Natio Officium patrio idiomate peragere posset, quarta non nullis Monachis, quibus, cum temere vitam Anachoreticam fuissent amplexi, mens fuerat remota, & deinde furore ascetico remittente reddita. Quælibet ergo Natio suo sermone lectiones audiebat, excepto sancto Sacrificio; (*) quippe Evangelio recitato omnes in Ecclesia magna, quæ erat Græcorum, conveniebant, & simul Communionem accipiebant. Ex hoc Monasterio multi Abbates, & Episcopi enati sunt. S. Theodosius quamvis Auctores profanos nunquam legisset, nihilominus eloquentia pollebat, & apte ad persuadendum dicebat. Semper manibus tractabat libros Asceticos S. Basilii, quem etiam unice sequendum sibi proposuerat. Talis erat vita istorum Sanctorum Monachorum in Palæstina, cum Anastasius Imperator regnare cœpisset. Sæculum V. A. C. 491. c. 10.

§. XXVI.

Felicis Papæ obitus. Gelasius Papa.

Felix Papa Anastasio Imperatori Regnum auspicanti datis litteris gratulatus, haud diu postea ad Cœlestia abiit, scilicet quinto Kal. Martii, Anastasio, & Rufo Con- *Gel. com. ad Faust. to. 4. Conc. p. 1168*

(*) Hic Protestans vocem, *Sacrificio*, iterum suppressit.

Sæculum V. A. C. 492.

Consulibus, id est, 25. Febr. 492. cum ferme annos novem sedisset. Ecclesia eum Sanctis adscripsit. (*) Basilicam S. Agapeti Ecclesiæ S. Laurentii vicinam ædificavit. Duabus Ordinationibus Mense Dec. ordinavit Presbyteros 28. Diaconos 5. pluresque quam triginta & unum Episcopos. Sepultus est in Ecclesia S. Pauli. Postquam Sedes vacasset dies quinque, in Ejus locum electus est Gelasius Afer, Vale-

Vict. Tun. Chr. Lib. Pontif. Martyr. R. 15. Febr.

(*) S. Felix Papa, quamvis sæpissime Tertius dicatur, tamen re ipsa secundus hujus Nominis est, nisi quis Felicem, Liberii in Pontificatu Socium, fuisse Legitimum Pontificem existimet.

Ad hunc locum Tillemontius ex Epistolis S. Felicis excerpsit illa verba: *Pastori Animarum pro Fide Christiana vivendum, & moriendum esse.* Conc. to. 4. p. 1090. e. Dicit deinde dubitari posse, an non magis pensare debuisset terribiles, & funestos effectus secuturos ex Condemnatione Episcopi (Acacii Constantinopolitani) Imperatoris favore tumentis, & omnium Ecclesiarum in Oriente Domini. Respondeo: S. Felicem Papam non hæsitare debuisse in Condemnando Acacio S. Gelasius Papa in Epist. ad Episcopos Dardaniæ inf. §. XXXVI. demonstravit. Sed & nimius est Tillemontius, dum Acacio in alios Orientis Episcopos tantam tribuit Potentiam. Non Acacii Auctoritas, sed alii aliis Episcopis Orientis a Communione Ecclesiæ Romanæ deficiendi Prætextus fuerunt, nec id subito, sed sensim, & longiore temporis mora factum.

Valerii Filius, qui annis 4. & menſibus octo Sedem tenuit. Euphemius Patriarcha Conſtantinopolitanus data ad eum Epiſtola, quam Diaconus nomine Syncetius attulit, queſtus eſt, quod ſe de ſua Ordinatione pro more certiorem non reddidiſſet. S. Gelaſius Papa reſpondet: *Verum quidem, antiqua hæc fuit conſuetudo Patrum noſtrorum, qui Communione uniti erant; tibi vero aliena Societas Communione S. Petri potior eſt. Dicis, opus eſſe, ut in aliquibus conniveam. In hoc tibi conſentio, inclinari nos oportere, ut lapſos erigamus; verum etiam cavendum, ne unacum ipſis in præcipitium ruamus. Ita iis, quos Acacius baptizavit, aut ordinavit, remedium, a traditione Patrum noſtrorum acceptum, faciles concedimus. Eutychem damnas, at Acacius, inquis, nihil Fidei contrarium docuit. Quaſivero pejus non eſſet, veritatem agnoſcere, & tamen cum inimicis ejus communicare. Quæris, quando Acacius fuerit condemnatus. Non eſt opus ſpeciatim condemnare Catholicum, qui cum Hæreſi communicat. Dicis, te Concilium Calcedonenſe recipere, & tamen illi nec generatim, nec ſpeciatim tibi videntur damnati, qui cum Sectatoribus illorum, quos Concilium damnavit, communicant.*

An forte putas, Petrum, quocum Acacius communicavit, fuiſſe abſolutum?

Sæculum V. A. C. 492.

Gel. ep. 1. p. 1157. *to. 4. Conc.*

p. 1159.

id

Sæculum V. A. C. 492.

id tibi probandum, si potes, cum Hæresis Eutychianæ manifeste convictus teneatur. Nec tibi in eo tantum placeas, quod profitearis, Fidem te Catholicam tenere, & Nomen Eutychis abstuliſſe. Hæc dicere non sufficit, sed ipso opere demonstranda sunt, Communioni Hæreticorum, eorumque, qui cum ipsorum Successoribus communicarunt, renunciandum. Verumtamen sunt, qui nolentem te cogunt. Ignosce, quod dicturus sum; nunquam hanc excusationem afferre licet Episcopo, quando de prædicanda Veritate agitur. Ignosce etiam timori meo; omnibus artubus contremisco, dum terribile Dei Judicium cogito. Nos enim tanquam Ministri JEsu Christi pro Veritate vitam dare tenemur.

Gelasii Papæ Epistola.

p. 1162.

Dicis; hæc Populo Constantinopolitano persuadenda esse, & vis, ut mittam quemquam, qui animos deliniat. Nonne Pastoris est potius Gregem regere, quam errantem sequi? an populus tui, vel tu populi, rationem redditurus es? quomodo me audiet populus, cui suspectus sum, si Pastorum suorum vocem non audiat? vocabimur, Frater mi, Euphemi! vocabimur sine omni dubio ad formidandum JEsu Christi Tribunal, ubi nullus tricis, & argutiis locus. Ibi clare dispicietur, an ego, ut arbitraris, difficilis sim, & acerbus, aut tu potius, qui salutare remedium respuis. Quamvis Papa in hac epistola Euphe-

Euphemium Fratrem appellet, edicit tamen, quod nolit, hoc esse Communionis indicium, sed se tanquam homini extero scribere. Sæculum V. A. C. 492.

Sub idem tempus Gelasius Papa accepit Epistolam a Laurentio Episcopo Lignidano in Illyrico ad se datam. Is indicabat, in Ecclesia Thessalonicensi, aliisque illius Regionis, lectam fuisse Felicis Papæ Epistolam de Acacii erratis, omnes eidem Anathema dixisse, & neminem ipsius recepisse Communionem. Itaque Laurentius Pontificem rogabat, ut Episcopis Illyrici mitteret Fidei Professionem, Hæresis grassantis Antidotum. Papa in *Epist.* 2. 1163 suo Responso memorat, morem esse, ut Episcopus Ecclesiæ Romanæ recens ordinatus Ecclesiis Fidei suæ Formulam transmittat. Hanc etiam Epistolæ suæ inserit, & præprimis Mysterium Incarnationis contra Hæresin Eutychis exponit. Sub finem dicit, se sperare, Imperatorem serio conatu effecturum, ut temerariorum hominum Disputationes cessent. *Propositum nobis erat*, inquit, *aliquos ex nostris ad vos mittere, si per præsentem rerum statum licuisset.* His verbis notare videtur turbas, quibus Illyricum & Italia agitabatur, dum novus Dominus rerum potitus est.

§. XXVII.

Sæculum V.
A. C. 492.

§. XXVII.

Theodoricus Rex Italiæ.

Theodoricus Rex Oſtrogothorum puer octennis Leoni Imperatori obſes datus, & Conſtantinopoli educatus fuit. Poſt lapſum decem annorum a Patre Theodemiro revocatus eidem deinde in Regno ſucceſſit. At Imperator Zeno ad ſe accerſitum, ſibi Filium Militarem adoptavit, ad ſummas Dignitates evexit, & anno 484. Conſulem creavit. Interim Gothi ejus ſubditi in Illyrico habitabant, cumque illius Regionis paupertas diſpliceret, apud Imperatorem Zenonem precibus inſtare cœpit, ut poteſtatem faceret Populares ſuos in Italiam ducendi. *Utilius tibi erit*, inquiebat, *ſi Italia mihi, qui totus tuus ſum, pareat, quam Tyranno, qui te ſpernit* (Tyranni voce Odoacrum deſignabat) *ſi autem acie vincemur, onere, quod tibi ſumus, liberaberis.* Conſenſit Zeno, eique Senatum, & Populum Romanum commendavit. Placuit quoque Gothis conſilium, & Theodorico Ductore per Pannoniam migrantes in Regionem Venetorum pervenerunt. Itaque Theodoricus Italiam ingreſſus, Probino, & Euſebio Conſulibus anno 489. eodem Odoacrum bis prœlio vicit. Anno ſequenti 490. Fauſto, & Longino Conſulibus tertio Victor Odoacrum intra

Jornand. p. 482. Procop. 1. Goth. c. 1.

intra Mœnia urbis Ravennatis se continere coegit, eumque post trium annorum obsidionem compulit, ut deditionem faceret. Ita Theodoricus anno 493. Olybrio Consulatum gerente Ravenna in potestatem redacta assumpto Regis titulo Italiæ dominari cœpit. Odoacro vitæ gratiam fecerat, necari tamen jussit, insidias sibi struxisse obtendens. Sæculum V. A.C. 493.

§. XXVIII.

Gelasii Papæ Commentarius contra Græcos.

Nec mora Theodoricus mittit Legatos ad Imperatorem Anastasium cum epistola obsequiosissima, qua Pacem poscebat. Hanc facile obtinuit. Legati fuere Faustus, officiorum Magister, & Ireneus, ambo ex illorum ordine, qui Illustres dicebantur. Gelasius Papa, cum ex Fausti relatis Græcorum contra Ecclesiam Romanam querelas comperisset, misit ad eum Commentarios, in quibus ad Singula respondebat. *Intellexi*, inquit, *Græcorum obstinationem corrigi non posse, eosque occasione Legationis a Rege adornatæ nihil aliud quærere, quam Fidem Catholicam evertere. Quid autem sibi vult Imperator, dum queritur, se a nobis condemnatum, cum Antecessor noster Regni auspicium gratulatus sit, & ego quoque datis*

Cassiod. var. 2. Ep. 4. to. 6. Conc. p. 1168.

Sæculum V. A. C. 493.

datis litteris, quamvis ab ipso nullas unquam acceperim, mea obtulerim obsequia? Inferius: *dicunt se esse utique venia dignos. Producant exemplum, si possunt, a primordio Religionis Christianæ Episcopos, Apostolos, & ipsum Salvatorem aliquando peccantibus veniam concessisse, nisi illis, qui errata emendabant. Legimus JEsum Christum mortuos suscitasse, at homines in errore mortuos absolvisse non legimus. Dedit Petro Potestatem solvendi, sed illos solum, qui in hac terra degunt.*

Euphemius objicit; Acacium ab uno Episcopo damnari non potuisse. Nempe Græci dicebant, solius Papæ Sententiam non sufficere, sed ad condemnandum Patriarcham Constantinopolitanum requiri Concilium Generale. Gelasius respondet: *an Euphemius non intelligit, Acacium vi Concilii Calcedonensis fuisse damnatum, eo modo, quo omnes cæteræ Hæreses & omni tempore damnatæ? & meum Antecessorem jam prius existens Decretum executioni dedisse, non autem novam pronunciasse Sententiam? fecit, quod non Papa modo, sed unusquisque Episcoporum facere poterat. Nam cum Acacius non procuderit novam Hæresin, novo Judicio non fuit opus. Canones nobis objiciunt, quos violant, dum obedire recusant primæ Sedi, nihil ab ipsis, quam quod justum, & æquum*

Commentarius contra Græcos.

æquum est, petenti. Canones statuerunt, Sæculum V.
ut universæ Ecclesiæ Appellationes ad hanc A. C. 493.
Sedem deferrentur, ab ea autem non daretur Appellatio, ita ut totam Ecclesiam judicaret, ipsa vero a Nemine judicaretur, & ejus judicia nemo retractaret. (*) *In eadem hac Causa Timotheus Alexandrinus, Petrus Antiochenus, Petrus, Paulus, Joannes, aliique, qui se Episcopos jactabant, solius Sedis Apostolicæ Auctoritate depositi sunt, cujus rei testis ipse Acacius esse potest, qui hujus Sententiæ extitit Executor. Ergo eandem damnationem incurrit, cum damnatorum Communionem amplexus est.*

Cujus Concilii Decreto Ecclesia sua ejecerunt Joannem Alexandrinum, nec prius nec postea ullius criminis convictum? vi quorum Canonum Calendionem, & plures alios Episcopos, expulerunt? ergo secundæ, & tertiæ Sedis Episcopos, & tot alios innocentes e Cathedris suis deturbari oportuit, at Episcopus Constantinopolitanus, cui Canones nullum inter cæteros Gradum tribuunt, in Hæreticorum Communionem relapsus, deponi non debuit? Ceterum sine magna impudentia jactitari non potest, Aca-

(*) Argumentum insigne pro Summi Pontificis Auctoritate. Etiam ex hoc loco refutantur Adversarii Fleurii dicentes, quod talia omittat.

Sæculum V. A. C. 493. *Acacium veniam rogasse, nosque æquo difficiliores extitisse. Testis sit Frater tuus, Illustris Andromachus, huic enim amplissimos dedimus Codicillos Acacium exhortaturo, ut ad Communionem Sedis Apostolicæ rediret, isque nobis jurato affirmavit, se maximos, ut pertinacem frangeret, conatus adhibuisse.* Hic Gelasius Papa causa communi, acta a Felice Antecessore suo, qui Acacio superstes fuit, sibi ipsi tribuit. Gelasius prosequitur: *Quæro ex ipsis, ubi Judicium, quod cupiunt, instituendum esse existiment? nempe apud ipsos? ut iidem sint Partes, Testes, & Judices.* p. 1171. *Quando de Causa Religionis agitur, Suprema in Judicando Auctoritas Soli Sedi Apostolicæ competit. Si Quæstio moveatur de Sæculi Potestate, Episcopi, & præprimis S. Petri Vicarius, de ea decernant.* (*) *Nemo, qualicunque Potentia in Sæculo gaudeat, si modo Christianus sit, de Rebus Divinis judicandi Potestatem sibi usurpat, nisi Religionem persequi fixum habeat.*

Sub idem tempus Gelasius Papa ab Episcopis Dardaniæ accepit litteras, in quibus eum Patrem Patrum appellant; p. 1165. promittunt, se mandatis ejus in omnibus obtemperaturos, atque dicunt, priusquam

(*) *Si quæstio moveatur &c.* & reliqua hujus articuli pag. sua 40. effrons Interpres Protestans omisit.

quam illa accepissent, se Eutychis, Petri, Acacii, omniumque eorum Sectatorum Communioni renunciasse. Denique nunquam non Sedi Apostolicæ integerrimam fidem servaturos. Papam rogant, ut e suis quemquam mittat, quo præsente illa pertractent, quæ ad Religionem Catholicam spectant. Huic epistolæ Joannes Episcopus Scopiensis, illius Provinciæ Metropolita, & alii Episcopi quinque subscripserunt. Pontifex ad eos misit Episcopum, cui nomen Ursicinus, cum litteris, in quibus excusat, quod eos tam cito, ac voluisset, de suscepto Pontificatu certiores reddere pro more non potuisset, prohibentibus bellorum turbis. Hæc de Italiæ vicibus, & obtento a Theodorico Dominatu accipienda. Dicit deinde, quod Hæresis Eutychiana ab annis ferme quadraginta quinque orta sit, nempe circa annum 493. si anni a tempore, quo Eutyches condemnatus, usque ad Concilium Constantinopolitanum anno 448. celebratum, computentur. Docet, qualis hæc sit Hæresis, & condemnatum Acacium fuisse. Hortatur, a Sanctæ Sedis Fide nunquam latum unguem discedant, jubetque, ut hanc epistolam vicinarum Provinciarum Episcopis communicent.

Sæculum V. A. C. 493.

Sup. lib. XXVII. §. 29.

Sæculum V.
A. C. 493.

§. XXIX.

Pontificis epistolæ contra Pelagianos.

Inter hæc, cum Gelasio Papæ compertum esset, in Dalmatia non nullos Hæresin Pelagii seminare, litteras dedit ad illius Regionis Episcopum, Nomine Honorium, jussitque Confratres suos monere, ut illos, qui sparso veneno inficerentur, vitarent, & saniora edocerent. Ex Pontificibus sex memorat, nempe, Innocentium, Zosimum, Bonifacium, Cœlestinum, Sixtum, & Leonem, qui istam Hæresin damnaverant. Honorius Episcopus missis ad Papam Legatis multum mirari se dicebat, quod Ecclesiæ Dalmatiæ tantopere ipsi curæ essent. Ceterum affirmabat, se in Quæstione de Gratia sanam semper Doctrinam tenuisse.

Epist. 5.

Epist. 6. Papa respondit: Sanctam Sedem omni tempore omnium Ecclesiarum per totum orbem dispersarum curam gessisse, atque ut Doctrinam de Gratia plenius caperet, ad quosdam articulos Responsa misit. At vero Hæresis mare transvecta, in proximam Italiæ Partem, scilicet Picenum, pervaserat. In illa Regione Senex aliquis, cui Nomen Seneca, Pelagianam Hæresin docebat. Nimirum, non dari Peccatum Originale; Parvulos sine Baptismo mortuos damnari non posse, hominem, si Libero Arbitrio bene uteretur,

Epist. 7.

posse

posse ad Beatitudinem pervenire. Tum hujusmodi Principia ad Praxin deducens Clericis, Monachisque cum puellis Deo Sacris conversandi licentiam dabat, dicens, nihil periculi subesse, nisi ipsi peccare vellent. SS. Hieronymi, & Augustini famam indigne proscindebat, & quemdam Presbyterum erroribus suis obsistentem excommunicaverat. Sæculum V. A. C. 493.

Senem illum ad se adductum Gelasius Papa admodum rudem, hominemque rustici & abjecti ingenii expertus est, cui pro ratione pervicacia stabat. Cum igitur frustra conatus esset obstinatum convincere, ad illius Provinciæ Episcopos prolixam dedit epistolam, in qua istos refellit errores, & Episcopos, quod segniter hoc malum tolerarent, graviter increpat. Hanc Diaconus, cui nomen Romulus, detulit, atque 1. Nov. Albino Consulatum gerente, id est, anno 493. data est. Gelasius Papa etiam Tractatum adversus Pelagianos composuit, in quo præprimis docet, Hominem sine peccato vivere non posse. In eo explicat Resurrectionis Mysterium, atque illa Apostoli verba; virum Infidelem a Muliere fideli sanctificari. *Epist. 7.* *Tract. 3. to. 4. Conc. p. 1240.* *1. Cor. 7.*

§. XXX.

Gennadius Massilienſis.

In Gallia quoque non nulli aut Pelagia-

Sæculum V. A.C. 493.

norum Hæresi favebant, aut certe S. Augustini Doctrinæ de Gratia non adstipulabantur. Eorum ex numero fuit Gennadius Presbyter Massilienſis, qui in edito Indice Scriptorum Ecclesiasticorum in laudibus Fausti Rejensis plurimus est. Econtra cum S. Prospero jurgatur, quod Cassiano adversetur, imo & ipsum S. Augustinum audet lacessere. Hoc opus sub annum 493. concinnavit, atque Scriptor, quem ultimo memorat, est S. Honoratus Episcopus Massilienſis. De isto Auctore scribit in hunc modum: *Eloquentia pollet, atque in Ecclesia e vestigio ad populum dicit. Ab unguiculis in timore Dei educatus, & in negotiis Ecclesiasticis exercitatus est. Os viri locupletissimo Divinarum Scripturarum promptuario simillimum est. Homilias scribit ad explicandam fidem, & convincendos Hæreticos utilissimas. Non modo Episcopi, & Presbyteri vicini concionantis sermonibus delectantur, sed etiam remotiores, si nata necessitate ad eos delatus fuerit, exorant, ut in eorum Ecclesiis ad populum verba faciat. Ipse S. Papa Gelasius Episcopus Romanus, postquam ex ejus libris Fidem ejusdem integerrimam cognovisset, dato Responso testatus est, quod virum maximi æstimet. Vitas SS. Patrum, præsertim S. Hilarii Arelatensis, cujus Alumnus fuit, ædificandæ Posteritati scribit. Sæpissime cum populo*

populo inter publicas preces ad imploran- Sæculum V.
dam Divinam Misericordiam procedit. A. C. 493.
Hæc Gennadius de S. Honorato Episcopo Massilienſi. Unicum ex omnibus hujus S. Episcopi operibus, vita S. Hilarii Arelatenſis, ad noſtram usque ætatem pervenit.

Gennadius mentionem etiam facit Sidonii, haud diu ante ſub Zenone Imperatore fatis defuncti. *Vir erat*, inquit, *Divinis, humanisque litteris apprime inſtructus, ejusque ingenii elegantiam in libris, quos proſa, & verſibus edidit, omnes mirantur. Præterea zelo, qui virum Chriſtianum decet, vigebat; hinc tanquam Paſtor Catholicus, & Doctor inſignis, inter feroces Barbaros, quibus Gallia tunc temporis obruebatur, poſitus, ab omnibus colitur. Cum amicorum aliquis Sidonium excitaret, ut Hiſtoriam profanam ſcriberet, hoc facere recuſavit, potiſſimum afferens argumentum, id Scriptionis genus Clerico non convenire. Vaticinatus eſt, ſucceſſurum ſibi Aprunculum, qui, cum eſſet Epiſcopus Lingonenſis, excedere compulſus eſt, quod Burgundionibus ſuſpectus eſſet, & Dominationem Francorum exoptare videretur.* Ecclesia Claromontana Sidonii memoriam 21. Aug. colit. Gennadii opus esse creditur Liber de Dogmatibus Ecclesiasticis, qui licet inter

IV. Epiſt. 22.

Greg. Tur. II. hiſt. c. 23. Sirm. Præf.

To. 8. op. 8. Aug. ap. p. 75.

Sæculum V. A. C. 493.

S. Augustini opera inveniatur, ipsius Doctrinæ minime consentaneus est.

§. XXXI.

Gelasii Papæ epistola ad Imperatorem.

Epist. 8. Faustus & Ireneus Regis Theodorici Legati Romam reversi, Gelasio Papæ indicarunt, Imperatorem Anastasium quæsivisse, cur sibi non scripsisset. Igitur Papa dedit ad eum epistolam, in hunc ferme modum: *Scripsissem enimvero, si meo uti arbitrio licuisset. Cum vero Legati tui ubivis locorum dicerent, sibi esse in mandatis, ne quidem conspectum meum subirent, visum mihi abstinendum esse a Litteris, quas tibi molestas fore prævidebam.* Inferius addit hæc verba notatu dignissima: *Duobus potissimum Modis hic Mundus regitur; Sacra Episcoporum Auctoritate, & Regum Potestate. Episcoporum Munus altero ideo majus est, quod coram Divino Tribunali de Regum quoque animabus rationem reddituri sint. Quod enim non nescis, quamvis Cæsarea Dignitate supra Genus humanum sis, coram Præsulibus tamen caput inclinas, Sacramenta ab ipsis accipis, in causis Religionem tangentibus ipsis subjiceris, Judicia sequeris, & ipsi tuæ voluntati se non submittunt. Si Episcopi obediunt Legibus tuis, quantum*

ad

ad causas Sæculares, & Ordinem Politicum spectat, scientes, hanc tibi Potestatem a Deo datam, quanto pietatis affectu oportet te illis subjici, quibus datum est, ut Sacramenta distribuant? & si Fideles universos subjectos esse oportet omnibus Episcopis, digne Res Divinas tractantibus, quanto magis tenentur conjungi Episcopo hujus Sedis, quam a Deo super omnes Episcopos positam tota Ecclesia omni tempore agnovit? (*) Instat deinde per illam Pietatem, quam in Imperatore, adhuc privatæ sortis homine, usque in hanc diem omnes deprehendissent, & iisdem argumentis, quæ in aliis epistolis attulerat, ostendit, esse necessarium, ut Nomen Acacii deleatur. Quia vero populi Constantinopolitani repugnatio objiciebatur, respondet; eundem populum nihil movisse, cum Macedonius, & Nestorius rejicerentur; rursus satis Auctoritatis in Imperatore ad reprimendam populi insolentiam fuisse, cum nata ex Spectaculis publicis occasione tumultuari cœpisset. *Denique*, inquit: *si tanta est Populi unius Civitatis Reverentia, quanto magis cavendum est, ne Fidem offendamus omnium* Sæculum V. A. C. 493. p. 1183. p. 1185.

(*) His Sancti Gelasii Papæ verbis ad demonstrandam Sedis Apostolicæ Auctoritatem, atque utriusque Potestatis Ecclesiasticæ, & Sæcularis diversitatem, subordinationemque, nihil luculentius!

Sæculum V. A.C. 493.

Mundi populorum, quibus noſtra prævaricatio ſcandalo futura eſt?

§. XXXII.

S. Epiphanii Ticinenſis Legatio.

Ennod. vit. Epiph. pag. 394. ed. Sirm. Id. ap. Boll. 21. Jan. p. 372. c. 10.

Theodoricus Rex, naſcens Regnum firmaturus, Legem edidit, qua illis tantum, qui ſuas Partes ſecuti fuerant, plenam concedebat libertatem, illis autem, qui cum Odoacro,& Herulis ſteterant, facultatem teſtamentum condendi, aut de Bonis ſuis quocunque modo decernendi adimebat. HocEdicto totius Italiæ populi conſternati S. Epiphanii Epiſcopi Ticinenſis auxilium implorarunt, rogantes, ut omnium nomine apud Regem intercederet. Is ſæpe antea Legatione feliciter functus, petita impetraverat; hanc vero ſolus ſuſcipere recuſavit. Rogatur Laurentius Epiſcopus Mediolanenſis, ut ſe ſocium daret. Igitur ambo Ravennam, ubi Rex Sedem fixerat, deferuntur. S. Epiphanius, Theodoricum affatus, reis veniam impetravit, quibusdam excluſis, qui ſe cœteris Duces præbuerant. Tum Rex S. Epiphanio privatim ad ſe vocato

c. 11.

inquit: *vides, quanta ſit Italiæ vaſtitas, inculti jacent agri, poſtquam Burgundiones ingentem hominum multitudinem in captivitatem abſtraxerunt. Propoſitum mihi eſt, captivos redimere; at inter Epiſcopos noſtros, qui hac Legatione fungatur, nemi-*

neminem te magis idoneum novi. Ergo ad eorum Regem Gondebaldum proficiscere, quem scio magni te facere, & magno tibi colloquendi desiderio teneri. Aurum tibi necessarium dari curabo. S. Episcopus suscepit in se Legationem, petens, ut Victorem Episcopum Taurinensem itineris Comitem accipere liceret. Oblata occasione usus, Gelasius Papa ad Rusticium Episcopum Lugdunensem S. Patientis Successorem litteras dedit, gratias agens pro charitate, qua sibi pecunias miserat, ad sublevandam Italiæ populorum miseriam. Easdem pro simili Beneficio gratias dicit Eonio Episcopo Arelatensi. Rusticio etiam Epiphanium commendat, rogatque, ut eum in difficili negotio adjuvet, quippe Burgundionum Rex Lugdunum occupabat. Hæc epistola 25. Jan. Asterio, & Presidio Consulibus, id est, anno 494. data.

Sæculum V. A. C. 494.

to. 4. *Conc. p.* 1259.

Verumtamen non ante Mensem Martium Epiphanius iter ingressus est, Alpesque superavit, summa hyeme, & fluviis glacie constrictis. Omnis populus ad videndum Sanctum virum concurrebat, commeatus, dona afferebant, quæ ipse inter egentes dividebat. Brevi tempore Lugdunum pervenit, eique Rusticius Episcopus obviam procedens, suscepti itineris causam rogavit, & quam ambiguo ingenio esset Gondebaldus edocuit.

c. 12.

Epipha-

Sæculum V. A. C. 494.

Epiphanius Regi ſuaſit, ut in generoſi animi ſpecimen captivos ſine pretio remitteret. Reſpondit Rex; maturo ſe examine penſaturum, quid animæ ſuæ, & Reipublicæ magis prodeſſet. Laconium deinde Purpuratum duobus Præſulibus indicare jubet; pro illis tantum redemptionis pretium darent, qui armati capti fuiſſent, idque ideo ſe imperare, ne militibus, in quorum poteſtatem tranſiiſſent, victoriæ præmium periret. Vulgato felici nuncio, tantus captivorum numerus confluxit, ut illa Galliarum portio tota deſeri videretur. Ex ſola Civitate Lugdunenſi una die quadringenti viam in Patriam relegerunt. Univerſim ſex millia hominum nullo dato lytro dimiſſa. Nihilominus omnis pecunia, quam Rex Theodoricus miſerat, aliis redimendis impenſa, & Syagria Mulier tam genere, quam bonis operibus illuſtriſſima, reliquum adjecit, quantum omnibus cœteris liberandis erat neceſſarium. S. Avitus quoque Epiſcopus Viennenſis boni operis participem ſe fecit.

Cum S. Epiphanium ſollicitudo teneret, ne captivi in locis remotioribus, ſi duros dominos nacti fuiſſent, redeundi libertate privarentur, Genevam usque ſe contulit, ubi Godegiſilus Regis Gondebaldi frater regnabat. Is in dimittendis captivis fratris exemplum ſecutus eſt.

Ita

Ita S. Epiphanius triumphantium modo libertorum istorum in Patriam remeantium & Redemptori suo benedicentium turmis circumdatus in Italiam rediit. Ticinum multo maturius, quam expectaretur, redux ad Regem Theodoricum litteras dedit, quibus Legationis peractæ rationem reddebat, & Bonorum, quæ a se liberati prius possederant, restitutionem petebat. Rex, quæ vir Sanctus rogabat, indulsit. Sæculum V. A. C. 494.

§. XXXIII.

S. Epiphanii vita.

Sanctus Epiphanius in ipsa urbe Ticino natus, Filius Mauri, & Focariæ, quæ ex genere S. Miroclis Episcopi Mediolanensis ortum trahebat, anno 438. lucem primo aspexerat. Octennis a Crispino Episcopo Ticinensi Lector ordinatus, Notis scribere didicit, & Exceptoris, seu Scribæ Actorum Ecclesiasticorum officio fungebatur. Facie, & toto corporis habitu formosum singularis etiam modestia commendabat. Amœna voce, & blando sermone erat, indeque aliis erudiendis maxime idoneus. Annos natus octodecim Subdiaconus, & post elapsum biennium Diaconus ordinatur; & quamvis esset admodum juvenis, ei tamen Episcopus omnium Bonorum Ecclesiasticorum administrationem commisit. Epiphanius, si quod

vit. ap. En. nod. p. 360- ap. Boll. 21. Jan. p. 364. c. 1.

Sæculum V. A. C. 494.

si quod somnium obscænum mentem turbasset, tentationi stans resistebat, diu jejunans, & vigilans. Sacram Scripturam semper manibus tenebat, memoriæ imprimebat, moresque suos ad ejus normam componebat. Sæpe eum Episcopus jubebat, suo nomine pro pauperibus ultima miseria pressis opem ab opulentioribus rogare; id ipse maximo pauperum bono faciebat, omnium amor, & Præsulis sui in Senectute Solatium. Præterea alii inter Clericos Ticinenses Archidiaconus Sylvester, & Bonosus Presbyter viri erant præstantissimi.

Crispinus Episcopus, cum vitæ suæ exitum haud procul abesse ominaretur, Epiphanium in Civitatem Mediolanensem deductum viris præcipuis commendavit, & præprimis Rusticio, quem anno 464. Consulem fuisse credunt. Crispinus Ticinum reversus paulopost naturæ debitum solvit, cujus memoriam Ecclesia 7. Jan. celebrat. Illico omnium votis, & consensu Epiphanius defuncti Successor designatur. Igitur confluentes vicinarum urbium populi reluctantem deducunt Mediolanum, ubi anno ætatis vigesimo octavo Christi 466. Episcopus Ticinensis consecratus est. Suscepto Episcopatu, nunquam balneo uti, & nunquam prandere, id est, quotidie jejunare, decrevit. Postea ne recipiendi Hospites occa-

Mart. R. 7. Jan.

occasionem tolleret, & Exoticus videretur, mutavit refectionis horam; at exinde nunquam cœnabat. Oleribus, & leguminibus vitam sustentabat, valde modice vinum bibebat. Quacunque tempestate primus ad officium Nocturnum se conferebat, & toto S. Sacrificii tempore ad Altare stabat. Magno zelo pro reis intercedebat; ubi vero a causis Spiritualibus vacabat, id temporis labori manuum dabat, ut sibi vitæ necessaria compararet. Sæculum V. A.C. 494.

Cum ingens de S. Viri virtute esset opinio, sæpe in Causis Reipublicæ ejus opera usi sunt Principes. Patricius Ricimer, exorto inter se & Anthemium Imperatorem dissidio anno 467. S. Epiphanium compulit, ut ad Imperatorem iret, concordiæ reducendæ causa, quod etiam saltem ad tempus obtinuit. Nepos Imperator anno 474. Epiphanium ad Evaricum Visigothorum Regem Tolosæ degentem Legatum misit, ut offerret conditiones Pacis, nec irrita fuit Legatio. Cum vero etiam a Rege invitaretur mensæ accumbere, noluit, quod Arianus esset. In reditu ad Monasterium Lerinense, & alia in vicinis Insulis constructa divertit. Iter faciens Psalmodiam, & Lectionem non omittebat. Sæpe sub arbores se recipiens, orabat prostratus in terram, herbamque suis lacrymis humectabat. Cum c. 5. 6.

anno

Sæculum V. A. C. 494.

anno 476. Odoacer redacta in ſuam Poteſtatem Italia Oreſtem Imperatorem Ticini mœnibus incluſum obſediſſet, urbs illa capta, & direpta eſt, incenſæ Eccleſiæ, incolæ omnes durum captivitatis jugum ſubire coacti. S. Epiphanius ſuis precibus a Rege libertatem plurimis præſertim fæminis impetravit, Civitatis ruinas reparavit, Eccleſias reſtauravit, nullis aliis opibus, quam a Divina Providentia ſuppeditatis, inſtructus. Ad Odoacrum poſt hæc Legatus exemptionem a tributis in annos quinque obtinuit, quamvis illius Beneficii pars minima ad eum ſpectaret.

c. 8. S. Epiphanius.

Theodorico Italiæ urbes invadenti anno 489. Sanctus Epiphanius Mediolanum usque proceſſit obviam, ad quem Rex: *Ecce ſtrenuum virum, cui ſimilem totus Oriens non habet!* Theodorico deinde exercitum Ticinum ducente, tam ſolerti prudentia ipſius, & Odoacri animum tractavit, ut amorem, & fiduciam amborum ſibi conciliaverit. Beneficia nullo diſcrimine omnibus præſtabat, alimenta præbens in urbe hominibus, qui foris ipſius prœdia vaſtaverant. Multorum captivorum libertatem a Rege Theodorico impetravit, & poſtquam hujus Regis Victoria bello finem impoſuit, totus in eo fuit, ut proſtratam Civitatem Ticinenſem extrueret, & incolas daret, quos

ex

ex proximis urbibus illo evocavit. Legatione ad Regem Burgundionum functus, reliquum vitæ in quiete exigere cogitabat; verum vix elapso biennio, nempe anno 496. rursus iter suscipiendum ei fuit Ravennam, ut a Rege Theodorico liberationem a Tributis illius anni pro Liguria efflagitaret. Obtinuit ut miseri populi non ultra tributorum imperatorum partem tertiam pendere tenerentur. Inde ad sua redeuntem, cum ad Civitatem Parmensem divertisset, catharrus corripuit, atque illa die, qua Ticinum pervenit, gravis morbus lecto affixit. Obiit septima exinde die. Annos numerabat vitæ quinquaginta octo, & Episcopatus sui triginta. Ecclesia ejus memoriam 21. Jan. recolit. Sæculum V. A.C. 494. *Mart. Rom.* 21. *Jan.*

§. XXXIV.

Gelasii Papæ Decretales.

Joannes Episcopus Ravennatensis sæpe Gelasio Papæ per epistolas indicaverat, quam tristis facies esset plurimarum in Italia Regionum, quas Bellum, famesque ita vastaverat, ut Clerici deessent, qui Ecclesiis servirent, & Sacramenta Fidelibus administrarent. Illius temporis Necessitas Papam permovit, ut aliquid de Disciplina alias in Interstitiis ordinationum observata relaxaret. Hac super re amplam dedit epistolam ad Episcopos Lucaniæ,

Sæculum V. A. C. 494.

caniæ, & Brutiorum, qui oras Italiæ maxime ad Meridiem positas incolunt, rursusque ad Episcopos Siciliæ, quæ 28 articulos, seu Canones complectitur.

Ep. 9. to. 4. Conc. pag. 1186.

Primo de ordinationibus statuitur, ut ille, qui ex Instituto Monastico evocatur, intra unum annum Presbyter ordinari possit, ita ut statim ordinetur Lector, Notarius, aut Defensor, quæ nomina uni ordini tribuuntur. Post trimestre Acolythus ordinabitur, post semestre Subdiaconus, si ætatem habeat, post novem Mensem Diaconus, si dignus sit, & tandem anno exeunte Presbyter. Cœterum ordinandum non impediat Irregularitas, non Crimen, non Pœnitentia publica, Bigamia, conditio Servi, deformitas corporis, nec sit rudis litterarum, has qui nescit, ad ordinem Ostiariatu superiorem promoveri non possit. Si quis simplex Laicus ordinatus fuerit, sex Mensibus diutius ac cœteri probabitur, nec ante quam post Menses decem, & octo Presbyter esse poterit. Prohibetur, ne Servi ordinentur, aut in Monasteria suscipiantur, nisi Dominorum consensu fuerint manumissi, aut Monasterio donati. Ubique ob hunc abusum querelæ non sine Fidelium scandalo audiebantur. Non nulli Episcopi Energumenos ordinabant, aut criminum reos, antequam Pœnitentiam egissent, aut patiebantur ministrare Clericos, qui post

c. 2.

c. 22. 14.

c. 16. 17.

c. 3.

c. 14.

c. 19.

c. 17.

suam

suam ordinationem scelera admiserant. Omnes isti abusus districtim prohibentur, sicut etiam illud, ne recipiantur, & multo minus promoveanturClericiDesertores, qui ab una Ecclesia ad aliam transeunt. Ordinationes non nisi diebus solemnibus fiant, id est, in jejuniis quarti, septimi, & secundi Mensis, & initio quadragesimæ. Sunt jejunia hæc nostræ angariæ. Rursusque in medio quadragesimæ. Dies ordinationis sit Sabbatum, & tempus vespertinum. Velamina Virginibus non aliis temporibus dentur, quam in Epiphania, in Paschate, & in Festis Apostolorum, nisi forte magno periculo ægrotantes ante mortem hoc solatio recreari rogent. Sacramentum Baptismi in Paschate tantum, & in Pentecoste, nisi aliud Necessitas postulet, conferatur.

Sæculum V. A.C. 494.

c. 24.

c. 11.

c. 12.

c. 10.

Clerici Potestatis suæ limites non excedant. Presbyteri Benedictionem Chrysmatis, vel unctionem Pontificalem, id est, collationem Confirmationis, sibi non usurpent. Episcopo præsente nec preces, nec Sacrificium, nisi ipse jusserit, peragent. Sine Episcopo nec Subdiaconum, nec Acolythum ordinabunt. Diaconi extra casum necessitatis non baptizabunt; existente necessitate etiam Laici baptizare possunt. Omne mercaturæ genus, & lucra sordida Clericis inter-

Decretales S. Gelasii Papæ.

c. 7.

c. 15.

c. 5.

Sæculum V. A. C. 494.

dicuntur. Simonia ſtricte prohibetur, nempe ne quidquam pro collatione Baptismi, Confirmationis, aut Ordinationis exigatur. Fæminæ ab Altaris miniſterio arceantur. Viduis nec Velamen, nec Benedictio datur, ſed tantum exhortatione in bono propoſito confirmentur. Qui Virgines conſecratas duxerint, toto vitæ tempore Pœnitentiam agent. Novæ Eccleſiæ non niſi ſub Sanctorum Nominibus, nec ſine data Sacræ Sedis facultate conſecrentur. Iſtud de illa Italiæ parte accipiendum, quæ ſpeciatim Papæ ſubjiciebatur. Secundum antiquos Canones, Reditus, & oblationes Eccleſiæ in quatuor portiones dividantur. Prima Episcopo, ſecunda Clericis, tertia pauperibus, quarta Fabricæ Eccleſiæ deſtinata eſt. Omnibus Clericis incumbat, Papam monere, ſi quos Abuſus vel Clerici, vel Epiſcopi, vel Presbyteri admitterent.

c. 24.
c. 4. 25.
c. 13.
c. 27.
c. 28.

Hæ ſunt Regulæ, quas Gelaſius Papa in hac epiſtola Epiſcopis Italiæ tradit. Quamvis levia ſint, quæ de rigore Diſciplinæ Pontifex relaxat, nihil enim aliud concedit, quam ut Interſtitia ordinationum contrahantur, nihilominus in pluribus locis profitetur, ſe vel in hanc levem mutationem ægerrime conſentire, & ſolum pro caſu neceſſitatis, ne Eccleſiis Miniſtri deſint. Præcipit, ut exiſtente etiam

C. 1. 2. 3. 8. 9. 24.

iam Neceſſitatis caſu cœteræ Regulæ omnes obſerventur, & extra hunc caſum de antiquæ Diſciplinæ rigore nihil negligatur. Nempe Pontifex, quæ vel ex minima Diſciplinæ remiſſione ſecutura eſſent, perſpiciebat. Hæc epiſtola 11. Martii Aſterio, & Preſidio Conſulibus anno 494. data eſt. Decima quinta Maji eodem anno Gelaſius Papa Epiſcopis Siciliæ ſcripſit. Eandem ferme Bonorum Eccleſiaſticorum Diviſionem memorat, atque ex Portione Epiſcopi Peregrinos, & Captivos juvandos eſſe præcipit. Decernit ut triginta annorum Præſcriptio Eccleſiæ favens ſecundum Leges Cæſareas locum habeat. Sæculum V. A. C. 494.

§. XXXV.

Concilium Romæ. Librorum Cenſura.

Epiſtola ad Epiſcopos Lucaniæ Synodalis eſſe videtur, & poſt celebratum Concilium data. Legimus etiam Gelaſium Papam Romæ Synodum Epiſcoporum ſeptuaginta eodem anno 494. convocaſſe. Ab hac Synodo Decretum de Diſtinctione Librorum Authenticorum, & Apocryphorum accepimus. In eo ab initio Index Sacrarum Scripturarum recenſetur, eſtque illi, quem hodie Eccleſia Catholica recipit, conſentaneus, niſi quod unum tantum Librum Machabæorum ſecundum pleraque Exemplaria memoret. *to. 4. p. 1260.*

Sæculum V. A. C. 494.

moret. Inferius dicitur; licet omnes Ecclesiæ Catholicæ unica JEsu Christi Sponsa sint, nihilominus Ecclesiam Romanam omnibus cœteris fuisse prælatam, non ullo Concilii Decreto, sed ex Domi-

Matth. 16. ni Nostri verbis dicentis: *Tu es Petrus*, & cœtera. *S. Petro socius datus est S. Paulus, qui cum ipso Martyrium Romæ eadem die, & non alio tempore, quod Hæretici dicunt, passus est.* (*) *Secunda Sedes Alexandriæ S. Petri nomine a S. Marco ejus Discipulo fundata fuit. Tertia Sedes Antiochiæ erecta etiam S. Petri Nomine gloriatur, quia ibi, antequam Romanas Arces peteret, sedit, ibique primo Christianorum Nomen auditum.*

Postea legitur; Præter SS. Scripturas Ecclesiam Romanam etiam recipere quatuor Concilia Nicænum, Constantinopolitanum,

(*) Testimonium omni Eceptione superius! Jurisdictionem Summi Pontificis in omnes Ecclesias non solum in Canonum Auctoritate, sed etiam in Jure Divino esse fundatam.

Interpres Protestans vocem: *Romæ*, pag. sua 49. omisit. in Parte 5ta. Ejusmodi imposturis Lectores suos Protestantes decipit, & fidem facere vult, S. Petrum nunquam Romæ fuisse. His armis homo iste Ecclesiam Romanam aggreditur, sed de ipso jure merito dici potest: *Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum.* Psalm. 63. v. 8.

litanum, Ephesinum, & Calcedonense, post hæc alia quoque Concilia, quæ a Patribus Auctoritatem habent. Deinde Ecclesiam recipere opera S. Cypriani, S. Gregorii Nazianzeni, S. Basilii, S. Athanasii, S. Cyrilli Alexandrini, S. Joannis Constantinopolitani, nempe Chrysostomi, Theophili Alexandrini, S. Hilarii, S. Ambrosii, S. Augustini, S. Hieronymi, S. Prosperi, & S. Leonis ad Flavianum epistolam. Tandem Opera omnium Patrum, qui in Communione Ecclesiæ Romanæ decesserunt, & Pontificum Decretales. Ulterius hæc ferme habentur: *Quod pertinet ad Acta Martyrum, antiqua Ecclesiæ Romanæ consuetudine consulto non leguntur, quia nomina illorum, qui ea conscripserunt, sunt penitus ignota, & ab aliquibus Infidelibus, vel imperitorum ruditate corrupta fuere. Ex eorum numero sunt Acta S. Cyrici, & S. Julittæ præter alia plura, ab Hæreticis composita. Hinc, ut omnis cavillandi materia tollatur, in Ecclesia Romana non leguntur, quamvis eadem Ecclesia omnes Martyres eorumque Certamina, Deo magis quam hominibus nota, devotissime veneretur.* Concilium honorem habet Vitis Patrum, & recipit vitam S. Pauli, S. Antonii, S. Hilarionis, & alias a S. Hieronymo scriptas. Permittit, ut legantur, sed caute, Acta S. Sylvestri Papæ, de Inventione Crucis, & recen-

Sæculum V. A. C. 494.

Vitæ SS. Patrum.

Sæculum V. A. C. 494.

recentiora Acta de Inventione Capitis S. Joannis. Permittit etiam, ut legantur opera Rufini, & Origenis, sed ea solummodo, quæ S. Hieronymus non reprehendit, & Eusebii Cæsarienſis Historiam. Orosii vero Historiam atque Sedulii, & Juvenci carmina approbat.

Concilium deinde in Libros apocryphos Censuram pronunciat. Inter Apocryphos autem primo loco ponit Concilium Ariminense, Itinerarium S. Petri sub nomine S. Clementis, Acta S. Andreæ, S. Thomæ, S. Petri, S. Philippi, Evangelia S. Thadæi, S. Matthiæ, S. Petri, S. Jacobi, S. Barnabæ, S. Thomæ, S. Bartholomæi, S. Andreæ illa, quæ Lucianus & Hesychius adulteraverant. Librum de Infantia Salvatoris, Librum de Nativitate Salvatoris, de Maria, de obstetrice, & plures alios, quos inter nobis magis noti sunt: Fundamentum, & Thesaurus Manichæorum, Centones Virgilii, quos Proba Falconia sarciviſſe fertur, Revelatio S. Pauli, Acta S. Theclæ, Transitus, seu Assumptio S. Mariæ, Pœnitentia Adami, Pœnitentia Origenis, Sortes Apostolorum, epistola JEsu Christi ad Abgarum, & Abgari ad JEsum Christum. Verum his Libris annumerat Librum Pastoris, quem Antiquitas reverebatur, & Canones Apostolorum; unde demonstratur, non omnes hos libros æquali censura damnari.

Libri Apocryphi.

Dein-

Deinde occurrunt opera quorumdam Hæreticorum, qualia sunt Tertulliani, Montani, Fausti Manichæi, Tyconii Donatistæ, & quorumdam Catholicorum, qui in aliquo articulo a Doctrina Ecclesiæ discesserunt, inter illos recensentur Lactantius Africanus, S. Clemens Alexandrinus, Arnobius, Cassianus, & Faustus Rejensis. Concilium etiam damnat Notas, & Schedulas, quæ Angelorum Nomina præseferunt, & generatim omnes libros Hæreticorum, quorum nomina a Simone Mago usque ad Acacium Constantinopolitanum ponit, & Anathemate ferit. Talis est librorum Censura, quæ in hoc Concilio legitur; at antiquorum Exemplorum diversitas dubitandi locum facit, an non Nomina aliquorum Scriptorum, quos Concilium non damnavit, fuerint immixta. Sæculum V. A.C. 494.

v. Not. Bal. ad Lup. Fer. ep. 28. p. 456.

§. XXXVI.

Litteræ ad Episcopos Dardaniæ.

Eodem anno Gelasius Papa scripsit ad Episcopos Dardaniæ, sicut scripserat ad Episcopos Dalmatiæ, eisque gratulatur, quod Communioni S. Sedis, & Ecclesiæ Catholicæ firmi inhæreant; hortatur etiam, ut Societatem Episcopi Thessalonicensis devitent, qui cum sæpius monitus memoriam Acacii noluisset condemnare, a Communione Sanctæ Sedis excluſus fuerat. *Nolite credere*, inquit, *facti-*

Epist. 11. p. 1196.

Sæculum V. A.C. 494.

jactitantibus, Acacium fuisse absolutum. Damnatum mors rapuit, nec amplius nobis licet, illum judicare, qui coram Divino Tribunali stetit. Nolite etiam credere dicentibus; hic de bonis moribus causam verti, non vero de Religione, & S. Sedem Vindictæ cupiditate impelli, quod ab Acacio spretam se existimet. Nam facile intelligitis, quod unacum Hæreticorum nominibus Hæresin introducere moliantur. Tantum vero abest, ut S. Sedes vindictam quærat, ut parata sit Materno affectu in brachia sua recipere sui contemptores, si modo sincera mente ad Communionem Catholicam redeant. Hæc epistola 3. Aug. Asterio, & Presidio Consulibus anno 494. data.

Gelasius Papa deinde ab iisdem Episcopis accepit epistolas, in quibus commoti videntur illo Schismaticorum obtentu, Acacium non fuisse legitime condemnatum, quod id non in Concilio, ad discutiendam hanc causam celebrato, contra urbis Cæsareæ Episcopum fuisset attentatum. Respondit Papa data amplissima epistola, in qua totam Acacii Causam accurate exponit. *Revolvite*, inquit, *Acta omnia, quæ ab ætate Apostolorum ad nostra usque tempora occurrunt, & videbitis, Patres Nostros Episcopos Catholicos, si prius in Concilio singulas Hæreses damnassent, statuisse, ut quæ semel fuissent decreta,*

Epist. 13. p. 1199.

creta, inconcussa starent, nec ullatenus esse ferendum, ut rursus de iis quæstio moveatur; quod sapientissime perspicerent, aliter nunquam solida futura Ecclesiæ Judicia; quippe quantumvis manifesta sit veritas, tamen Errori, cui pro ratione temeritas est, & pervicacia, nunquam, quod objiciat, deest. (*) *Ergo Patres judicarunt sufficere, si unacum Auctore suo Hæresin damnarent, & declararent, eadem Damnatione implicandum, quisquis cum eodem errore communicaret. Ita Sabellius in Concilio damnatus; ita Ariani in Concilio Nicæno, ita Eunomius, Macedonius, Nestorius damnati. His omnibus mature pensatis, confidimus, nullum verum Christianum posse ignorare, Primæ Sedi præprimis competere, ut exequatur Conciliorum Decreta, consensu Ecclesiæ universalis approbata, cum eadem Sedes Concilia sua Auctoritate confirmet, & vi Primatus, ut Canones observentur, invigilet.* Meminisse hic oportet, Gelasium Papam ita loqui.

Sæculum V. A. C. 494.

p. 1200.

De Primatu Ecclesiæ Romanæ.

Inde prosequitur: *Cum Sacræ Sedi rationibus certis constaret, Acacium a Communione Catholica recessisse, fidem tamen diu non adhibuit, & incredibile id videbatur de Episcopo, qui sæpe Ecclesiæ Roma-*

(*) Tota hæc S.Gelasii Dissertatio contra Protestantes tam solida est, & clara, ut nihil magis.

Sæculum V. A.C. 494.

Romanæ Decreta adversus Hæreticos executioni dederat. Per annos ferme tres datis ad eum litteris monitus est, ut con-
Sup. XXIX §. 58. *verteretur. Missi ad ipsum cum epistolis Episcopi, qui hortarentur, ne se ab Unitate Catholica separaret, sed vel ipse ve-*
p. 1201. *niret, vel Mandatarios mitteret, seque contra accusationes graves Joannis Episcopi Alexandrini defenderet. Nam quamvis Concilium celebrari non oporteret, nullus tamen alicubi terrarum Episcopus degebat, qui recusare jure posset Judicium Primæ Sedis, ad quam Secundæ Sedis Episcopus, qui alium Judicem non habebat, se conver-*
Sup. §. 14. *terat. Acacius, cum satisfacere debuisset, Legatos corrupit, & ut S. Sedem in Communionem Hæreticorum pertraheret, nihil non movit; in litteris vero suis professus est, se cum Petro Alexandrino communicare; eundem laudavit, & Joannem reprehendit. Interim nec ipse venire ausus est, nec mittere, qui a se dicta probarent. Ergo Acacium Concilii Calcedonensis Decretis damnatum, Sacra Sedes a sua Communione removit, ne in Communionem Petri Alexandrini, quocum Acacius communicabat, incideret.*

Ita Timotheus Elurus, & Petrus Alexandrinus, qui secundæ Sedis Episcopi credebantur, absque novo Concilio Solius Sacræ Sedis Auctoritate damnati, & accusante Acacio damnati fuere. Jam ostendant,

dant noſtri Adverſarii Petrum fuiſſe abſolutum! Nemo in Eccleſia ignorat, S. Petri Sedem habere Poteſtatem a Judiciis omnium Epiſcoporum abſolvendi, & totam Eccleſiam judicandi, nemini vero Jus eſſe Ejus Judicia reformandi, cum Canones præcipiant, ut ex omnibus Mundi plagis ad hanc Sedem appellare, non autem ab Ejus Sententia ad aliud Tribunal liceat. Itaque Acacio nulla poteſtas fuit abſolvendi Petrum ſine Sacræ Sedis conſenſu, cujus Sententia damnatus fuerat. Edicant; cujus Concilii Auctoritate id fecerit Acacius Simplex Epiſcopus Metropoli Heracleenſi ſubjectus?

Sæculum V. A.C. 494.

Cauſa Acacii.

Sæpe etiam ſine præcedente Concilio Sacra Sedes illos abſolvit, quos Concilium injuſte damnaverat, & damnavit, qui damnari merebantur. Hic Gelaſius Papa Exempla S. Athanaſii, S. Joannis Chryſoſtomi, & S. Flaviani adducit. In hoc ultimo diutius moratur, & dum Latrocinii Epheſini meminit, inquit: *Concilium illegitimum, ſcilicet Scripturæ, Patrum Doctrinæ, & Canonibus adverſum, a tota Eccleſia, & præprimis a S. Sede rejectum, potuit, & debuit reformari a Concilio Legitimo, ab omni Eccleſia recepto, & a S. Sede approbato, econtra Concilium ſemel legitimum nulla ratione infirmari poteſt. Quæro igitur ex Adverſariis,* inquit ulterius, *quid de Eutyche ſentiant,* p. 1104.

an

Sæculum V. A. C. 495.

an Hæreticum credant, vel orthodoxum? si Hæreticum esse non credunt, quid tot ambagibus opus est? dicant aperte, Eutychianos se esse; etsi enim non dicant, satis tamen apparet, quod pertinaci illa concordia cum illis, qui cum istis Hæreticis communicant, nobis callidissime insidientur, ut Nos in eundem Errorem, quem non au-

p. 1205. *dent nominare, inducant. Si vero negare erubescant, Eutychem esse Hæreticum, necessarium omnino est, ut Concilium Calcedonense approbent, & fateantur, quemcunque, qui a Fide hujus Concilii recessit, aut cum illis, qui recesserunt, communicavit, eadem condemnatione implicari absque ulla novi Concilii Necessitate.*

Edicant! cujus Concilii Decreto ipse Acacius Joannem secundæ Sedis Episcopum, cui nullus error in fide Catholica objiciebatur, deposuerit, ut Petrum manifeste Hæreticum, & a se ipso antea damnatum, in ejus locum sufficeret? Cujus Con-

S. Gelasius contra Orientales.

cilii Potestate idem Acacius Calendionem tertiæ Sedis Episcopum sua Sede pelli jussit? & quo jure tot alios in toto Oriente Episcopos Catholicos irreprehensibiles ejecit, quibus homines multis criminibus infames substitueret? forte quispiam mihi opponat Imperatoris Potentiam? cur ergo, quando voluit, restitit Basilisco Tyranno, & ipsi Zenoni Imperatori, jubenti, ut cum Petro Antiocheno communicaret?

Sæculum V. A. C. 495.

ret? ergo etiam, si voluisset, eidem in cæteris resistere potuisset. Imo Zeno Imperator in Epistolis suis fatetur, nihil se sine Acacii consensu egisse, quod & ipse fatetur Acacius. Si solus non sufficiebat, p. 1206. *qui se Imperatori opponeret, cur in Præsidium non vocavit sacram Sedem? ita junctis conatibus facilius Imperatori meliora persuasissemus. Fingamus interim, nullum extitisse Concilium, cujus Decreta S. Sedes exequeretur, quæso! quibuscum in Causa Acacii Concilium agendum fuisset? an cum illis, qui, ut omnes noverant, malefactorum complices, & conscii erant, qui in locum Episcoporum Catholicorum summa vi, & injuria ubique ejectorum, intrusi fuerant, & cum Hæreticis communicabant? Ergo Concilium convocare in illo rerum statu nec possibile erat, nec stante Concilio Calcedonensi necessarium.*

Porro risu dignum existimavimus illud, quod Acacio Prærogativam tribuere velint eo ex fonte, quia Episcopus in Civitate Imperiali fuit. p. 1207. *Quasi vero Imperatores non multo tempore Ravennæ, Mediolani, Sirmii, Treviris habitassent? an ideo illarum Civitatum Episcopis in mentem venit, ut limites ab Antiquitate sibi positos transilirent?* (*) *si a Civitatum ampli-*

(*) Ecce Protestantis nostri cavillationem jam

Sæculum V. A. C. 495.

amplitudine, & dignitate Episcoporum Potestas desumenda est, haud dubie Episcopi secundæ, & tertiæ Sedis Dignitate superant Episcopum Civitatis, quæ ne quidem Jure Metropolis gaudet. Nibil Potentiæ Imperii Sæcularis, & Dignitatum Ecclesiasticarum gradibus commune est. Minimæ Civitatis obscuritas Majestati Principis, qui ad eam divertit, obesse non potest; ita etiam Imperatoris præsentia Ordini Religionis Hierarchico non nocet; sed magis tali Civitati incumbit, dum occasio favet, Libertatem Religionis tueri, & Modestiæ exemplum aliis præbere.

De Potestate Papæ.

Sequantur Exemplum Imperatoris Marciani, qui cum impetrare non potuisset, ut altior gradus Episcopo Constantinopolitano tribueretur, nihilominus magnis laudibus Leonem Papam S. Memoriæ prosecutus est, quod Canonum Auctoritatem strenue defendisset. Sequantur Exemplum Episcopi Anatolii, qui dicebat, hanc Postulationem magis a Clericis, & populo Constantinopolitano, quam a se urgeri; decerneret Pontifex, quod magis e Re Ecclesiæ videretur. Imo Sanctus Leo, qui

---

jam ab annis mille explosam! Decebat vero, ut ex singulari Providentia Dei, omnia non solum potenter, sed etiam sapienter disponentis, Petrus, & Successores ejus, Romæ sederent, quia **hæc Urbs Mundi Caput erat.**

qui Acta Concilii Calcedonenſis confirma- Sæculum V.
verat, tamen nova omnia, quæ Canonibus A. C. 495.
Nicenis, & Mandatis, quibus Legatos *Sup.*
ſuos oneraverat, repugnabant, irrita pro- *XXVIII.*
nunciavit. Simplicio Papa ſedente, Pro- *§. 52.*
bus Epiſcopus Canuſinus S. Sedis Legatus *Sup.*
coram Imperatore Leone viriliter defen- *XXVIII.*
dit, illam Poſtulationem Epiſcopi Conſtan- *§. 13.*
tinopolitani nullo jure fundari.

Tandem ut omnem tricandi occaſio- *p. 1210.*
nem extinguat, Gelaſius Papa profitetur, *Sup. §. 16.*
ſententiam contra Acacium in aliquo Concilio Italiæ fuiſſe pronunciatam, non obſtante, quod ſolius Papæ Nomen in fronte gerat; illam enim ſecreto mittere neceſſarium fuiſſe, quia viæ omnes ab exploratoribus obſidebantur, & Episcopi Orientis ſuis Sedibus pulſi congregari non poterant. Itaque S. Sedem Concilium ubi potuit, & quibuscum potuit, egiſſe. Talis eſt Epiſtola Gelaſii Papæ ad Epiſcopos Dardaniæ prima Febr. Victore Conſule, id eſt, anno 495. data.

§. XXXVII.

Alia contra Acacium ſcripta.

Sanctus Gelaſius Papa in priori Epiſtola *Epiſt. 14.*
promittit, ampliora ſe documenta in *p. 1212.*
Cauſa Acacii producturum. Habemus etiam monumenta tria ab ipſo ad nos tranſmiſſa. Primum eſt fragmentum,

Sæculum V. A. C. 495. quod excerpta ex aliqua Epistola Simplicii Papæ, ex altera Felicis Papæ, & rursus ex alia Acacii, in qua Petrus Mongus acerbe vapulat, complectitur. In hoc Scripto Gelasius Papa asserit, etiamsi Petrus forte errorem abjecisset, nihilominus, cum fuerit secundæ Sedis Episcopus, sine consensu Sedis Romanæ ad Communionem Ecclesiæ redire non potuisse. Monumentum secundum est Epistola ad Episcopos Orientis data, in qua Pontifex queritur, quod Petrum Fulonem expulso Calendione in Sedem Antiochenam intrudi passi fuerint, & cum intruso communicaverint. Idem queritur ob expulsum Joannem Talaiam, cui Petrus Mongus Alexandriæ male successisset. Animadvertit Petrum in Communione Petri Antiocheni perseverasse usque ad obitum ipsius, quocum tamen Acacius nunquam se communicasse jactaret. Excusationem afferebant Orientales, nesciviisse se, quid sacra Sedes præcepisset; *Verumtamen*, inquit Papa, *id facillime rescire poteratis a tot Episcopis, qui cum sacra Sede Communionem servabant, & nulla alia ex causa Cathedris suis ejecti fuerant, quam quod S. Sedis Judicia tenerent. Et ex hoc Capite Episcopi omnes Orientis unacum Acacio nocentes sunt.*

p. 1220.

p. 1223.

Monumentum tertium est Tractatus de Anathemate, in quo ab initio hanc obje-

objectionem adversariorum ponit: *Qui Concilium Calcedonense recipiunt, debent totum recipere; ex quo sequitur, quod etiam Prærogativam secundi Gradus Episcopo Constantinopolitano concessam debeant recipere.* Gelasius respondet: *Tota Ecclesia sine ulla hæsitatione recipit, quæ Concilium definivit in Fide Catholica, & quæ Scripturæ, Traditioni, & Legibus Ecclesiasticis sunt consentanea; ob has enim Causas sacra Sedes hoc Concilium celebrari decrevit, & confirmavit. His vero, quæ sine Auctoritate, & Consensu sacræ Sedis attentata fuere, statim Legati repugnarunt, & S. Sedes ea nunquam confirmavit, quantumvis Imperator Marcianus instaret.* Explicat deinde Clausulam Sententiæ contra Acacium; ipsum nunquam esse absolvendum. Nempe si obstinato animo perseveraret, nec istam Clausulam quidquam Damnationis Sententiæ superaddere.

Sæculum V. A. C. 495.

Sup. XXVIII. §. 30.

p. 1239.

Gelasius in isto Tractatu de Distinctione utriusque Potestatis Ecclesiasticæ, & Sæcularis, differit in hunc modum: *Facile adducor ut credam, antequam JEsus Christus advenisset, quosdam in Figura Regiam simul & Pontificiam Dignitatem conjunxisse, quod de Melchisedech legimus. Hoc quoque Dæmon imitatus effecit, ut Imperatores Gentiles etiam Pontificis Nomen assumerent. Postquam*

p. 1232.

Sæculum V. A. C. 495.

vero ille advenit, qui vere simul Rex est, & Pontifex, Imperator Pontificis Nomine abstinuit, nec Pontifex Dignitatem Regalem ultra usurpavit. Quamvis enim omnia JEsu Christi membra Genus Regale, & Sacerdotale dicantur, nihilominus Deus cognoscens infirmitatem humanam, & suos per virtutem Humilitatis salvare volens, unius, & alterius Potestatis, Munera separavit, ita ut Imperatores Christiani Pontificum opera indigerent ad vitam æternam consequendam, & Pontifices in causis temporalibus Imperatorum Mandatis morem gererent. Qui Deo servit, non implicetur negotiis sæcularibus, & qui iis alligatus est, Res Divinas non gubernet. Sic Ordo uterque in Moderatione conservatur, & uterque status ea, quæ sibi congruunt, peragit. Hæc Gelasii Papæ verba sunt.

Diversitas Potestatis Ecclesiasticæ & Sæcularis.

1. Pet. 2. 9.

2. Tim. 2. 4.

§. XXXVIII.

Concilium. Absolutio Misseni.

t. 4. p. 1269. Gelasius Papa eodem anno 495. Viatore Consule 13. Maji Romæ Concilium celebravit, quadraginta quinque Episcoporum, quos inter S. Epiphanius Ticinensis, & S. Laurentius Mediolanensis aderant. Præter Episcopos, 58. Presbyteri, & duo viri Sæculares Magistratu insignes Amandianus, & Diogenianus interfuere. Misenus ex illis Episcopis Delegatis

legatis aliquis, qui Constantinopoli Summi Pontificis Mandata transgressi fuerant, Libellum supplicem Concilio obtulit, quem prælegit Diaconus Anastasius, forte idem, qui anno sequenti electus est Papa. In illis precibus Misenus efflagitabat, ut Patres ipsius miserererentur, Senis, infirmi, timentisque, ne extra Ecclesiæ Communionem Morte occuparetur. Jussit Pontifex, ut ingrederetur. Ipse admissus in terram se demisit, atque ut erat prostratus alterum libellum porrexit, in quo Hæresi, & Personæ Eutychis, ejusque Sectatoribus præsertim Dioscoro, & Acacio Constantinopolitano Anathema dicebat. Sæculum V. A. C. 495.

Cum Gelasius interrogasset, quid Concilium sentiret, omnes Episcopi, & Presbyteri surgere, & clamare: *JEsu Christe exaudi nos! longam vitam Gelasio!* Has voces vicies repetierunt. *Utere a Deo tibi data Potestate!* Duodecies. *Imitare S. Petrum!* Decies. *Rogamus te, ut ignoscas!* Novies. Ipsis tandem considentibus Gelasius dixit: *Dum sacra Sedes Misenum, & Vitalem condemnavit, spem veniæ non abstulit. Vitalis Dei Judicium subiit, quin ipsi auxilium ferre potuerimus. Istum autem, dum hac ausa adhuc fruitur, recipere sine mora oportet. Itaque ad nostram denuo Communionem, & Sacerdotium admittetur.* Om-

Sæculum V. A. C. 495.

nes Episcopi, & Presbyteri, surgentes sæpius acclamando consensum suum professi sunt, Papam tanquam JEsu Christi Vicarium agnoscentes, additis votis, ut in Sede Romana S. Petri annos expleret. Sixtus Ecclesiæ Romanæ Notarius jubente Papa hujus absolutionis Acta conscripsit, & ipse Pontifex in hoc Concilio adversus obstinatos Græcos multum dixit.

§. XXXIX.

Euphemius Constantinopoli ejicitur.

Marcell. Chr. Theod. lect. lib. 2. p. 559. Theoph. p. 120. an. 5. Anast.

Interea Anastasius Imperator nihil non faciebat, quo Græcorum animi in Schismate obfirmarentur. Eodem anno 495. Viatore Consule, Euphemium Patriarcham Constantinopolitanum deponi jussit, falso insimulatum, quod consilio & consensu juvisset rebelles Isauros, qui pristino favore Imperatoris Zenonis Popularis sui adhucdum feroces contra Anastasium sub ejus Regni auspicium seditionem moverant. Quamobrem Episcopi, qui tunc Constantinopoli degebant, in Concilium coire jussi, & quia Imperatorem offensum nolebant, Euphemium deposuerunt, & excommunicarunt. Mox præcipiente Imperatore in ejus locum ordinatus est Macedonius Presbyter, Ecclesiæ Thesauro Præfectus,

Nepos

Nepos Gennadii Patriarchæ, qui olim pueri mores ad Pietatem, & institutum Monasticum formaverat. Nihilominus ab Imperatore jussus Zenonis Henotico subscripsit. Populus Constantinopolitanus Euphemio favens commoveri cœpit, & ad Hippodromum concurrit, Lytanias decantans. At Imperator a sententia non recessit, & Euphemium Eucaitam in Paphlagonia relegavit. Antequam proficisceretur, petiit, ut Macedonius sibi Fidem publicam daret, se incolumem in locum Exilii deducendum. Igitur Macedonius ei collocuturus venit ad Baptisterium, & priusquam intraret, Pallium sibi aufferri a Diacono jussit, nolens præsente Euphemio illud gestare. Imo accepit mutuas pecunias, easque abituro dedit, quibus viæ socios sustentaret. Sæculum V. A.C. 495.

§. XL.

Elias Patriarcha Jerosolymitanus.

Euphemii Depositio Athanasio Patriarchæ Alexandrino, & Palladio Patriarchæ Antiocheno probabatur, non vero Eliæ Patriarchæ Jerosolymitano. Is S. Euthymii erat Discipulus, & a Biennio successerat Salustio, qui Sedem hanc annis octo, & tribus mensibus tenuit. Elias tertio anno Imperatoris Anastasii, nempe 493. ordinatus, propter Eccle- *Vit. S. Sabæ Cotel. mon. to. 3. p. 262. p. 296.*

Sæculum V. A. C. 495.

siam Cathedralem construxit Monasterium, & aliquot Monachos, quos cæteris magis virtute conspicuos noverat, prius Ecclesiæ S. Sepulchri servientes, & in locis Turri Davidis vicinis habitantes, illic congregavit. In illo Schismate, quod tunc Ecclesiam affligebat, Elias cum Patriarcharum nullo nisi cum Constantinopolitano communicabat, cum ipso rejiciens Communionem Alexandrinorum, qui Concilium Calcedonense anathematizabant, & ex consequenti etiam Communionem Palladii Patriarchæ Antiocheni; is enim, ut Imperatori placeret, Alexandrinis assentabatur, & cum ipsis Concilium damnabat. Ceterum Eliæ non probabatur constantia, qua Papa nomen Acacii ex Diptychis deleri exigebat. Quamvis autem crederet, Euphemium contra jus depositum, tamen Macedonium in ejus Sedem ordinatum recepit, quod ex Epistolis ejus Synodalibus deprehenderet, ipsum esse Catholicum. Palladius Antiochenus haud diu post hæc vivis excessit, & Flavianus ejus Successor Eliæ Exemplum secutus, cum ipso solum, & Macedonio communicavit. Hæc recusatio Imperatoris animum contra ambos Patriarchas Antiochenum, & Jerosolymitanum, vehementer accendit. Anno sequente 496. Imperatoris Anastasii sexto, obiit Athanasius

nasius Patriarcha Alexandrinus, atque Successorem habuit Joannem Presbyterum & Oeconomum cognomento *Hemoula* seu *Mela*, qui Schismati adhærens Antecessoris sui vestigia pressit. Sæculum V. A.C 496. *Theoph. p.* 121. *Liber. c.* 18.

§. XLI.

Gelasii Papæ obitus.

Gelasius Papa obiit eodem anno 496. postquam sedisset annos quatuor, & menses octo. Præter opera, quorum meminimus, scripsit Dissertationem contra Andromachum Senatorem, aliosque Romanos, qui antiquam superstitionem Ludorum, qui Lupercales dicebantur, sua ætate abolitam reducere nitebantur. Hi, quamvis se Christianos profiterentur, tamen palam affirmare audebant, morborum causam esse, quod Deus Februarius non placaretur. *Edicite!* inquit S. Gelasius, *num illo tempore, quo Roma sæpissime Peste affligebatur, ut in Tito Livio legimus, huic Deo non sacrificia ferebantur? an non celebrabantur Lupercalia? imo hoc Ludicrum non ad avertendam a corporibus contagionem institutum est, sed quod hæc sacra mulieribus fœunditatem dare crederentur.* (*) *Imperatore* *Tract.* 2. 1. *p.* 235. *to.* 4. *Conc.*

(*) Lupercal erat locus sub Monte Palatino Pani Pastorum Deo sacer. Ludi Lupercales dicebantur

Sæculum V. A. C. 496.

tore Anthemio Romam adventante certe Lupercalia agebantur, & nihilominus intolerabilis peſtis graſſabatur, ſi neglecta hæc ſolemnia calamitatis noſtræ cauſa ſunt, culpa profecto in vosmetipſos cadit, dum vobis hi ludi ita viluerunt, ut contempto Majorum more eos abjectiſſimæ hominum fæci celebrandos reliqueritis. Quare Caſtor, & Pollux, quorum Cultum omittere noluiſtis, placidum navigantibus mare non effecerunt, ut frumenti abundantia Romæ inveheretur? Edicite! qui nec Chriſtiani eſtis, nec Gentiles! Lupercalium Fautores, & carminum laſcivorum, hæc enim Religionem decent, cujus ſacra viris honeſtis ſunt erubeſcenda; Edicite, inquam, quomodo ſalutem vobis afferet illa Religio, quæ hominum mores corrumpit? Quare non etiam eodem pacto in Dæmonum Templis, & in Capitolio ſacrificatis? quare rejecta majore ſuperſtitionis parte minorem retinetis? Verum opponitis: ab ipſius Religionis Chriſtianæ exordio Lupercalia hucusque tolerata fuere. Verumenimvero etiam Sacrificia aliquam-

p. 1239.

cebantur a *Panos* Sacerdotibus, qui Luperci vocabantur, & nudi per urbem (ſubligacula tamen habebant circa partes obſcænas) curſitabant, mulierum palmas uterosque caprina pelle ferientes, quod ad fœcunditatem, & facilem partum facere credebatur.

liquamdiu fuere tolerata. Num inde sequitur, sequenti tempore aboleri non debuisse? Quilibet Episcopus diversis temporibus varios superstitionis Ritus, vel viles, vel flagitiosos, abstulit. Non omnes corporis humani morbi prima medicina curantur: initium ab eo ducitur, quod maximum periculum creat, ne illo neglecto corpus recipiendis remediis impar sit. Denique, quantum ego possum, omni homini baptizato, omni Christiano prohibeo, ne Lupercalia celebret. Soli Pagani mea pace id faciant. Meum est, Christianos docere, istud superstitionis genus animabus funestum esse malum, & pernicioſum. Conscientiam meam libero. Viderint refractarii, quid Divino Judici sint responsuri. Nullus dubito, quin Antecessores mei idem prohibuerint, & Imperatorum Pietatem imploraverint, ut tam fœdos abusus abolerent; non impetrarunt, hinc illæ lacrymæ, & totius Imperii ruina. Nolo eos socordiæ arguere, sed unusquisque nostrum operum suorum rationem reddet.

Sæculum V. A. C. 496.

Gelasius Papa præterea contra Eutychem, & Nestorium scripsit Tractatum, quem habemus. Eum non nulli Gelasii Cyziceni opus esse putarunt. (*) De eodem

To. 4. Bibl. PP. p. 515. Lab. Script. to. 1. p. 342.

(*) Hier ist wiederum eine hochschätzbare Anmerkung

Sæculum V. A. C. 496. eodem Papa nobis superſunt fragmenta decem Epiſtolarum, quæ Mandata ad aliquos Epiſcopos in cauſis privatis data con-

Dup. to. 5. p. 647. to. 4. Conc. p. 1244

merkung aus der Feder unſers Ueberſetzers. Es heiſſet anfänglich: *Baronius* hat mit groſſer Zuverläßigkeit den Ausſpruch gethan, daß *Gelaſius* von *Cyzicus* der Verfaſſer dieſes Tractats ſey ꝛc. Hierauf folgen einige wahrſcheinliche Gründe für beyde Meynungen. Auf dieſes aber bringet er eine Muthmaſſung zu Markte, welche zwiſchen den 4. Pfälen ſeiner ſchwachen Einbildungsmacht gewachſen, und ſaget: Es ſcheinet aber dem *Baronius* eine andere Urſach am Herzen gelegen zu haben, warum er dieſes Buch dem groſſen Pabſte *Gelaſius* abſprechen wollen. Denn es ſteht in demſelben eine ſehr deutliche Stelle, die da lehret, daß dieſer Pabſt von der *Transſubſtantiation* nichts gewußt habe. Denn indem er den Satz vorträgt, daß die beyden Naturen in Chriſto zu einer Perſon vereiniget wären, und eine jegliche Natur ihre Eigenſchaften für ſich behalte; ſo ſetzet er hinzu: Gleichwie im heil. Abendmale Brod und Wein nach der Einſegnung ihre Natur, und Weſen behalten. Hätte *Gelaſius* ein Pabſt dieſe Worte nicht geſchrieben, ſo würde man es ihm vielleicht nimmermehr ſtreitig gemacht haben, daß er der Verfaſſer dieſes Tractats ſey ꝛc.

Solche Einwendungen ſind zwar ſchon tauſendmale widerleget; jedoch will ich anführen, was der

continent. In iis occurrit Nomen Episcopi Cardinalis, quo Episcopus proprius, & titularis significabatur, diversus a Visitatore, Gelasii Scripta. Sæculum V. A. C. 496.

der Cardinal Gotti auf diese Stelle des heiligen Gelasius antwortet: *Dato tamen, illud Opusculum esse Gelasii Papæ . . . dici potest . . . . Gelasium intellexisse nomine Substantiæ id, quod aliquibus abhinc Sæculis nomine Specierum, aut Accidentium intelligitur. Nam eodem libro de Pane Eucharistico loquens ait; quod in Divinam transeunt, Sancto Spiritu perficiente substantiam, permanentes tamen in suæ proprietate Naturæ. Quæ verificantur manentibus Panis, & Vini proprietatibus, etiamsi eorum Substantia in Divinam Christi transeat. Sat enim erat Gelasio Eutychianis ostendere, quod sicut Eucharistia constat duabus rebus, Corpore scilicet Christi, & Accidentibus, seu Proprietatibus panis; ita & in Incarnatione duo sunt, Divina scilicet, ac Humana Natura realiter distinctæ.* *In Theolog. Scholast. Dogm. Tract. VII. de Eucha.*

Also kömmt unser Uebersetzer immer mit solchen Stellen aufgezogen, wo die heiligen Vätter Gleichniß-weiß von der heil. Eucharistia reden, und kann auf diejenigen, in welchen sie vorsätzlich die Gegenwart Christi im heil. Sacrament erweisen, nichts, das nur erträglich wäre, antworten. Nun will ich zum Ueberfluß unserem Uebersetzer einen Zeugen von der wahrhaften Gegenwart JESU Christi im heil. Abendmale darstellen, welcher bey ihm unverwerflich ist, nämlich den Doctor Luther.

Dieser

Sæculum V. A.C. 496.

sitatore, qui non nisi ex Mandato accepto Diœcesin regebat. In iisdem dispicitur, præter Pœnas Canonicas etiam licuisse Ecclesiasticis Judices Sæculares interpellare, ut atroces injuriæ sibi vel suis illatæ punirentur. Gelasii Papæ ætate

ep. 1. 2.
ep. 6. 7.

Dieser schrieb im Jahre 1545. wider die Zwinglianer ein kleines Glaubensbekenntniß, worinn er sagte, sie wären unsinnige Schwärmer, Gotteslästerer, niederträchtige Leute, für welche man nimmer bethen solte; Er schwur, daß er mit ihnen keine Gemeinschaft mehr weder durch Sendschreiben, noch durch Worte, oder Werke haben wolte, wenn sie nicht bekennen würden, daß das Brod im Abendmale der wahre natürliche Leib unsers HErrns sey, welchen die Gottlosen, und so gar der Verräther Judas eben so wohl als der heil. Petrus und die wahren Glaubigen in ihren Mund empfiengen. Wie hälts nun Herr Uebersetzer! Was Luther saget, ist klar, schlage er nur unbeschwert nach. Was hat er wider diesen Zeugen einzuwenden? Noch eines Herr Uebersetzer! Warum hat er hier drey ganze Abschnitte den XLII. XLIII. und XLIV. nämlich den Tractat des heil. Gelasius von den Sacramenten ausgelassen, in welchen nebst andern das Alterthum zur Ehre der Heiligen, und für die Lebendigen und Abgestorbenen Meß zu lesen erwiesen wird? Wie läßt sich dieses mit der Pflicht eines Uebersetzers vereinbaren? Warum hat es ihm nicht beliebt, wenigstens seinen Lesern die Ursach anzuzeigen, warum er solches

tate Romæ Manichæos invenire fuit, quos in Exilium ejici curavit, & Libros eorum ante Portam Basilicæ S. Mariæ comburi. Binis ordinationibus Romæ Mense Febr. & Decembri creavit Presbyteros triginta duos, Diaconos duos, Episcopos sexaginta sex. Sæculum V. A.C. 496.

Hujus Pontificis Vita Doctrinæ ejus congruebat. In Dignitate Pontificia non Dominatum obtinuisse, sed servitutem subiisse se existimabat. Omne tempus orationi, aut lectioni dabat, nisi litteras exarare cogeretur. Conversatione, & Colloquiis Servorum Dei lætabatur, & cum iis de Rebus Spiritum ædificantibus agere delectabatur. Epulas, & otium fugiebat, jejunii amans, & paupertatis, famelicos cunctos ipse enutriebat. Ex levissima Episcopi oscitantia magnum animarum periculum nasci dicebat. Eximia sane Prudentiæ, & Patientiæ specimina difficillimis sui Pontificatus temporibus dedit. In hunc modum Dionysius exiguus Gelasium Papam nobis exhibet, *Dionys. Præf. in coll. decret.*

---

ches weggelassen? Hier wäre eine nur erträgliche Antwort gut. Es muß die Angst dieses Menschen, wenn er aufrichtig protestantisch ist, in der Uebersetzung des Herrn Fleury sehr oft schier so groß gewesen seyn, als des Luthers, da solcher wegen der Abschaffung des Meßopfers mit dem Teufel gezanket.

Sæculum V. A. C. 496.

hibet, prout nempe a Juliano Presbytero, qui fuerat ejus Discipulus, audiverat. Dionysius Gelasium Papam Sanctorum numero accenset, & Ecclesia ejus memoriam 21. Nov. qua ad Superos transiit, colit.

Martyr. R. 21. Nov.

§. XLII.

S. Gelasius de Sacramentis.

Lib. Pont. Thom. Præf. in Cod. Sacr.

Sanctus Gelasius S. Ambrosii Exemplum secutus hymnos concinnavit, Præfationes etiam & preces in S. Sacrificio, & in Administratione Sacramentorum, dicendas composuit. Hinc Conjectura est admodum verisimilis, eodem Papa Auctore vetus Ecclesiæ Romanæ Sacramentarium, in quo totius Anni Missæ, & omnium Sacramentorum formulæ continentur, fuisse conscriptum. Tractatus hic dividitur in tres libros, quorum primus imprimis officia de Tempore, secundus de Sanctis, & tertius complectitur Officia illa, quæ certis diebus non figuntur. In omnibus Missis occurrunt ab initio duæ Collectæ, una Oratio secreta, una post Communionem, & una super populum. Plerisque Missis Præfatio propria est. Liber primus Missarum initium ducit a Nativitate, & ponuntur præter Missam Vigiliæ tres aliæ Missæ. Prima Januarii occurrunt Orationes contra Gentilium Superstitionem, quæ illa

Die

Die locum habebat. Post Missam Sexagesimæ multæ orationes visuntur super Pœnitentes dicendæ, quibus indicatur, jam exinde ad Receptionem Pœnitentiæ Publicæ fuisse præparatos, secundum illam Rubricam: *Eum mane Die Mercurii ineunte Quadragesima excipies, Cilicium ei indues, pro eo orabis, & includes usque ad Cœnam Domini.* Alibi Pontifex in Impositione Pœnitentiæ Psalmos sextum, centesimum secundum, & quinquagesimum cum tribus orationibus recitandos, præscribit. Sæculum V. A. C. 496. *Lib. I. n.* 15. *n.* 15. *n.* 16. *Lib. III. in fin.*

In Quadragesima adsunt Missæ pro singulis Diebus, excepto Die Jovis. In Sabbato primæ septimanæ positæ sunt preces quatuor temporum pro Mense primo. Illa enim ætate primus erat Mensis Martius. His diebus recitabantur duodecim Lectiones, & Ordinationes fiebant; hinc Sacramentarium in hoc loco de Ordinationibus agit. Leguntur hic Preces in Ordinatione Presbyteri, & Diaconi, ferme eædem, quæ hodieque recitantur; at de Traditione sacrarum Vestium, Libri Evangeliorum, aut Calicis nulla mentio. Consecratio manuum in alio loco occasione Subdiaconi refertur, ibique etiam leguntur Benedictiones in Ordinibus minoribus recitandæ, nempe pro Ostiario, Lectore, & Exorcista. Regulæ in Ordinationibus observandæ le- *Lib. I. n.* 18. *n.* 20. *n.* 96.

Sæculum V. A.C. 496.

guntur, quales vidimus in Decretalibus Gelasii, in hunc modum: *Si ab infantia Ecclesiæ Ministro nomen suum dederit, usque ad annum vigesimum inter Lectores*

n. 95. *erit. Si adultior Ecclesiæ se addicat, sed protinus post acceptum Baptismum, annos quinque inter Lectores, aut Exorcistas erit, deinde annos quatuor Acolythus, aut Subdiaconus, tum, si mereatur, per annos quinque Diaconus, tum Presbyter, & tandem Episcopus. Nec Bigami, nec Pœnitentes ad Ordines admittentur. Defensores Ecclesiæ, qui Laici sunt, iisdem Regulis tenebuntur, si Clericis adscribi velint. In Ordinatione Episcopi duo Episcopi super caput ordinandi Librum Evangeliorum tenebunt, unus eorum Benedictionem recitabit, omnes cæteri, quotquot præsentes sunt, Caput ejus manu tangent. Omnes Presbyteri præsentes idem facient in Ordinatione Presbyteri. Si vero Diaconus ordinetur, solus Episcopus Capiti ordinandi manum imponit, quia ad Ministerium, & non ad Sacerdotium ordinatur. Subdiaconus autem, quia ipsi non imponuntur manus, de manu Episcopi Patenam, & Calicem vacuum, & de manu Archidiaconi Urceolum cum aqua, & linteo. Acolythus ab Archidiacono accipit Candelabrum cum Cereo.* Et cœtera, quæ hodiernus usus fert. Leguntur deinde Ritus in ordinandis Exorcista,

orciſta, Lectore, & Oſtiario, tenendi. Tum ſequuntur Miſſæ propriæ in Conſecratione Diaconi, Presbyteri, & Epiſcopi, & in Ordinationis eorum Anniverſario legendæ. Sæculum V. A. C. 496.

§. XLIII.

Cæremoniæ in Baptiſmo adhibendæ.

Dominica tertia Quadrageſimæ primo mentio fit de Scrutiniis, ſeu Examine Electorum, id eſt, Catechumenorum, qui eligebantur ad Feſta Paſchalia baptizandi. n.26. In Canone pro ipſis, ipſosque e Fonte levaturis preces recitantur. Evangelium de Dæmoniaco ſurdo, & muto, n.29. his Cæremoniis optime congruebat. His ſcrutiniis initium dabatur ſequenti Die Lunæ, & diverſis diebus continuabantur, idque prius nunciabatur populo, ut intereſſe poſſet. Scrutinium incipiebat circa Meridiem ante Miſſam, quæ in Quadrageſima ante Veſperum non celebrabatur. Electis in Eccleſia congregatis, Acolythorum unus ſcribebat omnium nomina. Ad dextram mares, & ad ſiniſtram puellæ collocabantur. Tum ſuper eos preces, & exorciſmi recitabantur. Secundum ſcrutinium indicatur Dominica quarta, & aliud quinta, ſed vox: *Paſſionis*, non occurrit. Poſt hanc ſeptimanam omnia ordine recenſentur, n.30.31.33. quæ ad præparationem, & inſtructio-

Sæculum V A. C. 496.

nem Catechumenorum pertinent, scilicet, prima Benedictio, & altera, quando Sal porrigitur, item Exorcismi, quos Acolythi pronunciabant, & quidem alios super pueros, alios super fœminas.

Tum explicabantur illis Evangelia,
n.34. quæ explicatio adapertio aurium vocabatur. Diaconi quatuor Sacristia exeuntes portabant quatuor Evangelia; præcedebant pueri duo candelabra ferentes, & acerras. Libris super quatuor Altaris cornua depositis, Presbyter incipiebat Catechumenos instruere, & explicabat, quid vox: *Evangelium*, significaret,
Baptismus. quinam essent Evangelistæ, & qua ratione quatuor Animalium Mysticorum fi-
n.35. gura fuerint adumbrati. Tum jubebat a Diaconis uniuscujusque Evangelii initium prælegi. Alia Die Presbyter Catechumenis Symbolum explicabat. Statim quid hoc esset summatim exponebat, deinde unus Acolythorum puerum ex numero Baptizandorum aliquem sublatum brachio sinistro tenens, dextram parvuli capiti imponebat. Presbyter quærebat: *Qua lingua confitentur Dominum Nostrum JEsum Christum?* Respondebat aliquis: *Græca*, aut, *Latina*. Semper enim magno numero Græci Romæ versabantur. Tum Acolythus Symbolum Nicenum pronunciabat, illud primum Græce deinde Latine decantans.

Id

Id vero hujus Sacramentarii Antiquitatem maxime demonstrat, quod in eo solum legatur, S. Spiritum a Patre procedere. Presbyter præter Symbolum etiam Orationem Dominicam explicabat. Sæculum V. A.C. 496.

Dominica Palmarum etiam Passionis appellatur. In Cœna Domini Rubrica indicat, nihil esse cantandum, & Populum non salutandum. Eadem die Ritu admodum solemni duæ Functiones sacræ peraguntur, Pœnitentium Reconciliatio, & sacrorum oleorum Consecratio. Pœnitens e loco, quo inclusus fuerat, eductus, Ecclesiam adibat, seque projiciebat in terram. Tum Diaconus pro ipso apud Episcopum intercedebat, qui Pœnitentem hortatus, ut sibi a relapsu caveret, multas super eum preces recitabat. Deinde modus Reconciliandi Pœnitentem in Articulo mortis præscribitur. Benedictio sacrorum oleorum eadem ferme erat, quæ hodie, si Salutatio, & Genuflexiones excipiantur. In Cœna Domini duæ Missæ legebantur, una tempore matutino, altera vespertino, quemadmodum, ut S. Augustinus animadvertit, in quibusdam Ecclesiis usu fuerat introductum. Sacramentarium in die Paraseeves easdem preces, quas hodie recitamus refert, sicut etiam Adoratio- *n.* 40. *Ep.* 54. *ad Janu. c.* 7. *Sacram. n.* 41.

Sæculum V. A. C. 496.

rationem Crucis, (*) & Communionem Generalem Evchariſtiæ, præcedente Die reſervatæ.

Sabbato ſancto mane Electi Catechumeni veniebant, ut Symbolum redderent. Primo Epiſcopus, aut Presbyter, ultimum Exorciſmum in eos pronunciabat, & ſua ſaliva naſum baptizandorum, & aures contingebat, dicens: *Eppheta.* & cœtera, ungebat oleo Catechumenorum, quærebat, an renunciarent Diabolo, & Symbolum cum ipſis recitabat. Tum juſſos orare Diaconus dimittebat, hora Baptiſmi conferendi redituros. Hora octava & media, id eſt, media ſecunda, officium inchoabatur recitatione Litaniarum, ſequebatur Benedictio Cerei Paſchalis, duodecim Lectiones, & ſubjunctæ Orationes. Poſt hæc procedebatur ad Benedictionem Fontis, & omnes Electi ſingulatim baptizabantur trina immerſione. Egreſſos Presbyter Chriſmate ungebat in capite, & Epiſcopus Confirmationem conferebat. Statim manus baptizatis imponebat, orans, ut acn. 54. ciperent ſeptem Dona Spiritus S. eosque unge-

(*) Der Ueberſetzer verräth ſeine Unwiſſenheit in den Kirchengeſchichten, da er ſaget, von ſolchem abgöttiſchen Ausdruck, und Gebräuchen habe man in dieſen Jahrhunderten nichts gewußt.

ungebat in fronte. His ad Sanctuarium redibant, & prima in Cœlo ſtella micante Miſſa inchoabatur. Poſt octavam Paſchæ ponitur Miſſa Paſchæ annotinæ. Ita Anniverſarius baptismi appellabatur. Incertum an hunc Anniverſarium quisque die illo, quo baptizatus ſuerat, celebraverit, an una Solemnitate Sabbato octavæ Paſchæ anniverſarios omnes complexi fuerint. In Miſſa Aſcenſionis legitur Benedictio primarum frugum. Sabbato Pentecoſtes, occaſione Baptismi ſolemnis, ponitur modus baptizandi ægrotum, Energumenum, Gentiles, nam pauci ſupererant, & plerique eorum, qui baptizabantur Parentibus Chriſtianis geniti erant. Ægroto, poſtquam baptizatus fuiſſet, dabatur Communio, eumque Epiſcopus deinde confirmabat.

Sæculum V. A. C. 496.

Cang. Gloſſ. Paſch. ann.

Ritus antiqui. *n.* 63.

n. 66. 67.

n. 71.

n. 75.

§. XLIV.

Alia Officia.

Poſt officium in Pentecoſte legitur in Sacramentario denunciatio Jejunii quatuor Temporum pro quarto, ſeptimo, & decimo Menſe, ferme ut vidimus in Sermonibus S. Leonis, ſcilicet jejunium dierum Mercurii, Veneris, & Sabbati, in Vigiliis in Eccleſia S. Petri. Deinde leguntur Preces in Reconciliatione Arianorum, aliorumve Hæreticorum dicendæ. Sequitur dedicatio alicujus Eccleſiæ,

n. 82.

n. 85.

n. 88.

Sæculum V. A.C. 496.

cleſiæ, ſed non tam prolixæ, ac noſtris jam temporibus, erant preces. Subjungitur conſecratio Altaris, Sacrorum Vaſorum, & Linteaminum. Dedicatio Baptiſterii ſeparatim ponitur. Poſtea occurrunt ordinationes, quas jam ante memoravimus, tum Conſecrationes Virginum, in Epiphania, die Lunæ Paſchatis, aut in Feſtis Apoſtolorum fieri ſolitæ.

n. 103.

In Libro ſecundo Sacramentarii Gelaſii Papæ ponuntur Miſſæ de Sanctis, & primo Formula denunciandi diem, & Locum, quo celebrandæ erant, aut Reliquiæ eorum transferendæ, cujus Rei exemplum S. Ambroſius dedit. Hic non niſi Feſta Martyrum occurrunt, & ſeparatim Feſtum SS. Petri, & Pauli, ex quo conſtat hoc Sacramentarium eſſe antiquiſſimum. In libro tertio ſtatim occurrunt Miſſæ Sedecim, diebus Dominicis legendæ, quin aliqua Dominica nominetur, unde videtur conjiciendum, omnibus ſimplicibus Dominicis per anni curſum indiſcriminatim fuiſſe lectas. Sequitur Canon Miſſæ, talis, qualem hodieque recitamus, tum aliquæ ſuper populum Benedictiones poſt Communionem. Sex Miſſæ in Feriis legendæ. Aliquæ Miſſæ votivæ pro iter facientibus, pro afflictis, in remedium Sterilitatis, & ad avertenda alia ejusmodi mala. Aliquæ aliæ magis notatu

Sup. XVIII §. 47.

Ambr. ep. 22. *n.* 15. *n.* 30.

41. *v. Thom. Præf.*

n. 17.

n. 23.

notatu dignæ inveniuntur; pro illis, qui *Agapen*, seu Convivium Charitatis dederunt. Missa in Monasterio dicenda, forte quando illud Episcopus visitabat. Missa, quam habemus in Nuptiis, quoque visitur, & alia pro aliquo natalizante. Missa pro ægrotis, & in fine preces pro Defunctis tam ante, quam post Sepulturam. Item aliquæ Missæ pro Defunctis, & inter cœteras pro mortuo, qui novissime Baptismum accepit, & pro illis, qui Pœnitentiam desideraverant, & recipere non potuerant. In hoc libro Benedictio, & Aspersio Aquæ Benedictæ, visuntur, pluresque aliæ Benedictiones. Hæc mihi in Sacramentario, quod S. Gelasii Papæ opus esse creditur, memoratu digna visa sunt.

Sæculum V. A.C. 469.

n. 48.
n. 50.
n. 53.
n. 70.
n. 92.
n. 96.
n. 98.

Missæ pro Defunctis.

n. 75.

Ejusdem Papæ tempore, & Auctoritate, S. Severini in Norico Apostoli Corpus in Arcem Lucullanum prope Neapolim translatum, ibique Monasterium ædificatum. Vir Sanctus jam anno 482. ad Cœlos evolaverat. Post sex annorum lapsum, cum Romani omnes illam Regionem incolentes in Italiam, sicut Vir Sanctus futurum prædixerat, redire compellerentur, Reliquias ejus secum detulerunt. Utramque Translationem celebrem reddidere Prodigia, quorum Historiam sicut etiam Sancti Vitam anno 511. Eugipius Presbyter Discipulus ejus, re-

Sup. XXIX §. 35.
Vit. ap. Boll. 8. *Jan. c.* 11. 12.

Epist. ad Pasch.

Ap. Boll. to. 1. *p.* 484.

Sæculum V. A. C. 496.

rum quas narrat, testis oculatus scripsit. Ecclesia S. Severini Memoriam octava Jan. colit.

Mart. Rom. 8. *Jan.*

§. XLV.

Clodoveus convertitur.

Sancti Gelasii Papæ Successor fuit Anastasius hujus Nominis Secundus Romæ natus, qui Sacram Sedem tenuit ferme annos duos. Haud diu postquam ordinatus fuisset, scripsit ad Clodoveum Regem Francorum, qui ad Religionem Christianam conversus fuerat, quantam inde Lætitiam cepisset, profitetur, &, ut perseveraret, hortatur. Franci, Germanorum Natio, jam ab annis ducentis, & quadraginta notissima, inferiores Rheni oras incolebant. Superato fluvio Gallias ingressi, ibi Sedem elegerunt Ductore Pharamundo, anno circiter 420. quem primum hujus Gentis Regem fuisse credunt. Huic anno 428. successit Clodio, & isti anno 448. Meroveus, qui ad depellendum Attilam operam junxit, & usque ad Sequanam pervasit. Filius ejus Childericus anno 458. Parenti successit, & felicibus armis usque ad ripas Ligeris progressus est. Childerico successit anno 481. Clodoveus filius, qui Majorum exemplo prolatis Regni finibus, & devicto Siagrio, qui Imperii Romani reliquias tuebatur, in illis Galliarum Partibus Romano-

Lib. Pont. ep. 2 to. 4. Conc. pag. 1282. Ruin. ann. Franc. ad Greg. Turon.

Prosp. Chr. Pit. an. 26. Honor.

Greg. Tur. II. hist. c. 26.

manorum Nomen extinxit. Regiones re- Sæculum V.
liquæ Burgundionibus, & Visigothis pa- A. C. 496.
rebant. Anno 493. Clodoveus uxorem *ibid. c. 28.*
duxit Clotildem, Chilperici Filiam, & Gundebaldi Regis Burgundionum Neptem. Ea erat Christiana, & Catholica, quamvis Rex Patruus, & tota Natio Arianam Hæresin profiteretur. Clodoveus Rex Christianos clementer habebat, parcebat Ecclesiis, & Viros Sanctos honorabat. Præ cœteris vero S. Remigium Episcopum Rhemensem colebat, cui vas ad Ecclesiam suam pertinens, & furto ablatum, restitui jussit. *c. 27.*

Ex Conjugio Clodovei, & Clotildis natus est filius, quem mater fonte Baptismi ablui volens, dixit ad Regem Maritum: *Dii, quos adoras, nihil sunt. Nec se ipsos juvare possunt, nec alios, sunt enim lignea, & saxea, & ærea. Illi, quorum gerunt nomina, Homines fuere, & inter Homines scelestissimi. Majori jure adorandus est hujus Universi Creator, qui Solem coruscare jussit, Cœlum ornavit stellis, terram animalibus implevit, & manu sua formavit Hominem, cui cæteras Creaturas omnes subjici voluit.* Quamvis hæc Mulieris admonitio Clodovei animum non movisset, tamen Mater omnia ad baptizandum Clotildis.
filium suum præparari curavit, & Ecclesiæ parietes pretiosis peristromatis vestiri, ut saltem pompa exterior Regis oculos

Sæculum V. A.C. 496. los ad hanc Cæremoniam raperet. Baptizatus est puer, & Ingomer vocatus; sed mors eum abstulit, adhucdum amiculo candido tectum, id est, antequam a Baptismo octava adveniisset dies. Filii mortem Clodoveus Clotildi amarissime exprobrans, dicebat: *Si Deorum meorum Nomini initiatus fuisset, non periisset, sed in Nomine Dei tui baptizatus vivere non potuit.* Respondit Regina: *ago Gratias Deo, quod me habuerit dignam, ut Mater essem prolis, quam in Regnum suum suscepit.* Alterum deinde peperit filium, quem in Baptismo Clodomerum appellavit; cum is quoque ægrotare cœpisset, dixit Rex: *nihil aliud expectandum. Protinus morietur, sicut frater ejus, quia in* c. 30. *Nomine Christi tui baptizari jussisti.* Verum ardentissimis Matris precibus dedit Deus, ut puer convalesceret.

Ceterum Regina continuis exhortationibus instabat apud Maritum, ut rejectis Idolis verum Deum agnosceret; at persuadere non potuit, donec opportuna occasio Mulieris consilium adjuvit, dum Rex bellum gerens adversus populos, qui Allemanni dicebantur, in ultimum incidit periculum. Cum his Clodoveus prœlium inierat, sed vincebantur Franci, jamque totus periclitabatur exercitus. Tum Clodoveus sublatis in Cœlum oculis inter viriles lacrymas orans dicebat: *JEsu Chri-*

Christe, quem Clotildis mea dicit esse Filium Dei viventis, tuum imploro auxilium! si mihi tribuis Victoriam, credam in te & in Nomine tuo baptizabor. Invocavi Deos meos, sed impotentes experior. Jam te in opem compello. Volo tibi servire. Libera me modo ab hostibus meis. Clodoveo in hunc modum orante, Allemanni terga vertere, & in fugam se dare. Mox ubi Regem suum in acie occisum viderunt, omnes deditionem fecerunt, vitæ gratiam poscentes. Memorabilis victoria Clodovei anno 15. JEsu Christi 496. reportata est. Sæculum V. A.C. 496.

§. XLVI.

Clodoveus baptizatur.

Clodoveus ab hoc Bello revertens, cum in urbem Tullensem divertisset, inde S. Presbyterum accepit, Vedastum, seu Vastum nomine, ab aliquot jam annis in solitudine degentem, qui ipsum in via fidem docuit, & ad recipiendum Baptismum, animum jam sponte volentis præparavit. Tum S. Remigius, a Regina secreto accersitus, quod S. Vedastus cœperat, perfecit. *S. Pater!* inquiebat Rex, *quæ dicis mire animum meum afficiunt! interim ingens se offert obstaculum. Populus, qui mihi obedit, Deos suos nunquam deseret. Tamen ad concionem vocabo, &, quæ suades, dicam.* Ergo Fran- *Greg. c. 31. vit. S. Ved. ap. Boll. 6. Febr.*

Sæculum V. A. C. 496.

Francos coire in cœtus jubet; ecce vero! antequam Rex eloqueretur, Deo corda eorum convertente, omnes uno ore exclamare: *Rex! Deos mortales abjicimus, & Deum immortalem, quem Remigius prædicat, sequi decrevimus.* Itaque ad Regis, Francorumque Baptismum omnia parantur. S. Remigius, & S. Vedastus rudes instruebant, & juxta Canones aliquot dies jejunii, & Pœnitentiæ Baptizandis imperabant. Interim plures alii Episcopi ad hæc Solemnia Rhemos se contulerunt, & cum res tanta ad Festa Paschalia differenda Episcopis non videretur, in Die Nativitatis Domini peracta est.

Hincm. vit. S. Rem. ap. Sur. 13. Jan.

Plateæ a Regia usque ad Ecclesiam dependentibus Tapetibus ornatæ erant, Ecclesiam odorati Cerei illustrabant, Baptisterium exquisitis incensis fumabat. Distinctis ordinibus in Ecclesiam itum, Clerici Cruces, & Evangelia deferebant, & cantabantur Litaniæ. S. Remigius Clodoveum manu ducebat, Regina, & populo sequentibus. Dum ita procequnt, quæsivit Rex: *Pater mi! anne hoc est Regnum Dei, quod mihi promittis?* Respondit Episcopus: *non est, sed viam ingredimur, ut illo perveniamus.* In ipso Baptismi actu dixit Sanctus ad Clodoveum: *flecte cervices superbe Sicamber! jamque adora, quod incendisti, & incende, quod*

quod adoraſti. Deinde Albofledam Regis Sororem baptizavit, & de Exercitu virorum tria millia, id eſt, Francorum, ſeu Militum tunc in Galliis per varias Stationes diſperſorum. Haud diu ſupervixit Albofleda, cumque Rex charæ Sororis jacturam admodum doleret, S. Remigius ad mœrentem litteras dedit, quibus conſolatur, & credere jubet, defunctam ſervata Baptiſmi Gratia Coronam Virginum recepiſſe. Lantildis altera Clodovei Soror, quæ in Hæreſin Arianorum inciderat, tunc Fidem Catholicam profeſſa Sacro Chrysmate uncta, id eſt, confirmata eſt. Rex baptizatus S. Remigio multos in diverſis Provinciis agros donavit, cujus liberalitatem Francorum potentiſſimi quisque pro facultatum ſuarum modo imitati ſunt. Has S. Remigius aliis Eccleſiis diſtribuit, ne ſuſpicari poſſent Franci, ipſum lucri cauſa in convertenda hac Gente allaboraſſe. Magnam illorum Bonorum partem dedit Eccleſiæ S. Mariæ in Civitate Laodunenſi, ubi educatus fuerat, & Epiſcopum conſtituit Genebaldum virum Nobilem in Sacris profanisque litteris doctum. Is S. Remigii Neptem uxorem duxerat, eamque reliquerat, ut totum ſe Pietati daret. Hæc fuit origo Epiſcopatus Laodunenſis, antea ad Diœceſin Rhemenſem pertinentis. Clodoveus multas extruxit Eccleſias, locupleta-

Sæculum V. A. C. 496.

Ep. Remig. to. 4. Conc. p. 1268.

Hincm. vit.

Sæculum V. A.C. 496.

pletavit alias, atque edita lege Subditos ſuos omnes ad amplectendam Religionem Catholicam invitavit. Is unicus ſui ævi erat Princeps Catholicus. Anaſtaſius quippe Imperator Eutychianis favebat. Thraſamundus Rex Vandalorum in Africa, Theodoricus Rex Oſtrogothorum in Italia, Alaricus Rex Viſigothorum in Hiſpania, Gundebaldus Rex Burgundionum Arianæ Hæreſis labe infecti fuere.

Vit. S. Melan. ap. Boll. 6. Jan.

S. Avitus Epiſcopus Viennenſis datis ad Clodoveum Litteris Converſionem ad veram Fidem gratulatur, & præſertim, quod illa Die, qua Dominus Noſter in carne natus eſt, ipſe in Sacro fonte Baptismi renaſci meritus ſit. Precatur, ut optimus Deus tanti Regis opera Nationes remotas, nativæ ignorantiæ tenebris involutas, ad ſui agnitionem adducat, & hortatur, ut Rex in hunc piiſſimum finem Legatos (*) mittat. S. Avito hic de Gentibus Germaniæ trans Rhenum habitantibus ſermo eſt.

to. 4. Conc. p. 1266. Epiſt. Avit. 41.

§. XLVII.

Anaſtaſius Papa ad Imperatorem ſcribit.

Anaſtaſius Papa ſub Pontificatus ſui initium

(*) Herr Fleury hat das Wort: *Ambaſſadeur.* Das heiſſet bey unſerem Ueberſetzer: Ein *Miſſionarius.* Andere Fehler verſchweige ich.

tium ad Imperatorem Anastasium dedit Epistolam. Laudat ejus Pietatem, quæ adhuc in sorte privata viventem commendaverat, rogat, ut Nomen Acacii abolendo Pacem Ecclesiis daret. Quia vero nonnulli dicebant, Acacium, postquam eum Felix Papa condemnasset, Potestatem munere Episcopali fungendi fuisse privatum, Anastasius Papa declarat, judicare se, Acacium valide Baptismum, & Ordinationem contulisse, quod indigni Ministri peccatum Sacramentorum virtuti non noceat. Rogat item Imperatorem, ut Alexandrinos ad unitatem Ecclesiæ reduceret. Hanc epistolam detulerunt Episcopi duo Crescónius & Germanus, qui itineris Socios se præbuerunt Festo Patricio, Roma Constantinopolim in causis Reipublicæ proficiscenti. Crescónius, & Germanus, Constantinopoli invenerunt Ecclesiæ Alexandrini Apocrisiarios Dioscorum Presbyterum, & Cheremundum Lectorem, hi tradiderunt eis codicillos deferendos, quibus in Papæ Communionem recipi petebant. Dicebant; unicam dissidii inter ambas Ecclesias extitisse causam, quod epistola S. Leonis ad Flavianum imperite fuisset translata, atque ut ostenderent, se esse Catholicos, adjecerunt Fidei Confessionem, in qua tria prima Concilia recipiebant, & Eutychem perinde ac Nestorium damna-

Sæculum V. A. C. 496.

Ep. 1. *to.* 4. *Conc. pag.* 1278.

n. 7.

n. 5.

Sæculum V. A. C. 498.

bant, nulla Concilii Calcedonenſis facta mentione. Affirmabant, Dioſcorum, Timotheum, & Petrum nunquam aliud, ac quod ipſi crederent, tenuiſſe. Sed Confeſſio tam perplexa rejecta eſt.

Sub idem tempus, nempe anno 498. Anaſtaſii Imperatoris octavo, Macedonius Patriarcha, communicato cum Imperatore conſilio, ad ſuam Communionem attrahere conatus eſt Civitatis Conſtantinopolitanæ Monaſteria, quæ a ſe receſſerant, quod Zenonis Henotico ſubſcripſiſſet. Cum id efficere non poſſet, Imperatori ſuaſit, ut Epiſcopos Conſtantinopoli præſentes convocaret, in quo Conventu datis Litteris ea confirmarentur, quæ in Concilio Calcedonenſi fuiſſent decreta. Convenerunt Epiſcopi, conſcripta ſunt Acta. Hæc vero Monachis Catholicis non ſatisfecerunt, hinc Macedonius, cum eos videret in rejiciendo Henotico conſtantes, & potius Exilium ferre paratos, quam cum illis communicaturos, qui id recipiebant, credidit, optimum fore, ſi Monachis libertas faciendi, quod vellent, relinqueretur, & nulla in eos commoveretur perſecutio. Monaſteria, quæ præ cæteris inſigne conſtantiæ ſpecimen dederunt, fuere id, quod a Dio appellabatur, Baſſiani, Acemetenſium, & Sanctæ Matronæ.

Theoph. p. 122.

Monachi Catholici.

Ipſa

Ipsa S. Matrona multa passa est, persequente eam Diacono, nomine Chrysaoro, qui Mulierem, ut cum iis, qui Henoticum recipiebant, communicaret, cogere volebat. Item alia Sanctimonialis, supra fæminam docta, & fortis, virili constantia restitit. S. Matrona nata Pergæ in Pamphilia, relicto Conjuge, primum suscepta est in Monasterium virorum. At sexu deprehenso, Emesum abiit in Phœnicen, ubi Virginum Cœnobium rexit. Beryti aliquas Mulieres ab Idololatria ad fidem convertit. Demum Constantinopolim delata, aliquot mulieres exteras illo congregavit, iisque præfuit. Verina Imperatrix Leonis uxor Matronam amore singulari prosecuta est, præprimis Sanctæ fæminæ animum ab avaritia alienissimum admirans. Nobilis aliqua, & admodum dives fæmina magnam auri vim S. Matronæ contulit, unde ampliſſimum condidit Monasterium. S. Matrona ad annum vitæ pervenit centesimum, postquam non plures, quam viginti quinque, in Sæculo transegisset.

Sæculum V. A. C. 498.

vit. S. Matro. ap. Sur. 8. Nov.

S. Matrona.

Festus Patricius cum Constantinopoli ageret, petiit, ut SS. Petri, & Pauli memoria majori pompa, quam antea, in illa Civitate coleretur, & impetravit. Macedonius Patriarcha Constantinopolitanus epistolas suas Synodales Festo tradere voluit, Anastasio Papæ reddendas, sed

Theod. Lect. lib. 2. c. 560.

Sæculum V. A. C. 498.

obstitit Imperator. Imo inter Festum, & Imperatorem secreto convenisse ferunt, persuasuros se Papæ, ut Zenonis Henotico subscriberet. Interim Festus Romam reversus Anastasium Papam reperit mortuum. Is enim obierat 16. Nov. anno 498. postquam Sacram Sedem annis duobus non integris tenuisset. Una Ordinatione Mense Dec. creaverat Presbyteros duodecim, & alias Episcopos sexdecim. Confessionem S. Laurentii argenti octoginta libris appensis ornavit.

Lib. Pont.

§. XLVIII.

Symmachus Papa. Schisma Laurentii.

Theod. ibid.

Anastasio suffectus est Symmachus Diaconus, Fortunati Filius, in Sardinia natus. Verum Festus Patricius, cum talem vellet Pontificem, qui Henotico subscripturus esset, multos pecunia corrupit, qui eodem tempore Laurentium Archi-Presbyterum elegerunt. Ambo eadem die ordinantur, Symmachus in Basilica Constantini, cui major numerus favebat, Laurentius in Basilica S. Mariæ.

Greg. IV. Dial. c. 40.

Inter cœteros, qui Laurentium sequebantur, illustrissimus fuit Diaconus Paschasius, quem eximia virtus, cura pauperum, & sui ipsius contemptus, commendabant. Is quoad vixit, Laurentio ad-

Schisma V.

hæsit

hæsit. Duos de Divinitate Spiritus S. libros, qui nobis supersunt, scripsit. Sæculum V. A.C. 499.

Ut Schisma tolleretur, inter Partes convenit, ut ambo Electi Ravennam irent, Theodorici Regis utcunque Ariani Judicium subituri. Pronunciavit Rex; illi Sacram Sedem deberi, qui prior ordinatus fuisset, aut cui major eligentium numerus suffragaretur. Cum igitur istud Symmachi Electioni conveniret, Legitimus Pontifex habitus est, & S. Sedem ultra annos quindecim tenuit. Pontificatus sui initio prima die Martii post Consulatum Paulini, id est, anno 499. Romæ in Basilica S. Petri septuaginta duorum Episcoporum congregavit Concilium, cui ipse præfuit. *Bibl. PP. Paris. to. 8. p. 118.*

Fulgentius Archidiaconus Actis initium dedit, dicens: *Sanctitas tua missis per Provincias mandatis numerosam hanc Synodum Episcoporum Italiæ convocavit; jam decernat, quæ ad securitatem, & Pacem Ecclesiæ pertinent.* Omnes Episcopi, & Presbyteri exclamarunt: *JEsu Christe, exaudi nos! vivat Symmachus! rogamus, ut facias.* Has voces decies repetierunt. Papa dixit: *convocavi vos, quamvis tempestas sit perfrigida, ut aptissima quæramus remedia, quibus Episcoporum ambitus coerceatur, & tumultus populares, quales in Ordinatione mea excitati fuere, compescantur. Perpendamus* *to. 4. Conc. p. 1312.* Concilium Romanum.

Sæculum V. A. C. 499.

igitur, quæ imposterum in Ordinatione Episcopi Romani observanda sint. Omnes Episcopi, & Presbyteri dixerunt: *rogamus, ut hæc fiant. Tollantur Scandala. Æmulationes extinguantur.* Postquam acclamationes istæ sæpius fuere repetitæ, jussit Papa, ut Æmilianus Notarius Decreta Concilii prælegeret.

In primo Decreto dicitur: *Si quis Presbyter, Diaconus, aut Clericus, vivente Pontifice, & ipso ignaro, subscribere, Suffragium suum data Schedula, aut edito juramento promittere, aut in quocunque privato Conventu hac super re deliberare præsumat, deponatur, aut excommunicetur.* In secundo. *Si Papa morte repentina decedat, ita ut nihil de Successoris Electione potuerit decernere,* (*) *ille consecrabitur Episcopus, quem omnium Clericorum, aut Majoris Partis Suffragia elegerint.* In tertio. *Si quis ambientium Machinationes, quas modo damnavimus, deferat, & probet, non tantum, si conscius fuerit, absolvetur, sed etiam mercedem feret.* Tum Patres consensum suum multoties acclamando professi sunt. Subscripsere septuaginta tres Episcopi, si etiam Papa annumeratur, cujus verba in Subscriptione hæc sunt: *Celius Symmachus*

(*) Nempe mos erat, viventem Pontificem de Successore consulere.

chus Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ Civitatis Romanæ Episcopus Subscripsi his Decretis Synodalibus, quæ approbavi. Deinde subscripsit Rusticus Episcopus Minturniensis, Bonifacius Vellitriensis, Misenus Cumanus, aliique, quos pro ratione temporis ordinationis suæ subscripsisse conjectura est. Tum visuntur Nomina Presbyterorum sexaginta septem, quorum primus est Celius Laurentius Archipresbyter Titulo S. Praxedis, ille ipse, qui Antipapa electus fuerat, & postea Episcopus Nucerinus fuit. Tandem Diaconi quinque nomen suum apposuere. *Theod. Lect. Lib. Pont.*

Sæculum V. A. C. 499.

§. XLIX.

Symmachus coram Theodorico accusatur.

Haud diu exinde Clericorum Romanorum aliqui, & nonnulli ex Senatu maxime Festus, & Probinus, Symmachum Papam horrendorum criminum insimularunt, testesque subornatos ad Regem Theodoricum Ravennam miserunt, cumque simul Laurentium clam revocassent, Schisma recruduit, Clericorum Parte cum Symmacho, altera cum Laurentio communicante. Festus, & Probinus petierunt a Rege, ut Episcopum Visitatorem Romam mitteret, ut mos ferebat, si qua Ecclesia vacaret. Rex Theodoricus misit

Sæculum V. A. C. 499.

sit Petrum Episcopum Altinæ Civitatis, cui districte mandatum, ut quamprimum Romæ esset, statim ad S. Petri Basilicam se conferret, Symmachum Papam salutaret, peteretque, ut traderet illa mancipia, quæ ipsius Adversarii testes contra Dominum producere velle affirmabant; hæc ab Episcopis interrogarentur, at equuleo non imponerentur. Episcopus Altinensis neglectis mandatis ad S. Petrum non ivit, sed Schismaticis junctus est. Econtra Catholici indignabantur, contra Consuetudinem, & Canones Episcopum Visitatorem Romam missum.

p. 343.

§. L.

Concilium Palmare.

Conjecturæ locus est, hæc dissidia Theodoricum Regem permovisse, ut Romam iret, quod multi vehementer optabant, quippe ejus præsentia securitatem Concilii, in quo Symmachus Papa judicandus erat, præstare poterat. Utut vero sit, Romam venit, Patricio, & Hypatio Consulibus, nempe anno 500. at Concilium non ante annum sequentem 501. Consulibus Pompejo, & Fausto Avieno, qui pro Symmacho Papa, & bona causa stabat, celebratum. Faustus Avienus jam prius anno 490. Consulatum gesserat, ab Illustrissima Scipionum Familia genus ducens. Episcopi Liguriæ, Æmiliæ, & Venetiæ

Cassiod. Chr. *Lib. Pont.*

Ennod. 1. *epist.* 1.

netiæ ad celebrandum Concilium profi- Sæculum VI.
ciscentes, in via Ravennam ingressi, & A. C. 501.
Regi, qui illo redierat, collocuti sunt. His interrogantibus, cur se convocasset, respondit Rex; ideo factum, ut crimina, quorum insimulabatur Symmachus Papa, maturo examine discuterent. Episcopi dixerunt; ipsius Papæ esse hoc Concilium convocare, hanc Prærogativam tam Jure Primatus, a S. Petro acquisiti, quam Conciliorum, & Canonum Auctoritate, Sacræ Sedi competere. Rem sine exemplo esse, Sedem hanc inferiorum judicio fuisse subjectam. Dixit Rex, consensisse Papam, ut Concilium convocaretur, atque epistolas a se scriptas eis tradi jussit. Ubi Episcopi Italiæ Romam pervenerunt, a Symmachi Papæ alloquio abstinuere, ne collusionis suspicionem crearent adversariis; nihilominus ipsius mentionem in S. Sacrificio semper fecerunt, ut in ipsius Communione se vivere demonstrarent. Nominatim Laurentius Mediolanensis, & Petrus Ravennatensis id feciisse memorantur, quia Ecclesiarum suarum Dignitate cœteros omnes antecedebant.

Concilium primo in Basilica Julii Mense Julio congregatur. Episcopi, qui in via Ravennam intraverant, quid Regi dixissent, retulerunt. Tum Episcopis Rei summam tractare volentibus, Symmachus Papa Ecclesiam ingressus edixit,

Sæculum VI. A.C. 501. Gratias se Regi agere, quod Concilium fuisset convocatum, & se ipsum id postulasse affirmavit. Ita demum Episcopi hac super re acquieverunt. Tunc vero Papa petiit, ut priusquam de ipsa accusatione ageretur, Visitator, quem aliqua Clericorum Pars, & aliqui Laici contra Canones mitti rogassent, exesse juberetur, & omnia sibi ablata restituerentur. Deinde se, si Episcopis videretur, ad accusationes responsurum. Majori Episcoporum numero æqua petere videbatur; verumtamen Patres circa hæc non ausi sunt decernere, Rege inconsulto. Is autem minime, quæ optabantur, rescripsit; jussit enim, ut Symmachus Papa Accusatoribus responderet, antequam ejus Patrimonium, & Ecclesiæ ablatæ restituerentur; nec Papa ultra huic postulato institit. p. 1324.

Igitur Patres prima Sept. in Ecclesia S. Crucis de Jerusalem, alio nomine Basilica Palatii Sessoriani conveniunt. Quibusdam Episcopis visum, Accusatorum Libellum esse recipiendum. At is duplici defectu laborabat; primo, quod in eo dicerent, Symmachi crimina coram Rege fuisse probata; id falsum videbatur, cum hanc Causam tanquam integram Episcopis judicandam reliquisset. Secundo, quod Accusatores Symmachum testimonio mancipiorum ipsius convincere vellent, ideoque peterent, ut eos traderet;

ret; id vero Legibus Civilibus repugnare, & ex consequenti etiam Constitutionibus Canonicis, quæ a Legibus Civilibus excluſos ad Judicium non admittebant. Sæculum VI. A. C. 501.

Inter hæc veniebat ad Synodum Symmachus, ſtipatus magna utriusque Sexus multitudine, quæ amorem in Pontificem lacrymis, & planctibus profitebatur. Ecce vero ab irruentibus Adverſariis in via intercipitur, & inter lapidum imbres vix evadit. Aliqui Presbyteri, qui Pontificem ſequebantur, vulnerati; nec effugiſſent necem, niſi accurrentes Regii Duces furentium vim inhibuiſſent, & Papam ad S. Petrum, unde exierat, reduxiſſent. Duces iſti erant Comes Aligernus, Gudila, & Bedulphus Regii Palatii Magiſtri, qui Mandatum ad Concilium detulerant, ut cito abſolverent hoc Negotium. Epiſcopi miſerunt ad Regem Codicillos, in quibus omnia, ut acta erant, referebant. *Quater miſimus ad Pontificem Epiſcopos*, inquiebant, *qui interrogarent, an adhuc in Judicio comparere vellet. Ab aliis Epiſcopis nomine ſuo reſponderi juſſit, quod initio quidem deſiderium plene ſe purgandi ipſum permoviſſet, ut jure ſuo cederet, & dignitatem non obtenderet, ſed nunc poſtquam extremum ſubiiſſet periculum, faceret Rex, quod videretur; ſe vero ſalvis Canonum Decretis cogi non poſſe.* Adji-

Ennod. Apol.

To. 4. Conc. p. 1326.

Schismaticorum Seditio.

p. 1330.

Sæculum VI. A. C. 501.

Adjiciunt Episcopi: *nos in absentem pronunciare Sententiam non possumus, nec contumaciæ eum arguere, qui in Judicium venire voluit.* Denique rogant Regem, ut se a periculis, quibus Romæ circumdarentur, liberaret, & ad Ecclesias suas revertendi licentiam faceret.

In hac Seditione præter alia vi injusta commissa, etiam cædes Civitatem funestarunt. Virgines e Monasteriis suis, aut ædibus paternis abstractæ, ignominiose nudatæ, cæsæ, & vulneribus affectæ. Aliqui Presbyteri, quos inter Dignissimus, & Gordianus, fuere, occisi.

Theodoricus Rex datis litteris Patribus respondit in hunc modum: *Si in hac causa Judex esse voluissem, ea æquitate me pronunciaturum fuisse credo, ut Partes ambæ sibi satisfactum jure existimassent. Verum non arbitror, meum esse, de Causis Ecclesiasticis decernere. Vestrum est judicare, quod optimum videbitur, sive causam hanc discutiatis, sive dissimulandam censueritis, dummodo urbi Pacem reddatis.* Hæ litteræ prima Octobris datæ erant, quibus acceptis Patres miserunt Legatos ad Senatum, qui monerent, Causas Dei Judicio Dei esse relinquendas, præsertim cum ageretur de Causa Successoris S. Petri; omnem ferme Populum cum Symmacho communicare. Strenue obstandum esse principiis malorum, quæ dissensio animorum

rum

Sæculum VI. A.C. 501.

rum post se esset tractura. Monitis ejusmodi ad Senatum sæpius missis, tandem 20. Octobr. ultimam celebraverunt Sessionem, cujus Acta habemus. Referuntur ea omnia, quæ in tribus præcedentibus nempe in prima Ravennæ, ab Episcopis, qui ibi in transitu erant, celebrata, secunda Romæ in Basilica Julii, & tertia etiam Romæ ad S. Crucem Jerosolymæ. Tum Sententia pronunciatur in hunc modum: *Symmachum Papam coram Hominibus ab omni accusatione contra eum mota absolvimus, omnia Dei Judicio relinquentes. Decernimus, ut Divina Mysteria in omnibus Ecclesiis Sedi suæ subjectis administret. Vi Mandatorum Principis, qui nobis hanc potestatem dedit, omnia, quæ ad Ecclesiam tam intra, quam extra Civitatem Romanam spectant, ipsi restituimus.* Id de Bonis temporalibus accipiendum, quæ adempta fuerant. *Omnes Fideles hortamur, ut Sacram Communionem ab ipso accipiant, & detrectantibus Divinum Judicium denunciamus. Clerici Schismatici, si veniam a Pontifice oraverint, impetrabunt, & Ordini suo restituentur. Quicunque vero post hanc Sententiam in quibuscunque Ecclesiæ Romanæ Locis Deo consecratis absque Symmachi Papæ consensu Missas celebrare ausus fuerit, Canonicam Schismaticorum Pœnam subibit.* Huic Sententiæ subscripserunt Episcopi septuaginta

p. 1323.

Concilii Sententia.

p. 1364.

Sæculum VI. A. C. 501.

ginta Sex, & primo Laurentii Mediolanensis, & Petri Ravennatensis Nomina leguntur. De hac quarta Sessione in aliquo Concilio sequente legitur: *secundum quartam Synodum, seu Synodum Palmarem.* Id nominis forte a Loco, in quo Patres congregati erant, contraxit.

§. LI.

S. Aviti Epistola.

Ubi Decretum Concilii Romani in Galliam delatum est, omnes Episcopi commoti, S. Avito Episcopo Viennensi mandarunt, ut nomine omnium scriberet. Epistolam direxit ad primos Senatores Faustum, & Symmachum, ambos Patricios, & Consulares; Faustus enim anno 483. & Symmachus 485. illam Dignitatem gesserat. S. Avitus in exordio Epistolæ dicit, quod ob temporum iniquitatem, & Regnorum perturbationem, Episcopis Galliarum non amplius liceret libere Romam commeare, nec in unum omnes coire. Tum ad ipsam Causam transiens queritur, Episcopos, quos Papam coram Principe accusatum oportuisset defendere, judicandi provinciam in se suscepisse; *sicut enim*, inquit, *præcipiente Deo hujus Terræ Potestatibus subditi sumus, ita etiam difficile captu est, quomodo Superior a Subditis suis, præsertim Caput Ecclesiæ, judicari possit.* Nihilominus

p. 1336.

ominus Concilii Patres laudat, quod Dei Judicio reliquerint hanc Cauſam, qua non ſine omni levitatis nota ſe implicaſſent, & indicaverint, nec ſe, nec Regem Theodoricum argumenta criminum, quorum Papa accuſabatur, deprehendiſſe. Senatores obteſtatur, ut Eccleſiæ Honorem tueantur, totum Epiſcopatum in Perſona Papæ lædi non ſinant, nec peſſimum gregibus Exemplum ſuis Paſtoribus inſultandi præbeant. Sæculum VI. A. C. 501.

S. Avitus in hac Epiſtola Senatoris Romani, & Epiſcopi Dignitatem Titulumque jungit, nam ex primis ſtirpibus Romæ natus Imperatorem Avitum Avum, & Heſychium Senatorem habebat Patrem, qui ante ipſum Epiſcopus Viennenſis fuerat. Rex Gundebaldus, etſi eſſet Arianus, S. Avitum maximi faciebat, & ſæpe in dubiis conſulebat, quod ex Viri Sancti Epiſtolis ſuper diverſis Scripturæ quæſtionibus apparet. In prima docet nos originem vocis: *Miſſa*, dicitque, hanc Formulam: *ite Miſſa eſt*, non ſolum in Eccleſia fuiſſe uſurpatam, ſed etiam in ædibus Principum, & Judicum Prætoriis, quando ſoluto conventu populus dimittebatur. S. Avitus ſub annum 500. in aliqua Collatione cum Arianis adfuit, in qua ipſe Principem egit Perſonam. Res ita ſe habuit.

§. LII.

Sæculum VI. A. C. 501.

§. LII.

Collatio Lugdunenſis cum Arianis.

Sancti Remigii Exemplum Clodoveo ad Fidem converſo Idolorum Aras ubique deſtruentis, & Miraculorum multitudine Chriſti Religionem mire dilatantis multos Epiſcopos excitavit, ut convenirent, & Arianos ad unitatem reducere conarentur. Ne autem Res ex compoſito agi videretur, Stephanus Epiſcopus Lugdunenſis ad celebrandum S. Juſti Feſtum, quod prope erat, nempe ſecunda die Sept. Collegas ſuos invitavit. Multi, atque inter illos S. Avitus Viennenſis, Frater ejus Apollinaris Valentinus, Eonius Arelatenſis, venerunt. Omnes ſimul Gundebaldum, tunc Salviniaci verſantem, adierunt, & ad ſalutandum Regem admiſſi ſunt, ringentibus non nullis, quorum major in aula erat Auctoritas, Arianis. S. Avitus, cui cœteri decedebant, etiamſi nec tempore nec Dignitate potior eſſet, Regem affatus, petiit, ut ad procurandam pacem publice cum Arianis colloqui liceret.

Coll. ep. to. 4. Conc. p. 1318. to 5. Spicil. p. 110.

Martyr. Uſuard. 2. Sept.

Reſpondit Rex: *Si veram tenetis fidem, cur Epiſcopi veſtri Regem Francorum non cohibent, ne mihi bellum inferat, ſeque boſtibus meis jungat, ut afferat perniciem. Per veram Fidem non licet rem alterius concupiſcere, & cædes cædibus miſcere.*

Oſten-

Ostendat Fidem operibus! S. Avitus dixit: *nescimus, Rex! quæ Regi Francorum bellandi causæ sint. Sed ex Scriptura discimus, sæpe ob neglectam Religionem Regna everti. Redi cum populo tuo sub Legem Dei, Dei amicus sis, & Pacem cum omnibus hominibus habebis.* Dixit Rex: *Quia tres Deos colere nolo, dicis, quod Legem Dei non profitear? non legi in Scriptura plures, sed unum dari Deum.* S. Avitus respondit: *absit a nobis, Rex! ut plures Deos adoremus. Sed Deus hic unus in Essentia existit in tribus Personis. Filius, & Spiritus S. non sunt alii Dii, sed idem Deus.* Tum cœpit ei explicare Fidem Catholicam, vidensque, quod benevole auscultaret, addidit: *utinam, sicut perspicaci vales ingenio, agnoscere velles, quam solido Fides nostra fundamento nitatur! quanta inde nobis bona, quanta populo tuo evenirent! nunc autem, cum Subditi tui JEsu Christi inimici sint, iram Dei in te accersunt. Mutaretur rerum facies, si nos audires, & Episcopis tuis præciperes, ut publice nobiscum super Fide conferant.* Hæc dicens ad pedes Regis procidit, eosque amplexus amare flebat. Simul cum eo omnes Episcopi in terram se demiserunt. Rex valde commotus prostratos erexit, promisitque lenibus verbis, se responsum daturum.

Sæculum VI. A. C. 501.

To. 4. Conc. p. 1319.

Sæculum VI. A.C. 501.

Altera ſtatim die reverſus Lugdunum Rex, Stephano, & Avito, accerſitis, inquit: *Fiet, quod petitis. Volunt Epiſcopi mei vobis demonſtrare, neminem Deo coæternum, & conſubſtantialem eſſe poſſe. Sed nolo, ut hæc coram toto populo agitentur, ne tumultus cieatur. Aderunt tantum Senatores mei, aliique, quos deligam. Vos quoque ex veſtris, quos lubebit, eligite, ſed numero paucos. Craſtina, & in hoc loco, conferetis.* Receſſerunt interim Epiſcopi, ut hæc cœteris nunciarent. Erat dies illa Vigilia S. Juſti, & cupiebant quidem certamen differre in diem Feſtum ſubſequentem, ſed tanto bono moram ingerere noluerunt. Id ſolum decreverunt, ut illam noctem apud Sancti Sepulchrum tranſigerent, & a Deo, quod optabant, precibus ejus obtinere adniterentur. In illius noctis officio pro more illius temporis recitatæ ſunt quatuor Lectiones ex Scriptura, duæ ex Veteri Teſtamento, ſcilicet ex Lege, & ex Prophetis, duæ ex Novo Teſtamento, ſcilicet ex Evangelio, & ex Epiſtolis. In omnibus autem quatuor Lectionibus occurrerunt textus, de corde Peccatorum indurato mentionem facientes. Crediderunt Epiſcopi, his Deum ipſis Regis obſtinatum animum præmonſtrare; hinc inter lacrymas & planctus diem expectabant. Hora a Rege præſtituta Epis-

Colloquium cum Arianis.

v. Mabill. de curſ. Gall. 2. n. 25. p. 1310.

Exod 7. 3.
Iſa. 6. 9.
Matt. 11. 21.
Rom. 2. 4.

Episcopi omnes congregati ad Regiam iverunt; eos multi Presbyteri, & Diaconi, aliqui etiam Laici Catholici, & inter alios Placidus, & Lucanus Optimatum præcipui comitabantur. Advenerunt etiam Ariani. Cumque omnes consedissent, Rege præsente, S. Avitus Catholicorum, & Bonifacius Arianorum nomine dixit. Initio Bonifacius S. Avitum loquentem satis, ut videbatur, modeste auscultavit; ut vero S. Avito conticente, ipsum loqui oportuit, perplexas quæstiones in medium attulit, ceu Principis patientiam fatigaturus. Quantumvis S. Avitus urgeret, ad nullum argumentum quidquam respondit, sed convicia effutiit; Catholicos veneficiis esse infames, & plurium Deorum Cultores. Rex, cum constaret hominem esse perturbatum, e Sede surgens dixit, eum sequente die ad objecta responsurum. Omnes Episcopi discesserunt, & quia bona supererat pars diei, cum cœteris Catholicis ad Ecclesiam S. Justi processerunt, acturi Deo Gratias, quod primo congressu superiores evasissent. Sæculum VI. A. C. 501.

Die altera Episcopi rediere ad Regiam, intrantes obvium habuerunt Aredium, nobilem, & notæ calliditatis virum, qui licet Catholicam Religionem profiteretur, Arianis tamen favebat, ut adularetur Regi, cujus consuetudine in- *p.* 1321.

Sæculum VI. A. C. 501.

tima fruebatur. Is Episcopos permovere nitebatur, ut abirent; his rixis concitari plebis animos, nec quidquam emolumenti inde sperandum. Stephanus Episcopus Lugdunensis respondit: *Nihil magis ad concordiam animorum facit, quam si noverint homines, qua ex parte stet veritas, semper amabilis, & maxime idonea, quæ sequentibus se omnium animos conciliet.* Tandem adjecit, omnes ex Regis imperio advenisse; itaque Aredius ultra obsistere non est ausus. Ipsis intrantibus surrexit Rex, ut obviam procederet, stansque inter Stephanum, & Avitum iterum de Rege Francorum conqueritur, dicens, quod Fratris sui animum contra se sollicitaret. Verum quidem erat, Clodoveum cum Godegisilo, qui in aliqua Burgundiæ parte imperabat, & Genevæ sedem habebat, consilia communicare; at Godegisilus Clodoveum concitaverat, ut arma verteret in Gundebaldum, qui fratris perfidiam ignorabat. Episcopi responderunt, ad reducendam Pacem nihil esse efficacius, quam de Fide consentire, & sua obtulerunt officia, tractaturi de pace, si id Rex juberet. His dictis, omnes consedere.

Greg. Tur. II. hist. c. 32.

S. Avitus, ut his, quæ Bonifacius Catholicis objecerat, responderet, ostendit, eos nullatenus plures Deos adorare, idque adeo claris confecit argumentis, ut

ipsi

ipsi Ariani virum admirarentur. Bonifacius nihil, nisi convicia cumulare conviciis, tanta vehementia, ut contracta ravi amplius vocem, quæ intelligi posset, non ederet. Rex cum mora satis longa expectasset, surrexit, vultu professus, quantum Bonifacio indignaretur. Tum Avitus ad Regem: *Si tui non habent, quod argumentis nostris respondeant, quid obstat, quin omnes in eandem Fidem consentiamus?* Arianis autem mussitantibus, subjunxit singulari fiducia: *Si Argumentis nostris convinci non possunt, nullus dubito, quin Deus Veritatem Fidei nostræ miraculo confirmaturus sit. Jube, ut omnes ad Sepulchrum S. Justi eamus, interrogemus Sanctum super Dissidio Fidei; & Deus, quod ipsi probatur, per os Servi sui pronunciabit.* Rex insolita S. Viri Religione attonitus videbatur annuere; at strepitabant Ariani, dicentes, nolle se ad demonstrandam Fidem suam imitari Saulem reprobum, qui Dei vindictam in se concitasset, dum mulieris venificæ carmina adhibuit; satis sibi argumentorum esse in Scriptura, omnibus Præstigiis fortiore. Hæc magnis clamoribus diu ingeminarunt. Rex, qui jam Sedem reliquerat, Stephani, & Aviti manum prehendens, in Regium deduxit conclave, & utrumque amplexus, rogat, ut pro se ad Deum orarent, perplexis

Sæculum VI. A. C. 501.

Ariani vincuntur.

p. 1322.

1. *Reg.* 28. 12

Sæculum VI. A. C. 501.

plexis enim cogitationibus angebatur. Multi Ariani converſi poſt aliquot dierum intervallum baptizati ſunt. (*)

Ipſe Gundebaldus, bello, quod adverſus Clodoveum ſuſtinuerat, expeditus, cum cognoſceret, Hæreticorum argumenta eſſe admodum infirma, coram S. Avito confeſſus eſt, Filium Dei, & S. Spiritum eſſe æquales Patri, rogavitque, ut ſibi Unctionem S. Chryſmatis ſecreto conferret. S. Avitus dixit: *Si vere credis, ſerva Præceptum Domini dicentis: qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo. &c. Rex es, nec perſecutio tibi timenda, ſicut Apoſtolis. Populi ſeditionem reformidas; imo magis oportet Populum exemplum tuum ſequi, quam te populi vecordiam fovere. Deus non irridetur, nec amat Regem, qui ne Regnum terreſtre amittat, eum coram Mundo confiteri non audet.* Non habuit Rex, quod Viro ſancto reponeret; nunquam tamen miſero Principi tantus animi vigor fuit, ut Fidem Catholicam palam profiteretur,

Greg. II. hiſt. c. 34.

Matt. 10. 32.

(*) Hic videmus Arianos converſos fuiſſe baptizatos, cum tamen aliunde conſtet, Arianos ſi ad Eccleſiam Catholicam redirent, non fuiſſe rebaptizatos. Sed veriſimile eſt, iſtos, de quibus hic ſermo, nunquam Baptiſmum accepiſſe, ſed inter Arianos fuiſſe Catechumenos.

tur, sed in hac fluctuatione excessit e vita. Sæculum VI. A. C. 501.

§. LIII.

Lis inter Ecclesiam Viennensem, & Arelatensem.

Sanctus Avitus ab Anastasio Papa in Controversia inter se, & Episcopum Arelatensem obtinuerat Rescriptum, in quo ejus Jurisdictio in Episcopos vicinos extendebatur. Eonius Episcopus Arelatensis Rem ad Symmachum Papam detulit, conquerens, Rescriptum hoc subreptitie contra Canones fuisse impetratum. Symmachus Papa, ne causa non satis cognita judicaret, utrumque Episcopum Arelatensem, & Viennensem, præstituta die ad se mittere Mandatarios jubet, qui postulationis suæ argumenta proferrent. Hæc Epistola tertio Kal. Nov. post Consulatum Paulini, nempe 30. Octobr. anno 499. data est. Eonius Romam misit Presbyterum, nomine Crescentium, qui cum causam exposuisset, Pontifex judicavit, Anastasium Papam Provinciam illam perturbasse, mutato antiquo ordine; hinc factum vituperat, dicens, cum Sacerdotium sit Res indivisibilis, Successores Antecessorum suorum Decretis præjudicare non posse, quippe alias ob levitatis Notam Sacræ Sedi debitam Reverentiam perituram. Itaque

Ep. 2. p. 1292

Epist. 1.

Sæculum VI. A. C. 501.

Eonio mandat, ut venerabilem Antiquitatem ſervet, nulla habita ratione novarum Conſtitutionum, quæ Pacem labefactant, & Epiſcoporum Ambitioni favent. Nempe ſententiam pro Eonio pronunciat. Hæc Epiſtola 29. Sept. anno 500. data. Ubi iſtud ad S. Aviti notitiam pervenit, queſtus eſt, ſe inauditum fuiſſe damnatum; nec etiam legimus, ab ipſo quoque Mandatarium Romam miſſum. Papa datis litteris ei reſpondit in hæc verba: *Si probare potes Anaſtaſium Anteceſſorem meum jure merito feciſſe, quod fecit, lubentiſſime intelligam, Canones ab ipſo non fuiſſe violatos. Non nunquam enim aliquid de rigore Legis remittendum, ad obtinendum majus Bonum, cum id ipſe Legislator præcepiſſet, ſi prævidiſſet.* Hæc Epiſtola tertio Kal. Nov. Avieno, & Pompejo Conſulibus, id eſt, 30. Octobr. anno 501. data.

Epiſt. 12. *p.* 1311.

§ LIV.

Decreta, ne Bona Eccleſiarum alienentur.

Anno ſequente 502. Avieno Juniore Conſule 6ta Nov. Symmachus Papa celebravit Romæ Concilium, cujus Canones præprimis cavent, ne Bona Eccleſiaſtica alienentur. Hæc Synodus in Baſilica S. Petri congregata eſt. Cum Papa

pa aderant octoginta Episcopi, quorum primi leguntur Laurentius Mediolanensis, & Petrus Ravennatensis. Occurrit etiam Eulalius Syracusanus, Vir Pietate insignis. Præterea aderant Presbyteri triginta septem, & Diaconi quatuor, inter quos secundus est Hormisdas, qui posteriore tempore ad Dignitatem Papalem evectus est. Primo Symmachus Gratias dixit Patribus, quod Clericis Schismaticis veniam obtulerint. Tum memorat, quod Schismatici Auctoritatem alicujus Edicti jactarent, a Basilio Patricio editi, Bonorum Ecclesiasticorum conservandorum obtentu, idque Hormisdas Diaconus prælegere jussus est. Illud nempe hoc est Edictum quod anno 483. sub Rege Odoacro emanavit.

Sæculum VI. A. C. 502.

Vit. S. Fulg. c. 12. ap. Boll. 1. Jan. p. 36.

Sup. L. XXIX. §. 59.

His perlectis Laurentius Mediolanensis dixit: *Hoc Rescripto nullus Episcoporum Romanorum teneri potuit; unde enim Laico Potestas quidquam in Ecclesia præcipiendi, præsertim cum nec Papa, nec Metropolitarum aliquis subscripserit?* Eadem Petri Ravennatis sententia fuit. Eulalius Syracusanus addidit, Episcopos, qui huic Decreto consensissent, Papæ præjudicio esse non potuisse, cum sancta Sedes vacasset. In eandem opinionem omnes Patres ivere; hoc Rescriptum nullius esse Auctoritatis. Tum Papa, ut futuris provideret, Decretum pro-

Sæculum VI. A.C. 502.

nunciavit, quod sequitur: *Non liceat Papæ in perpetuum alienare quamcunque Hæreditatem bonorum ruralium, aut in usumfructum dare, nisi Clericis, captivis, aut peregrinis. Domus in Civitatibus sitæ, quæ sine magnis sumptibus servari non possunt, in annuos census locari poterunt. Presbyteri, quibus in Civitate Romana Titulus est, sub Depositionis pœna eadem Lege tenebuntur. Qui rem alienatam acceperit Anathemate ferietur, & initus contractus erit nullus. Omnes Clerici rem alienatam unacum fructibus repetere poterunt. Hoc Decretum solummodo sacram Sedem tangit, quilibet in Provinciis Episcopus Ecclesiæ suæ usus tenebit.*

p. 1337. *n.* 4.

§. LV.

Apologia pro Symmacho Papa.

to. 4. *p.* 1364. Anno posteriore 503. post Consulatum Avieni actum est Romæ Concilium, quod sub Symmacho Papa quintum numeratur. Episcopis coram Confessione, id est, Reliquiis, S. Petri sedentibus dixit Papa: *Afferatur Scriptum ab Ennodio compositum adversus illos, qui quartam nostram Synodum Romæ ad Palmaria celebratam calumniari ausi sunt, & coram omnibus legatur.* Erat Ennodius Diaconus Eloquentiæ laude celebris. Habemus hunc Tractatum, ad Defensionem Sym-

Symmachi Papæ concinnatum, qui simul est Responsum ad Scriptum a Schismaticis editum sub Titulo: *Contra Synodi Illegitimam Absolutionem.* Præcipuum quod objiciebant, illud erat; quod dicentes Papam a nemine posse judicari, viderentur etiam affirmare, S. Petro, & Successoribus ejus unacum Prærogativa Sedis suæ Licentiam peccandi a Deo datam fuisse. Ennodius negat istud sequi, & de S. Petro dicit: *Perpetuum Meritorum Decus unacum Hæreditaria Innocentia ad Successores suos transmisit; quod ipsi propter Actorum Gloriam concessum, ad illos quoque extenditur, quorum vita æqualibus factis* (*) *coruscat. Cui enim dubium esse possit, num ille Sanctus sit, qui ad summum Dignitatis apicem evehitur? Si propria desint, Antecessoris ejus Merita ipsi sufficiunt. JEsus Christus vel Viros Illustres ad hujus Potentiæ fastigium elevat, aut elevatos Illustres facit. Ille, cui Ecclesia innititur, prævidet, quodnam Fundamentum eidem maxime idoneum futurum sit.* Paucis, Ennodius vult dicere, sacram Sedem Pontifices, qui eam conscendunt, reddere impeccabiles, vel potius, Deum non permittere, ut alii assumantur, quam tales, quos ad Sanctorum

Sæculum VI. A. C. 503.

Edit. Sirm. p. 317. to. 4. Conc. p. 1340.

ibid. p. 1348.

(*) Protestans hic particulam negativam: non, inseruit.

Sæculum VI. A. C. 503.

rum Gloriam prædestinavit. Et profecto plerique Pontificum hactenus ea vitæ Sanctitate effulserant, ut huic opinioni locus esse potuerit.

p. 1244. Rursus Schismatici dicebant: *Si verum esset, Papam nunquam Inferiorum suorum judicium subiisse, quare ergo Symmachus citatus fuit, & in Judicium ductus?* Ad hoc Ennodius respondet; id

p. 1346. Pontificem, non quod teneretur, sed Humilitatis causa sustinuisse, ipsorum vero violentia coactum fuisse, ut recederet.

Schismatici contra Symmachum. Contendebant etiam; Papam obligari, ut Episcopum Visitatorem admitteret, qualem ipse aliis Ecclesiis dabat. Ennodius negat, & addit: *DEus forte Hominum Judicio aliorum Hominum causas componi voluit, at hujus Sedis Episcopum suo reservavit Judicio. Si autem objicitis, omnes Animas Dei Judicio subjici, re-*

Matth. 16. *spondeo; uni soli dictum: Tu es Petrus &c.*

Ennodii Scriptum in Concilio Romano recitatum Episcopi uno ore approba-

p. 1364. runt, dixeruntque: *Hoc Scriptum ab omnibus Fidelibus recipiatur, & inter nostri Concilii Acta ad posteritatis memoriam transmittatur, tanquam Auctoritate publica compositum.* Papa jussit, ut numero Decretorum Apostolicorum insereretur. Postea Episcopi petierunt, ut illi, qui Papam accusaverant, & Concilium

cilium impugnaverant, damnarentur. Sæculum VI.
Sed rogavit Papa, ut Persecutores ipsius A. C. 503.
mitius haberentur, & se quidem plene p. 1365.
eis ignoscere edixit. Verumtamen, ut
ejusmodi malis in futurum caveretur,
petiit, ut observarentur antiqui Canones, secundum quos oves Pastorem suum non accusent, nisi contra Fidem erret, aut cuiquam privato damnum inferat. Prima exceptio, quam ponit Pontifex, notari meretur, quia Papa fatetur, quod omnis Episcopus, & ipse etiam, possit de errore contra Fidem accusari. (*) Adjungit, quod Episcopus Bonis suis spoliatus, aut Ecclesia sua pulsus, statim sit restituendus, & omnia in pristinum statum reducenda, priusquam in Judicium vocari possit. Concilium omnes hos Canones confirmavit, addita pœna, Clericos, si rei fuerint, esse deponendos, Monachos, & Laicos Communione privandos, & nisi emendentur, Anathemate percutiendos. Hic dispicitur, Excommunicationem fuisse pœnam, Anathemate minorem. p. 1366.

Ex

(*) P. Balduinus ad hunc locum Fleurio vehementissime succenset, quod in Reflexione ista insinuet, S. Pontificem quoque in Fide errare posse; sed supervacue irascitur, nam passim Theologi docent, Papam, non docentem ex Cathedra, errare posse. Ergo iterum hic nulla mala fides!

Sæculum VI. A. C. 503.

Ex quibusdam Apologiæ ab Ennodio concinnatæ locis conjicere est, calumniam in Symmachum Papam confictam, adulterium fuisse, aut aliud crimen huic affine. Id ansam dedisse creditur condendo Decreto, quod a Papa illo tempore, sed incertum quo in Concilio, emanavit, quo Episcopis, Presbyteris, & Diaconis præcipitur, ut nunquam non apud se habeant Contubernalem, virum exploratæ probitatis, actuum suorum testem. Illi autem, quibus facultates derant, quibus ejusmodi socium alerent, aliorum Contubernales esse jubebantur, ut vita Clericorum non a crimine modo, sed etiam a suspicione criminis esset libera. Habemus Mandatum nomine cujusdam Episcopi ab Ennodio conscriptum, in quo memoratus Canon observari jubetur. Ceterum Contubernales isti inseparabiles Syncellani (*) vocabantur.

p. 1341.
p. 1347.
Cellulani.

Symmachus Papa pro se ipso scripsit Apologiam, in qua respondet Libello, contra se ab Imperatore Anastasio edito. Eum Imperator accusabat, quod esset Manichæus. Id a se amolitur Papa, dicens: *Num Eutychianus ego sum, vel Eutychianorum Defensor, quorum Hæresis Manichæorum impietati maxime favet?*

T. 4. *conc.* *p.* 1266.
p. 1297.

(*) Cancellanei etiam, vel Cellulani.

vet? Roma mihi Teſtis eſt, & ejus Tabularia fidem faciunt, quod a Religione quam Gentilitatem relinquens a ſancta Sede accepi, nec latum unguem diſceſſerim. Ceterum Idem Papa, cum Romæ Manichæos deprehendiſſet, Libris eorum ante Baſilicam Conſtantini concrematis, ipſos in Exilium ejeciſſe fertur. Apologiam proſequitur in hæc verba: *Dicis, me cum Senatu ad te excommunicandum conſpiraſſe. Fateor; ſed ita nihil aliud facio, quam quod Anteceſſores mei jure merito fecerunt. Dicis etiam: quid ad me, num peccaverit Acacius? ergo Acacium damna, ut ſciamus, nihil ad te pertinere, quid peccaverit Acacius! nihil ultra petimus. Non te, Princeps! excommunicamus, ſed Acacium. Ab Acacio ſeparare, & ſimul ipſius Excommunicationem effugies; ni feceris, non nos te, ſed tu teipſum excommunicas.* Ex his verbis credere pronum eſt, Excommunicationem, de qua querebatur Imperator, non fuiſſe ſententiam nominatim contra ipſum pronunciatam, ſed ſecundum illius temporis uſum Communionis ceſſationem. Et tamen memorat Papa, quod Imperatori ſcripſiſſet, etiamſi pro more nihil litterarum ab ipſo poſt ſuam Ordinationem accepiſſet. Tum querelas movet, quod Imperator perſequatur Catholicos, & illos ſolos Religionis ſuæ Sacris vacare prohibeat,

Sæculum VI. A. C. 503.

hibeat, cum interim id omni Hæreticorum generi concedat. *Si Fides Catholica error esset*, inquit, *illum sicut cæteros omnes tolerare debuisses, aut si hunc dissimulare nolis, omnes cæteri cum eo tibi essent extirpandi.*

§. LVI.

Anastasius Catholicos persequitur.

Act. 5. Leonc. de Sect. to. 4. Bibl. Pat. p. 97. Sup. n. 21. Evagr. III. c. 30.

Anastasius Imperator non erat simpliciter Eutychianus, sed Sectator Acephalorum, qui etiam hæsitantes dicebantur, quia nullam sincere sequebantur Sectam. Sub initium Regni sui, Pacis conservandæ specie, prohibuit, ne ulla fieret innovatio; nempe volebat, ut singulæ Ecclesiæ, sicut erant, libertate recipiendi, vel rejiciendi Concilium Calcedonense fruerentur; Episcopos, qui illud Concilium ex eo tempore recipiebant, vel rejiciebant, pellebat, volens, ut omnes Zenonis Henoticum tanquam normam amplecterentur.

Lib. brev. c. 18. Theod. Lect. 2. p. 561 Theoph. p. 128.

Bellum, quod Anastasio ab Isauris, & aliis Barbaris, Persisque illatum propulsandum fuit, per aliquot annos Persecutionem in Catholicos distulit. At Bello confecto, anno Regni sui decimo sexto, JEsu Christi 506. eosdem iterum vexare cœpit, & cœteris ferocius Macedonium Patriarcham Constantinopolitanum. Episcoporum aliqui, ut Imperatori assentarentur,

rentur, Concilium Calcedonense rejecerunt; quorum primus fuit Eleusinius Sasimensis in secunda Cappadocia. Imperator Cyzico accersivit quemdam Syrum Semi Persam, habitu Sacerdotis vestitum, Religione Manichæum, Arte Pictorem. Is in Palatio Helenæ Icones pinxit exoticas, & plurimum abhorrentes ab Imaginibus sacris, quas Ecclesia approbabat; idque factum jussu Imperatoris, cui Manichæorum deliramenta placebant. Hæc res Constantinopoli magnæ Seditionis causa fuit; hinc Imperator, Catholicorum, Concilii Calcedonensis Auctoritatem tuentium, zelum reformidans, jussit, ut urbis Præfectus, quotiescunque Populus inter publicas preces procederet, agmen clauderet, quod posteriori tempore in consuetudinem abiit. Sæculum VI. A. C. 506.

Imperator Xenaiam quoque seu Philoxenem, impium illum Persam, quem Petrus Fulo Episcopum Hierapolitanum esse jusserat, Constantinopolim advocavit. Xenaias odio flagrans in Flavianum Patriarcham Antiochenum, eundem accusavit, quod esset Nestorianus; cum Flavianus Nestorium, & Doctrinam ejus anathematizasset, Xenaias instabat, ut etiam omnes illos condemnaret, in quos Nestoriani erroris suspicio cecidérat, scilicet Diodorum Tarsensem, Theo- *Sup. n. 18.* *Epist. ad Alcis. Evag. III. c. 31. v. Vales. hic.*

Sæculum VI. A C. 506.

dorum Mopsuestenum, Theodoretum, Ibam, Eutherium Tyaneum, & plures alios, quorum aliqui re ipsa Nestoriani fuerant, alii, cum suissent suspecti, se plene purgaverant, & in Communione Ecclesiæ decesserant. Xenaias datis ad Eutychianos litteris eos contra Flavianum concitabat; quare Eleusinius Sasimensis, Nicias Laodicenus in Syria, & quidam alii diversis ex causis Flaviano infensi, junctis cum Xenaia consiliis, Constantinopolim venerunt, atque in Flavianum tanquam Macedonii Fautorem Imperatoris animum accenderunt.

Theoph. an. 506. p. 128.

Nihilominus Imperator Xenaiam secreto e Civitate dimittere compulsus est, quippe ejus adventus Catholicos, Clericos, Monachos, populumque, vehementer commoverat, & Macedonius Patriarcha cum ipso non communicabat, imo nec homini colloqui dignatus fuerat. Jam exinde Anastasius Imperator animo constituerat, Macedonium perdere, & in æquitatis speciem obtendebat Religionem. Euphemius Patriarcha, antequam Anastasio Coronam Cæsaream imponeret, litteras exegerat, quibus promittebat, nihil se circa Religionem innovaturum, & hæ litteræ Macedonii tunc Ecclesiæ Constantinopolitanæ Thesauro Præfecti Fidei fuerant commissæ. Postquam electus fuit Patriarcha,

Xenaias.

Sup. n. 21.

cha, has litteras Anaſtaſius addito imperio repetiit, quod Dignitati ſuæ contumelioſas crederet. Macedonius eas reddere fortiter recuſabat, dicens, nunquam commiſſurum ſe, ut ita Fidem proderet. Hæc conſtantia Perſecutionem in ſe concivit. Inimici Macedonii ſicarium nomine Acholium ſubornarunt, qui interceptum gladio confoderet. Macedonius re comperta, ut Bonum pro Malo redderet, Acholio cenſum annuum conſtituit. Eadem miſericordia fuit in alios quosdam pauperes, qui Eccleſiam diripuerant. Sæculum VI. A. C. 506.

§. LVII.

Perſecutio in Africa.

In Africa quoque Perſecutio in Chriſtianos recruduerat. Guntamundus Rex, cum anno 484. Hunerico ſucceſſiſſet, dedit Pacem Eccleſiæ, & Catholicos ab Exilio revocavit. Nihilominus aliquod Perſecutionis genus non defuit. Anno Regni ſui tertio Carthaginenſibus Cœmeterium S. Agilei, revocato ab Exilio Eugenio eorum Epiſcopo, reſtituit. Anno decimo, nempe 494. omnes Eccleſias aperiri juſſit, poſtquam annis decem menſibus ſex diebus quinque, a ſeptima Febr. anni octavi regnantis Hunerici usque ad diem ultimam Aug. hujus anni, clauſæ fuiſſent. Guntamundus etiam *Sup. n. 12. Iſid. Hiſt. Vand. æra 514. Vict. Tun. Chr.*

Sæculum VI A. C. 506.

S. Eugenii precibus dedit, ut cæteros omnes Episcopos revocaret. Sed eum post biennium fatum abstulit, successitque frater ejus Trasamundus 24. Sept. anno 496. Is aliis intentatam viam persequendi Catholicos ingressus, vim nullam contra Antecessorum suorum morem inferebat, sed Munera, Dignitates, Divitias, aut flagitiorum impunitatem a fide defecturis promittebat. Episcopos in Ecclesiis, quæ vacarent, ordinari prohibuit. Verum qui superstites erant Episcopi hoc mandatum contemnere communi omnium consilio decreverunt. Sperabant mora Regis iram mitigari posse, aut certe, si Persecutio efferveret, recens ordinatos Pastores populis solatium, & opem allaturos, & Martyrii corona decorandos. Hoc inter Episcopos anno 507. statutum fuisse creditur, cum ante annos duos Eugenius Carthaginensis ad Superos migrasset Albygæ in Galliis, ubi celebris est ejus Memoria, atque sicut & in tota Ecclesia 13. Julii honorifice colitur. Forte illo missus fuerit a Trasamundo, qui amicus erat Alarici Visigothorum Regis, & etiam Ariani. S. Eugenius Theodoro Consule, seu anno 505. obiit.

Procop. 1. Vand. c. 8. Vit. S. Fulg. c. 16. Boll. 1. Jan.

Martyr. Rom. 13. Jul.

Quemadmodum inter Episcopos convenerat, cito multi Presbyteri, & Diaconi eligebantur, qui sine mora assume-

Vit. Tun.

bantur,

bantur, & consecrabantur Episcopi. Urbs quælibet Electionem urgebat, ne cæteris segnior in deligendo Præsule, qui Sedem vacantem impleret, videretur. Brevi tempore omnes Provinciæ Byzacenæ Cathedras novi Episcopi occuparunt. Infremuit Rex, omnesque in Exilium pellere, & omnium primo Victorem Primatem, qui eos ordinaverat, statuit. Comprehensus est Victor, & Carthaginem deductus; hinc novarum Ordinationum lætitiam major luctus excepit. Illo tempore ordinatus est Fulgentius Episcopus Ruspensis, celebri ejusdem Provinciæ urbe. At adeo illustris est hujus Viri fama, ut ejus exordia altius repeti mereantur. Sæculum VI. A. C 506.

§. LVIII.

S. Fulgentii Principia.

Sanctus Fulgentius nobilissimo genere ortus erat Carthagine. Gordianus Senator Avus ejus cum pluribus aliis a Genserico expulsus, in Italiam fugerat, ibique fatis functus est. Ex Filiis ipsius duo in Africam redierunt, sperantes, Hæreditatem Paternam se posse recipere. At, cum Carthagine, ubi Domus eorum Arianorum Presbyteris in prædam cesserat, habitare non possent, Sedem elegerunt Telepti in Byzacena, ubi eis aliquot agri Regis imperio restituti. Horum filiorum *Vit. c. 2.*

Sæculum VI. A. C. 506.

liorum alter, cui nomen Claudius, Matrimonio sibi copulavit Marianam, Mulierem Christianam, ex qua anno 468. suscepit hunc Filium, quem Fulgentium appellavit, & haud diu postea e vivis abiit. Mater puerum Græcis litteris, & sermone, statim institui voluit, ut hanc linguam perite pronunciaret. Spes non fefellit; nam Fulgentius semper Græco sermone ita expedite, ac terse locutus est, ac illi, qui in Græcia nati erant. Adhuc juvenem Rem domesticam curare
c. 2. coactum, brevi tumultus mundani tœdium subiit, cumque sæpius Monachos inviseret, eos imitandi vehementi cupi-
c. 3. dine trahebatur. Ardens hoc desiderium aliquamdiu celavit, in Domo Materna solitudinis, jejunii, & orationis amans. Semel vero S. Augustini Sermone in Psalmum trigesimum sextum commotus, quid sibi propositum haberet, aperire decrevit.

Quidam Episcopus, cui nomen Faustus, Hunerici jussu prope suam Diœcesin relegatus, in loco Exilii sui ædificaverat Monasterium, & tanta sanctitate fulgebat, ut omnium Christianorum amorem sibi pepererit. Huic viro, cui erat notissimus, S. Fulgentius arcana cordis sui vota revelavit. Sed sanctus Episcopus videns Juvenem nobilem, divitem, in Deliciis enutritum, primo durius-

cule

cule repulit, nec ante quam diu probasset, suscepit. Mater etsi esset piissima, tamen filii discessu turbabatur. Ad Monasterium advolavit, clamoribus, & lamentis filium repetens. Eum non minore luctu, ac si mortuus esset, deflebat, Faustum Episcopum jurgiis fatigabat, urgebatque muliebriter, ut sibi Filium redderet. S. Fulgentii tenerrime Matrem amantis ad Fœminæ ejulatum commota sunt quidem viscera, sed virili constantia in proposito perseveravit, atque S. Episcopus tam arduo certamine Victorem ultra non dubitavit in Discipulorum suorum numerum admittere. Multi ex amicis Fulgentii, clarissimum Exemplum secuti, Monasteria ingressi sunt. Ipse *c. 7.* Bona omnia reliquit Matri suæ, quamvis haberet fratrem ætate minorem, cui nomen Claudius; sed maluit, ut ea, si bonis moribus esset, aliquando Beneficio Matris acquireret.

Sæculum VI. A. C. 506.

Cum Persecutio restauraretur, Faustus *c. 8.* Episcopus sæpe de loco in locum migrare coactus est, ut se occultaret. Id S. Fulgentium, ipso Fausto suadente, permovit, ut transiret in aliud Monasterium vicinum, quod Abbas regebat nomine Felix a pueris Fausto amicitia junctus. Is Monasterii Regimen Fulgentio cedere volebat, quia se aptiorem credebat; tandem accedente Fratrum consensu in-

Sæculum VI. A. C. 506.

ter ambos convenit, ut communi labore, & Auctoritate præeſſent. Fulgentius præprimis informandis fratribus, & advenis, occupabatur, Felix vero œconomiæ, & Hoſpitum curam gerebat. Barbarorum incurſibus coacti ſunt Monaſterio hoc relicto alibi quietem quærere. Exierunt itaque cum omnibus Fratribus, &, emenſo itinere ſatis longo, in Territorio Sicquenſi, quo loci fertilitas, & quorumdam Fidelium Charitas invitabat, ſubſtiterunt.

S. Fulgentius

Presbyter aliquis Arianus, cui nomen Felix, in illa vicinia Parœciæ præerat, vir dives, nativitate barbarus, crudelis, & animo Catholicis infenſiſſimo. Is S. Fulgentium eſſe Epiſcopum ſub Monachi habitu latentem ſuſpicatus timuit, ne multos ex illis, quos ipſe ſeduxerat, Eccleſiæ Catholicæ ſecreto reconciliaret. Nec aberrabat a vero, nam S. Fulgentius illis hominibus convertendis ſummo conatu incumbebat. Itaque Arianus Presbyter poſitis in via exploratoribus præcepit, ut ambos amicos comprehenderent. Capti ſunt, cumque Abbas Felix aliquot nummos aureos ad coemendam annonam apud ſe haberet, eos ut potuit clanculum projecit cuſtodibus non advertentibus. Ambo vincti ducuntur ad Presbyterum Arianum,

c. 10.

num, qui voce terribili quærebat: *Cur ex Patria veſtra clam huc veniſtis, Regibus Chriſtianis refractarii?* nec expectans, quid reſponderent, jubebat eos fuſtibus cædi. Tunc vero Abbas Felix dixit: *Parce Fratri meo Fulgentio! impar eſt ferendis tormentis, forte ſub manibus tuorum expiraturus. Effunde iram tuam in me, habeo, quæ reſpondeam, ego omnium cauſa ſum.* Presbyter Arianus obſtupeſcens tantam charitatem, aliquantum removeri Fulgentium juſſit, ſuisque mandavit ut acerbe verberarent Felicem, qui lætanter patiebatur, ut Fratrem liberaret. Nihilominus Arianus poſtea etiam Fulgentium verberibus affecit. Is cum multo delicatiore eſſet corpore fuſtium ictus haud diu potuit ſuſtinere; igitur, ut reſpirandi moram impetraret, exclamavit; eſſe aliqua, quæ referret, ſi facultatem darent. Tum itineris ſui cauſam, & modum narrare cœpit, tanta modeſtia ſermonem commendante, ut non parum miraretur Presbyter Arianus. Tamen, ne vinci videretur, dixit: *Ulterius percutite! forte me ipſum iſte pervertere cogitat.* Tandem abraſis capillis, & ablatis veſtibus ita omnibus ſpoliatos expulit. Dum per campum, ubi in inſidias inciderant, redeunt, omne

Sæculum VI. A. C. 506.

Sæculum VI. A. C. 506.

aurum, quod Abbas Felix projecerat, repererunt, & laudantes Deum ad suos reversi sunt. Hujus facti immanitatem fama Carthaginem detulit, nam urbs Sicquensis in Provincia Proconsulari sita erat, & quidem Episcopus Arianorum, qui S. Fulgentium, & nobilissimum Genus, noverat, castigasset Presbyteri sui improbitatem, si Fulgentius permoveri potuisset, ut eum accusaret; sed amicis, ut id faceret, instantibus dicebat: *Non licet Christiano in hoc mundo vindictam quærere. Dei est, famulos suos tueri. Res forte multis scandalum pareret, si viderent hominem Catholicum, & Monachum, coram Episcopo Arianorum Actionem movere.* Ex illa tamen Provincia discesserunt, cum mallent inter Mauros, quam Arianos fortunam experiri. In locum Patriæ suæ vicinum reversi novum Monasterium fundarunt.

§. LIX.

S. Fulgentius in Siciliam navigat.

Haud multum temporis effluxerat, cum S. Fulgentius, Monachorum in Ægypto vitam admirans, quippe Institutiones, & Collationes Cassiani legerat, illo

c. 12.

illo migrare ſtatuit, partim quod muneri Abbatiali renunciare, & ſub Obedientia eſſe, partim quod magis rigidam vitæ rationem amplecti cuperet. Itaque Carthaginem ſe confert cum Monacho, cui nomen Redeptus, & Navi ſe committit Alexandriam petiturus. Cum Syracuſas appuliſſet, hoſpitem excepit Eulalius Epiſcopus, qui multis ornatus virtutibus Inſtitutum Monaſticum amabat, habebatque ſuum Monaſterium, in quo omne tempus, quod a Functionibus ſupererat, tranſigebat. Is S. Fulgentium magna quidem charitate, ſed tanquam vulgarem Monachum, in ædes admiſit; verum inter veſcendum pro Epiſcoporum menſæ aſſidentium more de Rebus divinis ſermo miſceretur, ubi Eulalius S. Fulgentium loquentem audivit, ſtatim cognovit, ſub ſimplicis Monachi ſpecie magnum Doctorem latere. Sæculum VI. A. C. 506.

Dum ſurgunt a prandio, Eulalius Fulgentium vocat, & intellecta itineris ſuſcepti cauſa, inquit: *Laudari mereris, quia vitæ perfectionem quæris. Sed ſine Fide impoſſibile eſt placere DEO. Regio illa, quo tendis, a S. Petri Communione ſeparata eſt, & omnes hi Monachi, quorum admiramur abſtinentiam, tecum non communicabunt. Revertere, Fili*

Sæculum VI. A.C. 506.

Fili mi! ne in periculum mittas Fidem tuam. Mihimetipsi adhuc juveni, antequam Episcopatum suscepissem, idem ac tibi modo in Ægyptum migrandi consilium fuit, & eadem causa deterruit. Morem suadenti gessit S. Fulgentius, consensitque, ut aliquot menses Syracusis maneret. Tunc S. Fulgentius in ædicula, ab Eulalio sibi concessa, etsi sibi ipsi arcta annona præberetur, peregrinos recreare cœpit, quod Eulalium admiratione implevit, & gaudio.

c. 13.

Ubi hyems transiit, S. Fulgentius itinere terrestri Siciliam pertransiit, ut inviseret Episcopum Africanum nomine Rufinianum, qui Persecutionem fugiens, in exiguam Insulam se receperat, & ibi Monachi vitam ducebat. Cum virum hunc inveniisset, eum quoque super itinere in Ægyptum suscipiendo consuluit, qui etiam nullatenus id consilii approbavit. Itaque Fulgentius, antequam rediret in Africam, oblata occasione uti voluit, & ad Limina Apostolorum proficisci. Illuc pervenit eodem tempore, quo Rex Theodoricus, nempe anno 500. dum tota Civitas lætitiam profitebatur. Præsens quoque adfuit orationi, quam Rex coram Senatu, Populoque pronunciavit, tanta, quanta illis temporibus Roma

S. Fulgentius

Roma valebat, Pompa. De hoc Spectaculo S. Fulgentius ad Fratres, qui ipsum comitabantur, dixit: *Quanta pulchritudine Cæleſtis Jeroſolyma fulgeat, neceſſe eſt, dum tantus terreſtris Romæ eſt ſplendor! ſi tantus honor in hoc Mundo vanitatis amatoribus conceditur, quanta erit Sanctorum, qui veritatem contemplantur, Gloria?* Sæculum VI. A. C. 506.

In Africam reverſus, novi Monaſterii Fundator extitit in Provincia Byzacena, largitionibus cujusdam nomine Sylveſtri adjutus, ibique magno Monachorum numero præfuit. Rurſus autem ſolitudinis amore ductus in alio Monaſterio in aliqua Inſula poſito ſe abſcondit, ubi majori rigore antiqua Diſciplina obſervabatur. Ibi ut ſimplex Monachus verſatus eſt, manu ſua libros deſcribens, & ex Palmarum foliis conficiens flabella, mitigando calori in fervidis plagis neceſſaria. Interim Abbas Felix, & Monachi ejus, cum exploraſſent, ubi Fulgentius degeret, Fauſtum Epiſcopum coegerunt, ut ſibi eum tanquam Monachum ſuum repoſceret. Quamprimum Fulgentius rediit, eum derepente Presbyterum ordinavit, ne amplius vel Monaſterium relinquere ipſe poſſet, aut in alia Eccleſia ordinari. Nam fama viri

totam

Sæculum VI. A. C. 506. totam Africam pervaserat, fuissetque in Episcopum postulatus, si Episcopos ordinare tunc licuisset; illo enim id contigit tempore, quo Trasamundus Episcopos ordinari vetuerat. Sed hoc ipsum Mandatum Fulgentio, populorum desiderium non ignoranti, maximopere placebat. Postea sciens, Episcopos decreviſſe, ut hujus Legis nulla habita ratione ordinarent, tanta industria se occultavit, ut inveniri non potuerit, & postquam in pluribus locis fuisset electus, Fideles coacti fuerint alium eligere. Tandem ubi rescivit, plurimis Cathedris Episcopos fuisse datos, & neo-Electos ad Exilium damnatos, credidit periculo se defunctum, & ad suum Monasterium rediit.

§. LX.

S. Fulgentius Episcopus.

Civitas Ruspensis necdum Episcopum habebat ob ambitionem Diaconi, nomine Felicis, cui sat virium erat, ut Electionem alterius impediret, sed nulla merita, propter quæ ipse eligi posset. c. 17. Optimi civium, quia sciebant, S. Fulgentium adhuc in Ordine Presbyterorum esse, adierunt Primatem Victorem, cum Carthaginem deveheretur, & licen-

centiam obtinuerunt, ut S. Fulgentius a vicinis Episcopis ordinari posset. Itaque magnam hominum turbam convocant, Cellulam S. Fulgentii tunc oculis laborantis improviso intrant, comprehendunt Sanctum, Episcopum esse cogunt, ad illum, qui ipsum ordinaturus erat, hujus rei conscium deducunt. Quamvis illius loci Incolæ nunquam vidissent S. Fulgentium, brevi tamen omnium corda vultus, incessus, pauperisque habitus modestia sibi devinxit. Diaconus ille æmulatione ardens collecta valida manu in insidiis stetit, qua S. Fulgentius jam Episcopus consecratus Ruspam deducendus erat; verum populus, etsi periculum nesciret, Episcopum per aliam viam deduxit, qui Cathedram conscendit, sancta celebravit Mysteria, & toti Populo Communionem distribuit. Tandem Diaconus Voluntati Divinæ resistere ulterius noluit, & se subjecit. S. Fulgentius, benigne receptum, postea Presbyterum ordinavit; sed intra anni spatium mortuus est. Alius quoque, qui Diaconi hujus Factionem opera & consilio rexerat, ad inopiam est redactus. S. Fulgentius ordinatus est anno Christi 508. quadragenarius.

Sæculum VI. A.C. 506.

Cum

Sæculum VI. A. C. 506.

v. Noris. hist. Pelag. II. c. ult. v. Fulg. c. 18.

Cum esset Episcopus, Instituti Monastici Leges servabat. Vestem pretiosam nunquam induit, nec in jejuniis exemptionem admisit. Tunica paupere tegebatur in hyeme, & in æstate; Orario, quod tamen omnes alii Episcopi gestabant, non utebatur. Erat Orarium fascia, collo circumdata, unde hodie nostræ Stolæ usus originem habet. Non in calceamentis Clericorum, sed Monachorum, & sæpe nudis pedibus incedebat. Quod hodie Casulam dicimus, illa ætate erat vestimentum quotidianum, quod totum corpus tegebat. S. Fulgentius nunquam magni pretii Casulam adhibuit, aut purpureo colore nitentem, nec indulsit, ut Monachi sui ejusmodi splendore tumerent. Subtus palliolum nigri aut albi coloris habebat, & quandoque aere temperato in Monasterio solo palliolo tegebatur. Dormiturus Cingulum non solvebat, & eadem indutus tunica, in qua dormierat, Sacrificium offerebat, dicens; ad hujus Actionis sanctitatem accedenti non tam vestem esse mutandam, quam Cor renovandum. Carnes nunquam comedit, sed solummodo olera, grana, & ova, & quidem dum juventute valeret, sine adhibito oleo; post hæc autem ipsi persuaserunt, ut oleo uteretur,

uteretur, ne oculorum aciem frangeret. Nunquam vinum bibit, nisi in Medicinam, atque ita aqua dilutum, ut gustus nullam delectationem sentiret. Antequam Fratres ad nocturnum officium excitarentur, ipse vigilabat orans, legens, dictans, aut meditans, nam totum diei tempus ovibus suis ad se venientibus dabat. Quandoque descendebat, ut cum cœteris vigilias celebraret. Cum sine Monachis vivere non posset, primum a Civibus Ruspensibus expetiit obsequium, ut sibi locum condendo Monasterio concederent. Vir nobilis cui nomen Posthumianus modicam Domum haud procul ab Ecclesia sitam eidem donavit. Illico S. Fulgentius Abbatem Felicem, majoremque Discipulorum suorum partem advocavit, & cœteri sub Regimine cujusdam Monachi nomine Vitalis remanserunt. Ea vero animorum conjunctio duravit, ut duo Monasteria unum putari potuissent.

Sæculum VI. A.C. 506.

c. 19.

§. LXI.

S. Fulgentii Exilium.

Inter hæc Trasamundus Rex S. Fulgentium comprehendi jussit, cum aliis Episcopis in Sardiniam deportan-

Sæculum VI. A. C. 506.

dum, priusquam Ecclesiam suam satis in Fide erudire potuisset. Ille excessit, comitantibus Monachis, & Clericis, venitque Carthaginem, ubi munera accepit ab amicis, eaque ad Monasterium, quod ædificare cœperat, misit; ipse vero nihil omnino secum abstulit. Episcopi in Exilium simul migraverant plusquam sexaginta, & quamvis S. Fulgentius esset tempore Ordinationis ultimus, eum tamen Scientia & Virtus effecerunt omnium spectatissimum. Quando ad deliberandum conveniebant, Primas, & cœteri omnes ipsius sententiam exquirebant, eique mandabant, ut ea, quæ communi consensu fuerant decreta, explanaret. Id quoque muneris ei deferebant, ut nomine omnium ad Quæstiones Episcoporum ultramarinorum responderet, nimirum, ut Epistolas componeret, quibus omnes nomen apponebant. Præter has Epistolas publicas quilibet Episcoporum eum rogabat, ut privatas etiam ipsorum nomine scriberet, dum gregi suo bona consilia suggerenda erant, aut aliquis peccator castigandus. Illi autem qui aliqua absentium Episcoporum Censura fuerant innodati, ad Fulgentium convertebantur, ut absolutionem impetrarent.

Primo

Primo Exilii tempore fundare Monaſteria non potuit, cum pauciſſimos illo Monachos deduxiſſet; quia vero vitæ communis erat amantiſſimus, duobus Epiſcopis Illuſtri, & Januario perſuaſit, ut apud ſe remanerent, tum collectis Monachis, & Clericis, ampli Monaſterii ſpeciem fecit. Eadem omnibus Menſa, ſimul orabant, legebantque; at Monachi majori rigore a Clericis internoſcebantur, & nihil ſibi proprium poſſidebant. Ad hanc Domum populus Calaritanus, ac ſi Divinum ineſſet oraculum, confluebat. Afflicti inde petebant ſolatium, diſſidentes reconciliabantur, ſacra ibi explicabatur Scriptura, pauperibus Eleemoſynæ diſtribuebantur. Sæpe S. Fulgentius illos, quorum inopiæ ſubvenerat, ad vitam Monaſticam ſuo hortatu traducebat. Hæc bona nuncia ſæpe Carthaginem magno populi fidelis gaudio deferebantur. Sæculum VI. A.C 506.

Præter ſexaginta Epiſcopos ex Byzacena Traſamundus Rex plures alios ex reliquis Africæ Provinciis expulit, ita ut univerſim ducenti, & viginti numerarentur. Illi multas ex Africa Reliquias in Sardiniam tranſtulerunt, & inter alias S. Auguſtini Corpus, quod exinde *Chr. br. ap. Canis. to. 4. hiſt. miſc. Ep. Oldr. ap. Baro. an 725. n. 2. hiſt. miſc. Lib. VI. c. 48.*

Sæculum VI. A. C. 506.

exinde per annos ducentos ibi fuit. Symmachus Papa his Episcopis singulis annis pecunias, vestesque, Exilii solatium, mittebat, habemusque Epistolam, quam illis scripsit, haud dubie opera Ennodii, cum inter ipsius opera occurrat. Papa cum illa Epistola iisdem SS. Nazarii, & Romani Reliquias transmisit.

Lib. Pont. Ep. 7. ap. Enn. Lib. II. ep. 14.

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXXI.

S. SYMMACHUS, PAPA. ANASTASIUS, IMPERATOR, ET THEODORICUS, REX.

§. I.

Concilium Agathense.

Sæculum VI. A.C 506.

Trasamundo Vandalorum Rege in Africa Catholicos hunc in modum persequente, Alaricus Rex Visigothorum in Hispania æque Arianus tamen eos clementer habebat. Is in commodum Romanorum Subditorum suorum, quorum plerique Catholici erant, Codicis Theodosiani aliorumque librorum antiqui Juris Epitomen conscribi jussit, atque consentientibus Episcopis, & cujusque Provinciæ Optimatibus, Re-

to.4. p.1381. Common. in fronte Cod. Theod.

Sæculum V. A. C. 506.

gia Auctoritate confirmavit. Plerisque hujus compendii Articulis expositiones seu verius Rei Summa apposita, quo facilius caperentur. Anianus Regiis Tabulis Præfectus hanc Collectionem Atyri in Aquitania anno Regnantis Alarici 22. JEsu Christi 506. promulgavit, eamque eodem anno quarta Febr. Tolosæ Rex sua Auctoritate communivit.

Eodem anno Regem licentiam faciente illius Regni Episcopi in urbe Agathensi convenerunt. Adfuere viginti quatuor Episcopi ex diversis Galliæ Provinciis, quæ Visigothis parebant. Inter alios occurrunt S. Cæsarius Arelatensis, qui Concilio præfuit, Cyprianus Burdegalensis, Tetradius Bituricensis, Heraclianus Tolosanus, Sophronius Agathensis, Quintianus Rutenensis. Item venerant Legati decem Episcoporum absentium, & ultimo loco ponitur Leo Diaconus, a Vero, Episcopo Turonensi, missus. Hoc Concilium celebratum in Ecclesia S. Andreæ, in qua hujus Apostoli Reliquiæ servabantur, tertio Idus Sept. Messala Consule, Regis Alarici anno 22. nempe 11. Sept. anno 506. Quamprimum Patres fuerunt collecti, flexis genibus orarunt, ut Deus longam vitam, & prosperitatem Regi daret, deinde etiam orarunt pro populo, moxque omnes considentes de Disciplina Ecclesiastica conferre cœperunt.

Cano-

Canones quadraginta octo condiderunt, quibus postea viginti quinque alii adjuncti sunt, verisimiliter in Conciliis posterioribus editi. Hi Canones Disciplinam a pluribus aliis Conciliis inductam confirmant. Præ ceteris memoratu digna mihi videntur sequentia. Sæculum VI. A. C. 506. *Not. Sirm. p.* 1380. *c.* 4.

Qui a parentibus suis Ecclesiis, aut Monasteriis donata retinent, Ecclesia excludentur tanquam pauperum latrones, donec restituerint. A Concilio Agathensi hic aliud citatur, nempe Vasionense anno 442. celebratum. Quod aliquis privatus Episcopo pro salute Animæ suæ non autem in commodum Episcopi donat, Ecclesiæ acquiritur. Episcopi non Domos, non Mancipia Ecclesiæ, non vasa Sacra alienare possint. Si vero utilitas Ecclesiæ poposcerit, ut ea vendantur, aut in usumfructum concedantur, causa a duobus tribusve Episcopis examinetur, & si subscripserint, tunc demum alienatio rata habeatur. Episcopus Servos, qui Ecclesiæ utiles fuerunt, manumittere possit, & Successores ejus Manumissorum Libertatem, & Bona, quæ cum manumitterentur, ipsis donata fuerint, tueantur, si modo ea viginti solidorum aureorum valorem non excedant, sive ædes sint, sive agri, aut vineæ. Episcopus Clericis, aut Exteris usum rerum minoris valoris, & quæ Ecclesiæ minus utiles sunt, aut etiam exi-

Sup. XXVI §. 52. *Conc. Vas. c.* 4.

Conc. Ag. c. 6. *c.* 7.

Canones Concilii Agathensis. *c.* 45.

Sæculum VI. A.C. 506.

stente casu necessitatis alienare possit, quin Confratres suos consulat. Eadem
c. 46. Episcopo circa Servos fugitivos, qui custodiri non possunt, potestas sit. Si Epis-
c. 33. copus non habens liberos alium quemquam & non Ecclesiam Hæredem relinquat, omnia, quæcunque de Bonis Ecclesiæ alienavit, vindicentur, si liberos habet, ob bona ipsis relicta Ecclesiam præstabunt indemnem. Clerici, qui conscriptos Ecclesiæ Census fraude averterint,
c. 26. ex Bonis suis indemnem præstabunt, & excommunicabuntur.

Omnes Clerici, qui Ecclesiæ fideliter
c. 36. serviunt, Salaria pro officii sui modo accipiant. Hæc quidem antiqua erat Regula, verumtamen jam tunc illius consuetudinis origo deprehenditur, ut Clericis
Sup. XXX. agri in usumfructum darentur, ut dixi-
§. 54. mus. Idem ex alio hujus Concilii Cano-
c. 22. ne dispicitur, in quo Presbyteris, & Clericis sive in Civitate, sive in Diœcesi sint, facultas datur, Bona Ecclesiæ cum Episcopi consensu retinendi, salvo tamen Ecclesiæ Jure, & ita ut ea vel vendere, vel donare nequeant; transgressoribus pœna dictatur: ut ex Bonis propriis Ecclesiam indemnem præstent, & excommunicentur. Ecce Beneficiorum originem!
c. 2. Clerici non obedientes, qui Ecclesiam adire negligunt, & officio suo non funguntur, ex Albo eradentur, & ad

Com-

Communionem Exterorum redigentur, id est, tanquam Clerici exteri habebuntur. Si errorem correxerint, restituentur. Si Clericus Ordinis sui functionem omittat, & ad Judicem Sæcularem confugiat, ut Disciplinæ rigorem devitet, & ipse, & qui eum receperit, excommunicabuntur. Clericus neminem in Judicium vocet coram Judice Laico sine consénsu Episcopi, præsertim actione criminali. Respondeat autem, si ipse vocetur. (*) Laicus, qui contra Ecclesiam, aut Clericum temere Actionem moverit, & causa ceciderit, excommunicabitur. Si Clerici longos capillos nutriant, eos Archidiaconus etiam invitis abscindet. Vestes quoque, & calceamenta Clericalem Modestiam deceant. Nempe illa Barbarorum Gens, quæ in Galliis dominabatur, prolixum alebat capillitium. Diaconi non ante annum 25. Presbyteri, & Episcopi ante trigesimum ordinentur, velamen Virginibus ante annum ætatis quadragesimum non detur.

Sæculum V. A.C. 506.

c. 8.

c. 32.

c. 20.

c. 16.

c. 17.

c. 19.

Qui Pœnitentiam petunt, impositionem manuum & Cilicium in capite accipiant, sicut ubique more introductum est. Si nolint sibi capillos rescindi, aut vestes mutare, rejiciantur. Raro juvenes ad

(*) Nempe in Judicio Civili, non autem in Criminali.

Sæculum VI. A. C. 506.

Pœnitentiam propter ætatis imbecillitatem recipientur. At in Articulo mortis nemo a Viatico, id est, Absolutione, repelletur. Omnes Ecclesiæ filii in Quadragesima jejunabunt etiam diebus Sabbati, & sola Dies Dominica erit excepta. Ideo istud præcipitur, quia in quibusdam Ecclesiis Die Sabbati non jejunabant. In omnibus Ecclesiis Symbolum Candidatis explicabitur eadem die, id est, octava ante Pascha. Laici, qui in Festo Nativitatis Domini, in Paschate, & Pentecoste non communicabunt, Catholici non reputabuntur. Oratoria ruralia concedi possunt illis, qui a sua Parochia longe distant, ut eorum familia Sacris commode interesse possit. (*) In Festis solemnibus autem in Civitate degant, aut ad Parochiam veniant. Ad hæc Festa Pascha, Nativitas Domini, Epiphania, Ascensio, Pentecostes, S. Joannis, & alia majora recensentur. Clerici, qui memoratis diebus Missas in Oratoriis absque Episcopi licentia celebrare ausi fuerint, excommunicabuntur. His Constitutionibus illud ansam dedisse videtur, quod Barbari more Germanorum antiquissimo Ruri magis quam in Civitatibus degerent; & forte tunc Romani Germanorum ingenium sequi incipiebant. Sæcularibus præcipitur, ut Die

v. Serm. 55. Cæsar. n. 6. in app. Aug. 249.

c. 13.

c. 18.

c. 21. Concilium Agathense.

Tac. Germ.

c. 47.

(*) En iterum Missarum privatarum Exemplum!

Die Dominica integræ Missæ adsint, & non exeant, antequam Episcopus benedixerit, nam Benedictionem istam dare Presbyteri non poterant. Hæc illa erat solemnis Benedictio, quæ hodieque Festis majoribus ante Communionem in quibusdam Ecclesiis dari solet. Sæculum VI. A. C. 506. c. 44.

S. Cæsarius hujus Concilii præses magno zelo in hunc abusum incendebatur. Quadam die Sacris operans animadvertit aliquos Ecclesia egredientes, postquam recitatum fuisset Evangelium, ut orationi Episcopi se subtraherent, exclamavitque: *quid facitis, Filii! quo abitis? manete, obsecro per animæ vestræ Salutem! olim in Die Judicii non licebit aufugere.* Exinde vir Sanctus non nunquam jussit, ut recitato Evangelio fores clauderentur. Tandem illi ipsi, qui egressuri fuissent, si licuisset, factum sibi salutare boni consuluerunt. Duos S. Cæsarii Sermones hac super re habemus. In primo Sermone dicit, Missæ Substantiam non in Lectionibus, sed in oblatione, & consecratione Corporis, & Sanguinis Domini Nostri consistere. *vit. S. Cæsar. l. 1. n. 14.* *In app. Aug. Serm. 281. 282. Cæsarii 80. 81. at. 12. 8.*

Concilium Agathense etiam quid in officio Ecclesiastico observandum sit, in hoc Canone præscribit. Curandum, sicut ubique usus viget, ut post Antiphonas Presbyteri, & Episcopi Collectas recitent, ut quotidie Hymni matutini, & vesper- *c. 30.*

Sæculum VI. A. C. 506.

veſpertini cantentur, in fine officii poſt Hymnos Capitula ex Pſalmis excerpta recitentur, & poſt Collectam veſpertinam populus cum Benedictione Epiſcopi dimittatur. Hic vocem Antiphonam accipiendam puto de Pſalmis alternantibus choris decantatis, ſicut in hiſtoria S. Ambroſii. S. Cæſarius in aliquo Sermonum iſtorum, quid in hoc Canone præcipiatur, explicat; nam hortatur, ut Fideles, poſtquam cantaverint, orent, dicitque, cantantes quaſi ſeminare, & orantes ſemina contegere, ne a volucribus auferantur. Suadet, ut orantes caput inclinent, & ut flectant genua, quando id facere a Diacono alta voce monentur. Ex his Cæremoniarum iſtarum Antiquitas demonſtratur.

Sup. XVIII. §. 46.

App. Aug. Serm. 285.

Serm. 286.

Concilium Agathenſe prohibet Clericis, Laicisque, ne operam dent Auguriis, aut illi Divinationis generi, qui Sors Sanctorum dicebatur, & quæ ſub Religionis Specie Fidelium animis ſeſe inſinuabat. Erat autem hæc Divinatio hujusmodi. Quemcunque Scripturæ librum aperiebant, & prima quæ aperto Libro inſpicientium oculis occurriſſent verba, in omen rerum futurarum trahebant. S. Auguſtinus jam ſua ætate hanc Superſtitionem arguerat, & damnaverat. In hoc Concilio prohibetur cum comminatione Excommunicationis, quo non obſtante magis magisque invaluit.

c. 42.

Concilium Agathenſe.

Aug. ep. 55. al. 119. ad Januar. n. 37.

De

Sæculum VI. A.C. 506.

De Monachis Concilium ſtatuit, ne novum Monaſterium absque Licentia Epiſcopi fundetur, aut Monachi vagi in Civitatibus, vel in Paræciis ruralibus ordinentur, niſi Abbatis ſui teſtimonium afferant. Monachus ex uno Monaſterio in aliud tranſiens, ſine Licentia Abbatis ſui non recipietur. Hæc Licentia quoque erit neceſſaria ad Monachum ab Episcopo ordinandum. Monaſteria Virginum a Monaſteriis virorum ſint remota, ut non modo Dæmonis inſidiæ devitentur, ſed & ſermonibus hominum tollatur materia. Hi inter Canones Concilii Agathenſis præcipui ſunt. Propoſitum erat Episcopis, anno ſequente aliud Concilium Toloſæ celebrare, quo etiam Epiſcopos Hiſpaniæ eidem Regi Alarico ſubditos venturos ſperabant; ſed ortum interea Bellum haud dubie ab hoc conſilio Episcopos removerit. Agathæ viſebatur Monaſterium trecentorum ſexaginta Monachorum quod haud diu ante ſub Epiſcopo Betico fundaverat S. Severus. Is in Syria primo lucem aſpexerat, & ſub ann. 500. denatus eſt.

v. Baluz. not. ad 3. capit. an. 789. c. 4. c. 27.

c. 28.

Ep. Cæſar. ad Ruric. to. 4. Conc. p. 1399.

vit. S. Severi to. 1. Act. Ben. to. 1. p. 563.

§. II.

S. Cæſarii Initia.

Ipſius S. Cæſarii vita a Monaſtico Inſtituto non abhorrebat. Is anno 470 Cabilloni ad Ararim Parentibus piiſſimis natus,

vit. S. Cæſ. tom. 1. Act. Ben. p. 659.

Sæculum VI. A. C. 506.

tus, cum ferme septennis esset, occurrentibus sibi mendicis vestes, quibus tegebatur, distribuebat, domum deinde rediens seminudus dicebat, has a prætereuntibus sibi fuisse ablatas. Anno ætatis decimo octavo S. Sylvestrum Episcopum Cabillonensem rogavit, obtinuitque, ut sibi capillos abscinderet, Sacrum habitum daret, & Dei Servitio consecraret. Post biennium vitæ perfectioris desiderio ad Monasterium Lerinense secreto discessit, ut se institutioni Abbatis Porcarii traderet. Cum nimio vitæ rigore morbum contraxisset, Abbas infirmum misit Arelatem, ut ibi curaretur. In illa Civitate

§. 2.

agnitus est ab Eonio Episcopo, erant enim populares, & sanguinis propinquitate conjuncti. Eum igitur ab Abbate Porcario expetiit, statimque Diaconum, & subinde Presbyterum ordinavit. At Cæsarius propterea officii Divini cantum, & reliquos Monastici Instituti mores non di-

§. 9.

misit. Abbate Insulæ cujusdam vicinæ defuncto, Eonius illi Monasterio Cæsarium præfecit. Postquam effluxissent anni tres, Clericis suis, Populoque aperuit, nullam rem magis se exoptare, quam ut Cæsarium haberet Successorem, haud dubie Disciplinæ Monasticæ Restauratorem futurum. Obiit Episcopus, & Cæsarius non ignarus, quod se Episcopum ordinare vellent, in Sepulchris delituit; inde

tamen

tamen productus & Episcopus Arelaten- Sæculum VI.
sis creatus anno 501. annum ætatis agens A.C. 506.
trigesimum, hanc Ecclesiam ultra annos
quadraginta rexit.

Suscepto Episcopatu instituit morem, n. 10.
ut Clerici quotidie officium Tertiæ, Sextæ
& Nonæ in Ecclesia S. Stephani canta-
rent, cui Pœnitentes, & alii Sæculares
interesse possent. Officium Primæ tan-
tum Diebus Dominicis, Sabbati, & Festis App. Aug.
majoribus recitabatur. Laicos etiam una- S. Cæs.
cum Clericis Psalmos, & Hymnos canta-
re jussit, ne ipsis interea confabulandi n. 11.
tempus esset. Aliqui Græca, alii Latina
lingua cantabant, sive id fiebat, Peregri-
norum gratia, sive hæc lingua necdum
exoleverat in Regione, ubi olim Græci
Massiliam, & tot alias Colonias fundave-
rant. Habemus unum S. Cæsarii Sermo-
nem, in quo coram populo profitetur, App. Aug.
quantum gaudium hæc res sibi pariat, Serm. 284.
quod jam omnes in Ecclesia Psalmos can-
tent, & vicinarum urbium exemplum fue-
rint secuti, idque sibi jam diu in votis fuis-
se. Hortatur, ut non solum ore cantent, sed
etiam ea, quæ cantant, cogitationibus
sectentur, & moribus exprimant. In alio
Sermone hortatur, ut attente orent, & Serm. 283.
antequam ad orandum prosternantur,
alienas cogitationes repellant. *Id enim,* S. Cæsarius.
inquit, *adoratur, quod orantium intelle-*
ctui objicitur. Si orantis menti forum
publi-

Sæculum VI. A.C. 506.

publicum, aut domus, quam ædificat, observatur, Forum adorat, aut domum suam.

Serm. 140. *n.* 2. Hortabatur, ut in Quadrageſima ad Officium Nocturnum mature convenirent,

Serm. 300. Tertiæ, Sextæ & Nonæ adeſſent, & niſi neceſſitas cogeret, non abeſſent; non ſatis eſſet ipſis Lectionem Scripturæ in Eccleſia audire, ſed etiam domi ſuæ legerent. In Officiis Nocturnis etiam Acta Martyrum legebantur, &, ſi longiores eſſent Lectiones, S. Cæſarius licentiam faciebat infirmis, ut ſederent, nam pro conſuetudine omnes ſtantes auſcultabant.

Oeconomis, & Diaconis rerum temporalium cura relicta, ipſe totus quantus erat Lectioni, & Prædicationi vacabat. Singulis Dominicis, & Feſtis dicebat ad populum. Ad ſe inviſentibus Sermones ſuos dono dabat, & Epiſcopis longius diſtantibus non modo in Galliis, ſed etiam in Italia, & Hiſpania transmittebat. Quando ipſe pro Concione dicere non poterat, a Presbyteris, aut Diaconis Sermones ſuos, vel S. Ambroſii, vel S. Auguſtini prælegi jubebat, atque quibusdam Epiſcopis objicientibus, ita Presbyteris, & Diaconis Prædicationem Verbi Divini contra temporum illorum morem committi, reſpondebat: *Si Sermones Prophetarum, Apoſtolorum, & Domini noſtri prælegere poſſunt, cur noſtros non poſſint?* Sæpe Homilias ſub Matutinis,

Vita lib. 1. *n.* 10.

n. 34.

n. 31.

&

& Veſperis prælegi jubebat, ne unquam auſcultantibus Doctrinæ pabulum deeſſet. Stylus ejus erat ſimplex, & Auditorum capacitati accomodatus. Ad ſingulas circumſtantias deſcendebat, & in vitia ſua ætate plurimum dominantia invehebatur. Præ aliis illos increpabat, qui Auguria obſervabant, qui arbores venerabantur, aut fontes, vel quascunque alias cœcæ Gentilitatis reliquias retinebant. Superſunt S. Cæſarii ſermones ferme ducenti, quorum aliqui aliorum Patrum præſertim S. Auguſtini, ab ipſo maxime dilecti, partus crediti fuere.

Sæculum VI. A.C. 506.

App. Serm. Aug. *App. Serm. Aug.* *L. 2. n. 35.* *L. 1. n. 12.*

Sanctæ vitæ tranquillitatem unius ex Notariis ipſius perfidia turbavit. Is quorumdam opera ad Regem Alaricum detulit, Epiſcopum Cæſarium utpote Cabilloni natum omnem movere lapidem, ut Civitatem & fundos Arelatenſes Burgundionibus ſubjiceret. Interim S. Episcopus agebat his contraria, nam diu noctuque flexis genibus pro Pace Nationum, & omnium Civitatum quiete ad Deum preces fundebat. Rex nullo præcedente examine S. virum Burdegalam in Exilium ire juſſit. Dum ibi moratur, quadam nocte oritur in civitate incendium, accurrit populus, inclamat, ut ſuis precibus flammas extinguat. Ipſe, ubi flammæ imminebant, in terram proſtratus oravit; & ecce! flammæ cohibitæ

Sæculum VI. A. C. 506.

sunt. Ergo omnes S. Cæsarium in loco Exilii sui tanquam Apostolum venerabantur. Alaricus Rex, ipsius Innocentia cognita, jussit, ut ad Ecclesiam suam rediret, & ille, qui eum accusaverat, obrueretur lapidibus. Jamque populus cum lapidibus concurrebat; qua re comperta S. Cæsarius velociter ad Regem se confert, & reo Gratiam impetrat, ut haberet pœnitentiam agendi tempus. Arelatem redeunti obviam progressus est populus cum Cereis, & Crucibus Psalmos decantans, crediditque, ipsius precibus a Deo datum, ut post diuturnam ariditatem saluberrimus imber caderet.

§. III.

Episcopi pulsi.

Alii quoque Galliarum Episcopi similem suspicionem non effugerunt, quod alienam Dominationem optare dicerentur. Ita Aprunculus Episcopus Lingonensis erat suspectus Burgundionibus, quia in totam Regionem Francorum terror diffundebatur, & populi omnes novos Dominos experiri optabant. Burgundiones tanto odio in S. Episcopum incensi sunt, ut quibusdam mandaverint, eum secreto interficere. Res tamen ad Sancti aures pervenit, cum esset Divione patria sua. Itaque nocturnarum tenebrarum beneficio, & amicorum opera per

mœnia

mœnia demissus, fugit in Arverniam, ubi S. Sidonio successit, & undecimus Episcopus Claromontanus fuit. Successor ejus Euphrasius S. Quintianum Episcopum Rutenensem excepit, simili causa pulsum. Nam ex quo Clodoveus ad Fidem fuerat conversus, multo majus erat apud omnes Francorum desiderium. Cum itaque inter Rutenenses, & Episcopum ipsorum orta essent jurgia, Episcopum insimularunt, quod Francis se subjicere cuperet. Gothis, qui illam urbem incolebant, fidem fecerunt; quamobrem illi virum occidendi consilium arripuerunt. Ipse a fidis hominibus admonitus cum famulis, quorum exploratam habebat fidem, noctu aufugit, & in Averniam venit, ubi ei Episcopus Euphrasius humanissime excepto Domos, agros, vineas liberaliter dedit, dicens, hujus Ecclesiæ Bona utrique sustentando esse sufficientia. Episcopus Lugdunensis quoque aliqua Bona, in Arvernia ad suam Ecclesiam pertinentia eidem donavit. S. Quintianus posteriore tempore Episcopus Claromontii fuit, & ad extremam Senectutem pervenit. Ecclesia ipsius memoriam 14. Junii colit. Eodem obtentu quod Francis (*) faveret, a Gothis expulsus est Vo-

Sæculum VI. A. C. 506.

c. 30.

Greg. vit. PP. c. 4.

Martyr. R. 14. Jun.

(*) Fleurius jam hac ætate ad denotandos Francos, qui pulsis Romanis Gallias occuparunt, utitur

Sæculum VI. A. C. 506.

lusianus septimus Episcopus Turonensis, S. Perpetui Successor, & Tolosam missus, ubi diem clausit. Verus ejus Successor eadem ex causa ejectus, & in Exilio mortuus est.

Greg. X. hist. c. 31.

§. IV.

S. Severinus Agaunienſis.

Vit. S. Severin. to. 1. Act. Ben. p. 568. Boll 11. Feb. p. 547.

Ex his, quæ sequuntur, constat, haud sine causa Alaricum Visigothorum Regem potentiam Francorum reformidasse, quippe Clodovei dextra interfectus est. Sed ante hoc Bellum Clodoveus in Febrim quartanam anno Regni sui 25. JEsu Christi 505. incidit, & hoc morbo annis duobus vexatus est, quin Medicorum arte, vel Episcoporum oratione levaretur. Tandem Tranquillinus Regius Medicus febricitanti suasit, ut opem quæreret in Monasterio Agaunienſi, ubi S. Mauritii Reliquiæ servabantur, & illius loci Abbas Severinus plurimos morbos sanabat. Misit Rex unum e Cubiculariis suis nomine Transoarium, qui S. Abbatem adduxit ad Regiam. Cum S. Abbas in via Nivernum divertisset, invenit Episcopum Eulalium jam ab anno integro ægrotantem, atque usu aurium, & linguæ carentem. Illico eum suis precibus

utitur voce hodie usitata: *Les François*; sed præmature. Melius diceret: *Les Francs.*

cibus sanavit, ita ut eadem die surgeret, ad Ecclesiam iret, Sanctum offerret Sacrificium, (*) & populo benediceret. S. Severinus, dum Parisios intrat, Leprosum osculans, & Salivam affricans sanavit. Sæculum VI. A. C. 506.

Ubi ad Regem venit, ante lectum decumbentis prostratus oravit. Tum surgens, detracta sibi Casula Regem induit, qui illico Febri liberatus est. Clodoveus Deum laudans, & ad pedes S. Abbatis procidens dixit: *Pater mi! totum meum ærarium tibi offero, accipe pro pauperibus, quantum volueris. Et ego omnibus reis, & vinctis in Regno meo, quidquid deliquerint, vitæ gratiam facio.* S. Severinus multis aliis ægrotis in Domo Regis, & in Civitate Parisiensi sanitati restitutis, discedens venit ad Arcem Landonis in Territorio Vastinensi, ubi se moriturum cœlesti revelatione acceperat. Id duobus Presbyteris, Paschasio, & Ursicino, qui ibi erant, manifestavit, rogavitque, ut Faustum Presbyterum, qui sibi

(*) Interpres Protestans, qui præter alios sex septemve errores, quos silentio prætereo, in Paragrapho II. *Chalon sur Saone* seu ad Ararim, reddidit: *Chalon an der Seine*, seu ad Sequanam, hic, *Sanctum offerret Sacrificium*, reddidit: Das hohe Amt hielt. Scilicet, ut sibi invisam vocem: *Sanctum Sacrificium*, dissimularet.

Sæculum VI. A. C. 506.

annos triginta servierat, commendatum haberent. Post triduum migravit e vita, eumque duo Presbyteri honorifice sepelierunt. Plurimis Sepulchrum ejus claruit miraculis. Exinde Childebertus Clodovei filius ibi fundavit Ecclesiam, cui hodie Canonici Regulares ministrant. S. Severini memoria 11. Febr. honoratur.

Mart. Rom. 11. Febr.

§. V.

Clodoveus in Alaricum movet.

Greg. II. hist. c. 97.

Clodoveus sanatus ad suos dixit: *impatientissime fero, Galliarum Partem ab Arianis occupari. Eamus, adjuvante Deo, vincamus, & Provinciam in Potestatem nostram redigamus.* Omnibus consilium approbantibus, copiæ iter Pictavium, ubi tunc Alaricus morabatur, ingrediuntur. Interea Rex ut in hoc Bello, quod meditabatur, Deum haberet propitium, Parisiis magnam Ecclesiam fundavit ad honorem SS. Petri, & Pauli supra Sepulchrum S. Genovefæ, quæ paucos ante annos ad cœlos evolaverat. Hujus Virginis Sanctitatem fama tam late per orbem vulgaverat, ut S. Simeon Stilites ex Mercatoribus a Gallicis littoribus advectis non nunquam quæreret, quid Genovefa ageret, utque valeret. Per Virginis intercessionem plurima Deus patravit miracula. Sæpe Parisienses, & maxime, cum aliquando dira fames premeret, ejus

Hincm. vit. S. Rem.

vit. S. Genov. c. ult. ap. Boll. to. 1. p. 143.

Ibid. c. 6. n. 26.

c. 7. n. 40.

ejus opem experti sunt. In summo rigore nihilominus ultra annos octoginta vixit, & decessit Parisiis circa annum 500. tertia Jan. qua die Ecclesia etiamnum ejus Memoriam colit. Statim post ipsius obitum supra Sepulchrum oratorium ligneum constructum est, at deinde Rex Clodoveus Reginæ Clotildis hortatu magnam cœpit ædificare Ecclesiam, quam ipso defuncto Regina perfecit. In aditu tres Porticus aderant, quæ sine dubio aream clauserint, visebanturque imagines, quæ Patriarchas, Prophetas, Martyres, & Confessores repræsentabant. Innumeris prodigiis hic locus claruit, jamque in eodem Sæculo, sicut hodieque fit, febricitantes S. Genovefæ auxilium invocabant. A S. Virginis nomine semper exinde dicta est illa Ecclesia, eique primo Monachi servierunt.

Sæculum VI. A. C. 506.

c. 11. n. 52 Mart. Rom. 3. Jan.

Greg. Tur. de Glor. Conf. c. 91.

Clodoveus Rex, antequam Gothorum terras invaderet, toti exercitui mandatum pronunciari jussit, ne quis vasa Sacra Ecclesiarum diriperet, nec Virginibus, aut viduis Deo consecratis illuderet, nec Clericis, eorum liberis, Domesticis, aut Ecclesiæ servis noceret. Bello finito Episcopos moneri jussit, hoc a se mandatum fuisse, ut quilibet posset sibi rapta repetere, & etiam Captivos vindicare. Mandatum istud summo rigore observari voluit. Cum præter urbem Turonensem

Epist. Clod. to. 4. Conc. p. 1402.

Greg. II. hist. c. 37.

Sæculum VI. A.C. 506.

Exercitum duceret, promulgari jussit mandatum, ut milites suo arbitrio nihil nisi herbam, & aquam sibi caperent, idque statuebat, ut S. Martino honorem haberet. Quidam miles in fœnum incidens dixit: *fœnum quoque herba est, & vi adhibita homini pauperi, cujus fœnum hoc erat, abstulit.* Rex protinus militem imperavit interfici, dicens: *quis S. Martino offenso victoriam speret?* tantum severitatis exemplum cœteros omnes continuit.

S. Martinus.

Clodoveus ad Ecclesiam S. Martini purpuratorum aliquos misit, dona ferentes, jussosque, ut a Deo futuræ victoriæ omen exposcerent. Legatis Ecclesiam ingredientibus, Primicerius illum Psalmi versum fortuito inchoabat: *Præcinxisti me virtute ad bellum, & supplantasti insurgentes in me subtus me.* Legati Deo Gratias dicentes, & conceptis votis invocantes S. Stephanum, gratissimum nuncium ad Regem detulerunt. (*) Præter Pictavium Rex cum Exercitu proficiscens, etiam S. Hilarii fundos summa cura conservari præcepit.

Psal. 17. 40.

Haud procul inde aberat Monasterium S. Maxentii, Agathæ nati, & S. Severi (**) Disci-

Sup. 1.

(*) Ista, prout narrantur, Superstitioni proxima sunt, sed bona Fides & Principis Neophyti Simplicitas excusant.

(**) S. Severini.

Sæculum VI.
A. C. 507.

Discipuli. Is cum in Territorium Pictavienſe veniſſet, Agapito Presbytero, & Abbati inſtituendum ſe tradidit, atque ut magis lateret, nomen *Ajutor*, quod e fonte Baptismi tulerat, dimiſit. Clodoveus Rex comperto, quanta eſſent viri merita, magnos honores exhibuit, fundum, qui *Milon* dicebatur, & multa alia dono dedit. Haud multo poſt hæc tempore obiit S. Maxentius annum agens ſexageſimum octavum 26. Junii, qua die Eccleſia ipſius memoriam celebrat. Maxentii Nomen non tantum Monaſterio, ſed etiam integræ Civitati adhæſit. Clodoveus inito prælio Alaricum vicit prope Voliacum oppidum in agris Pictavienſibus anno 507. Regni Alarici 23. cujus Filius Amalaricus in Hiſpaniam fugit, & ſequente tempore ſalutatus eſt Rex Viſigothorum, qui maximam illius Regni partem tenebant. Interim Clodoveus ſubacta pene tota Aquitania anno poſteriore 508. Toloſam usque progreſſus, omnes Alarici Theſauros, quippe ibi Sedem fixerat, recepit. Tum Clodoveus Inculismam promovit, indeque Turonem, Eccleſiamque, S. Martini maximis donis ornavit. Tandem Pariſiis advenit, ibique Sedem elegit in illo Palatio, quod Julianus Imperator extra urbem, qua ad Meridiem ſpectat, extruxerat. Haud procul ab hac Sede etiam Clodoveo jubente

vit. S. Max. tom. 1. Act. Bened. pag. 578.

Mart. Rom. 26. Jun.

Greg. II. hiſt. c. 37.

Greg. II. c. 38.

Sup. XIV. §. 34.

Sæculum VI. A. C. 507.

bente Ecclesia SS. Apostolorum tunc temporis ædificabatur.

§. VI.

Calumnia in S. Cæsarium.

Interea in Gallia Narbonensi Bellum fervebat. Franci adscitis in armorum Societatem Burgundionibus illa Galliarum parte Gothos depellere nitebantur. His auxilia mittebat Theodoricus Rex Italiæ, qui Amalarici junioris Regis Partibus favebat, ipsius ex sorore Nepotis. Francis, Burgundionibusque Arelatem obsidentibus, quidam Clericus juvenis S. Cæsarii propinquus, timens, ne, si urbs expugnaretur, duriorem captivitatem & ipse subiret, usus noctis Beneficio fune per murum delapsus est, & in hostium castra transfugit. Quod ubi Gothi in Civitate sciverunt, & ipsi, & qui ex populo seditiosissimi erant, cum Judæis incondite clamantibus in S. Episcopum irruunt, insimulant, misisse propinquum suum, qui urbem hostibus traderet. Purgantem se non audiunt, ex ædibus Ecclesiasticis raptum, in Palatio arctissime custodiunt, noctu S. Episcopum in Rhodanum amnem projecturi, aut inclusuri in Arcem Ugernensem, quæ hodie hujus nominis Civitas est. At obsidentes cimbam, in quam S. Virum conjecerant, a transitu arcebant; itaque Gothi revectum

vit. S. Cæs. lib. 1. c. 15.

vit. S. Cæs. lib. 1. c. 15.

ctum in Palatio tam improba cuſtodie- Sæculum VI.
runt induſtria, ut Catholicorum nullus, A. C. 507.
an Epiſcopus aura frueretur, reſcire poſſet.

Quadam nocte Judæus in muro excu- *n.* 16.
bans epiſtolam ſaxo circumligatam in medios hoſtes injecit; verum cum altera die ab hac irruptione ceſſaſſent, quidam civium egreſſi inventam epiſtolam in urbem detulerunt. Ea publice in foro perlecta, patuit, obſidentes hoſtes a Judæis invitari, ut noctu ſcalas applicarent mœnibus contra illam ſtationem, in qua ipſi excubarent, ea conditione, ut in proditionis prœmium res ſuas, & Libertatem ſervarent. Judæus, epiſtolæ auctor, perfidiæ in Patriam convictus pœnas dedit. *n.* 17.
Econtra S. Cæſarius cognita viri innocentia liber dimiſſus. Nihilominus Francis & Burgundionibus obſidionem ſolvere compulſis liberata eſt Arelate. Gothi magnum captivorum numerum in urbem perduxerunt, & quia tanta multitudo ſub tecta cogi non poſſet, etiam Eccleſiæ impletæ. Annona & veſtimentis deficientibus S. Cæſarius omnia paterno affectu ſuppeditabat, ad pulcherrimæ Charitatis opus pecunias impendens, quas Anteceſſor ejus Eonius in ærario Eccleſiæ reliquerat. Imo aurum, quo Columnæ, & Cancelli ornabantur, abſtulit, Thuribula, Calices, Patenas vendidit, dicens: *Dominus*

Sæculum VI. A. C. 507.

minus Noſter Cœnam celebravit in catino fictili, non vero in vaſis argenteis. Licet ſine dubio dare vaſa Domini ad redimendos homines, pro quibus redimendis dedit Animam ſuam. Num forte illi, qui vitio vertunt, JEſu Chriſti Servos vaſorum ipſius impendio liberari a captivitate, eodem pretio, ſi captivi ipſi eſſent, liberari recuſarent? S. Cæſarius ſummam ægrotantium curam gerebat, domumque ampliſſimam dedit, ubi Divinum officium commode auſcultare poterant, & omnibus neceſſariis rebus abundabant. Nunquam non pauperibus ad Epiſcopum patebat aditus, ſæpe ſibi famulantem jubebat circumſpicere, an non extra fores ſtaret pauperculorum aliquis, qui ingredi non vocatus non auderet.

n. 11.

§. VII.

S. Cæſarii Regula.

n. 15. Illo tempore, quo Franci Arelatem obſederunt, Sanctus Cæſarius, Monaſterium Virginum ædificare cœperat, ſuis etiam manibus laborans. Barbari, quibus deerant ligna, magnam, ut iis potirentur, hujus ſtructuræ partem dejecerunt. Obſidione ſoluta opus complevit, & amplam poſuit Eccleſiam in tres regiones diviſam. Mediam S. Virgini, duas reliquas S. Joanni, & S. Martino dedicavit. Primum quidem hoc Monaſterium a S. Joan-

n. 32.

S. Joanne appellatum, postea vero Nomen S. Cæsarii hæsit. Tota Ecclesia lapideis capulis strata erat, sub quibus Sanctimoniales sepelirentur. Ad gubernandum hoc Monasterium S. Cæsarius Sororem suam Cæsariam Massilia revocavit, quo eam Monasticis institutis inter Virgines imbuendam miserat. Conjectura est, istud Monasterium non fuisse aliud, quam illud a Cassiano fundatum. Venit ergo ad novum Monasterium Cæsaria, duas tresve habens comites; at brevi magna fæminarum copia confluxit. Sæculum VI A. C. 507. *n.* 18. *Sup. XXII §.* 56.

In hoc Monasterio nihil antiquius, quam Clausuram exacte servare, & hic Articulus primus est illius Regulæ, quam S. Cæsarius observandam dedit, & exinde in pluribus aliis Monasteriis recepta est. Non modo Moniales nunquam egrediebantur, sed intra claustra, & ne quidem in Ecclesiam vel vir vel mulier unquam admittebantur, nisi solum Episcopi, Abbates, aut viri Religiosi exploratæ Sanctitatis, ut ibi orarent, item Presbyter cum Diacono, Subdiacono & uno duobusve Lectoribus, ut non nunquam Missam celebraret. Intra claustra, si necessitas postulasset, intrabant Episcopi, Provisor, & Artifices, qui ædificiorum ruinas repararent. Provisor ille dicebatur, qui negotia Monasterii externa curabat. Erat colloquiis destinatus locus, in quo adve- *Cod. Reg. to.* 3. *p.* 11. *Reg. n.* 33. 34. 35. Regula pro Monialibus. *n.* 35.

Sæculum VI. A. C. 507.

advenientes recipiebantur. Si illo Abbatissæ eundum esset, duas tresve Sorores eam comitari oportebat. Alteri non
n. 37.
n. 36. sine socia Seniore illo se conferre licebat. Vetitum erat cuiquam, vel ipsi Episcopo cibum præbere.

Virgines per annum probabantur, an-
n. 3. 4. tequam illis conferretur habitus. Recipiebantur viduæ, & Puellæ minorennes; inde conficitur, Canonem Concilii Agathensis prohibentem, ne fœminæ nec-
c. 19. dum quadragenariæ velamen capitis daretur, ad omnes Moniales non pertinuisse. Poterant suscipi sex septemve annorum parvulæ. Sed alumnæ sæculares non admittebantur. Severe prohibebatur, ne quæ quidquam proprium possideret,
n. 5. nec Abbatissæ licebat habere famulam.
n. 4. 15. Non licebat ab exteris quidquam accipe-
n. 2. 3. re, vel dare. Nulla Monialium vel cubicu-
n. 7. lum habebat, vel forulos, qui clauderentur. In singulis cubabant lectis, sed in uno Dormitorio. Vetulæ, & infirmæ in alio loco degebant. Lecti omni ornatu, & operimentis carebant. Vestes Virginum
n. 41. 42. candidæ. Qua magnitudine & altitudine tegumentum capitis esset, in Regula definiebatur, nempe paululum ultra unum pollicem. Vestimenta sua suis
Reg. n. 14. 41. 43. manibus conficiebant, & lanificio occu-
Reg. n. 3. 11. pabantur. Singulis quotidie suum pensum, quod perficerent, dabatur. Verum

prohi-

prohibitum erat, acu phrygia pingere, lavare, aut reſarcire veſtes exterorum. Eccleſiæ earum ornamenta lanea, erant vel linea, nec picta, nec floribus decorata. Iſtarum Puellarum aliquæ Libros Sacros pulcherrimis litteris deſcribebant. Omnes legere docebantur, & quotidie duabus horis a Sexta matutina usque ad octavam legebant. Etiam per aliquam partem temporis, quo labori manuum vacabant, legebatur.

Sæculum VI. A. C. 507.

vit. Lib. 1. n. 33.

Reg. n. 17.

Reg. n. 15.

Menſe Septembri, & Octobri jejunabant Diebus Lunæ, Mercurii, & Veneris. A prima Nov. usque ad Nativitatem Domini quotidie, exceptis Feſtis, & Sabbatis. Ante Epiphaniam jejunabant ſeptem diebus. Ab Epiphania usque ad Quadrageſimum Diebus Lunæ, Mercurii, & Veneris. Pranſuris portiones duæ, cœnaturis tres apponebantur. Nunquam carnes quadrupedum inferebantur, at infirmis volatilia. Balneo, niſi Medicus præſcripſiſſet, non utebantur. Ad Correctionem adhibebantur exhortationes, excommunicatio, id eſt, ſeparatio ab oratione, aut a menſa communi, & denique Diſciplina, id eſt, flagellatio. Epiſcopi hoc correctionis genere utebantur non modo in ſervos ſuos, ſed etiam in homines liberos, qui ſibi ſubditi erant, atque tanquam ſingularis manſuetudinis argumentum de S. Cæſario refertur, quod Legis

Reg. n. 15.

n. 16.

n. 17.

n. 24.

vit. lib. 1. n. 13.

Devt. 25, 2.

Sæculum VI. A. C. 511.

gis Mosaicæ rationem habuerit, & nunquam plures, quam triginta novem plagas delinquenti infligi jusserit.

§. VIII.

Concilium Aurelianense primum.

Non nulli Canones ad Disciplinam Monasticam pertinentes conditi sunt in primo Concilio Aurelianensi anno 511. Felice Consulatum gerente 10. Julii celebrato. Clodoveus Rex circa varios Articulos Episcopos consultaturus congregari eos jusserat. Canones condiderunt triginta & unum, miseruntque ad Regem, ut eos sua Auctoritate firmaret. Canon primus confirmat jus Asyli secundum Canones, & Legem Romanam. Prohibetur, ne rei non tantum ex Ecclesia, sed nec ex vestibulo Domus Episcopalis rapiantur, nec in manus Potestatis Sæcularis tradantur, nisi fide accepta, quod Judex reum mutilaturus non sit, nec alia pœna affecturus. Econtra reus parti læsæ satisfaciat, & quicunque juramentum violaverit, excommunicetur. Si Pars læsa transigere noluerit, & reus aufugerit, Clerici eundem in judicio sistere non tenebuntur. Mos erat inter Barbaras Gentes, ut reos pedibus, manibusve, aut alia corporis parte truncarent. Hinc ex illo tempore sæpe de mutilatione mentio occurrit. In ejusmodi quoque Pactum

to. 4. Conc. p. 1403.

sæpe

sæpe descendebant, ut pro admissis criminibus mulctas pecuniarias exposcerent, quod ex Legibus ipsorum deprehendimus. Sæculum VI. A. C. 511.

Concilium prohibet, ne quis Sæcularis absque Regis jussu, aut Prætoris consensu ordinetur, sed addit, illos, quorum Parentes, Majoresve Clerici fuerint, sub Potestate Episcoporum esse oportere. Id videtur restringere prohibitionem circa familias Barbarorum, qui ad ea usque tempora raro in ordinem Clericorum suscipiebantur. Servus inscio Domino ordinatus, Clericus erit, sed tunc vel Episcopus, vel ille, qui eum ordinari petierit, Domino duplum solvet. Presbyteri, Clerici, Abbates, & Religiosi ad Regiam non eant a Principibus Beneficia petituri, nisi Episcopus Licentiam dederit. c. 8. c. 7.

Abbates subjiciantur Episcopis, qui contra Regulam peccantes reprehendent, eosque semel in anno congrebabunt. Monachi Abbatibus obedient, qui eis, si quid proprium possideant, auferant, & qui vagabundos auxilium præbente Episcopo corripient, punientque secundum Regulam. Qualis illa Regula fuerit, cujus in hoc Concilio mentio fit, ignoratur, nec verisimile est, aliquam tunc temporis in Galliis viguisse, omnibus Monasteriis communem. Prohibetur Monachis, ne Domum ædificent, in qua separati habi- v. Mabill. Præfat. 1. Sæc. n. 25. c. 22.

Sæculum VI. A. C. 511.

tent, nisi Episcopus vel Abbas licentiam dederit. Qui, postquam Monasterium ingressus fuerit, aut Habitum assumserit, duxerit uxorem, ob istud crimen nunquam inter Clericos suscipi poterit. Pœnitentes, qui resilierint, & ad actus Sæculi redierint, excommunicabuntur.

c. 21.

c. 11.

Circa Bona Ecclesiæ statuitur, ut fructus fundorum, quos Ecclesiæ a Regis Munificentia tenent, & qui a tributis exempti sunt, reparandis Ecclesiis, alendis Presbyteris, & pauperibus, atque redimendis captivis impendantur. Episcopus Administrationem habeat omnium fundorum ad Ecclesiam pertinentium, sive illi Ecclesiæ Matrici, sive Parochiis donati fuerint. Oblationum, quæ ad Altare in Ecclesia Cathedrali fiunt, Episcopus mediam partem accipiat, & Clerici alteram. In Parochiis Episcopus tertiam oblationum partem habeat. Si Episcopus ad tempus Clericis aut Monachis agros colendos concesserit, Dominium tamen Ecclesiæ conservabitur, nec unquam poterit opponi Præscriptio. Episcopi sit, quantum potuerit, pauperes, & invalidos, qui laborare nequeunt, alere, & vestire. Si quis Actionem moveat contra Episcopum, aut Ecclesiam, ideo excommunicari non debet.

c. 5.

c. 14.

c. 15.

Canones Concilii Aurelianensis.

c. 23.

c. 16.

Episcopus omnibus Diebus Dominicis, nisi ægrotet, adeat Ecclesiam proximam.

mam. Nullus civium Ruri Paſcha, Feſtum Domini Natale, aut Pentecoſten celebret. Nemo a Miſſa diſcedet, priusquam completa ſit, & Epiſcopus benedixerit. Nempe iisdem cauſis manentibus eadem, quæ in Concilio Agathenſi, decernuntur. In omnibus Eccleſiis Dies Rogationum obſervabuntur, atque his tribus diebus Servi a labore ceſſabunt. Jejunabunt Fideles, & cibos comedent, qui in Quadrageſima ponuntur. Quadrageſima quadraginta diebus abſolvetur, & non ad dies quinquaginta producetur. Sæculum VI. A. C. 511. c. 25. Sup. §. 1. c. 27. c. 24.

Si Presbyteri, aut Diaconi vidua ad ſecundas Nuptias tranſierit, & ſecundum Maritum noluerit relinquere, ambo excommunicabuntur. Statuitur, ne quis affinem proximam ducat, ſive ea fratris vidua, ſive defunctæ Uxoris Soror ſit. Clericos Hæreticos, ſincere converſos, Epiſcopus ad eas functiones, quibus eosdem dignos judicaverit, admittet. Gothorum Eccleſiæ adhibitis Cæremoniis Eccleſiaſticis reconciliari poterunt. Caſus iſti poſt reportatam a Clodoveo de Gothis Victoriam non erant infrequentes. Qui Divinationibus, Auguriis vacant, aut Sortibus, quæ perperam a Sanctis nomen habent, excommunicabuntur. Superius memoravimus, quid rei fuerint iſtæ Sanctorum Sortes, quibus Romani c. 13. c. 18. c. 10. c. 30. Sup. §. 1.

Sæculum VI. A.C. 511.

rudes, & Barbari tantopere dediti erant, ut tot Conciliorum mandatis aboleri non potuerint.

§. IX.

Sancti in Gallia Episcopi.

Vers. S. And. ap. Sur. 8. Jun.

Concilio Aurelianensi subscripserunt Episcopi triginta duo, quorum priores quinque Ecclesiis Metropoliticis præerant, scilicet Cyprianus Burdegalensis, Tetradius Bituricensis, Licinius Turonensis, Leontius Auscensis, Gildardus Rothomagensis. Hic idem est Sanctus Gildardus S. Medardi frater, qui eadem ac ipse die natus, & baptizatus, fertur anno 456. Tunc S. Medardus necdum erat Episcopus, nam in eodem Concilio Aurelianensi Sophronii Episcopi Veromanduensis Antecessoris ejus Nomen subscriptum legitur. Licinius Turonensis, postquam in Oriente peregrinatus fuisset, & sacra Loca visitasset, Monasterium in agro suo Andegavensi ædificavit, & postea Abbatialem Dignitatem suscepit in Monasterio S. Venantii Turonensis, a S. Silvano fundato prope Ecclesiam S. Martini, cujus Discipulus S. Venantius fuerat. Vero successit Licinius, fuitque inter Episcopos Turonenses ordine nonus. Alii Episcopi Concilii Aurelianensis ceteris celebriores sunt S. Quintianus Rutenensis, cujus ante meminimus.

v. Coint. ad an. 456. n. 8. 494. n. 4. 539. n. 2.

Greg. X. hist. c. 31.

Id. vit. Patr. c. 16.

Sup. n. 4.

mus. Euphrasius Claromontanus, qui eundem Hospitem humanissime exceperat. Lupus Episcopus Suessionensis, S. Principii filius, & Successor, S. Remigii Frater. S. Melanius Rhedonensis, Eusebius Aurelianensis, & S. Theodosius Antissiodorensis. Inter ceteros Patres Concilii Aurelianensis S. Melanii zelus in refutandis Hæreticis, Fidei puritate, Disciplinæque rigore stabiliendis memorabilis fuit. Hoc ex Concilii Actis, quæ hodie desiderantur, liquebat. Clodoveus maximi faciebat S. Virum, cujus secutus consilia, aliquas Ecclesias fundavit, aut restauravit, Monasteria extruxit, Eleemosynas largissime sparsit, & ad Justitiæ Leges Jus populis dixit. S. Melanius non nullis fulsit prodigiis, & Venetiæ, Patriæ suæ, Incolas, adhucdum in Gentilitatis tenebris versantes, convertit. Monasterium fundavit in quodam loco, qui *Placitum* dicebatur, & post annum 530. obiit. Ecclesia ipsius Memoriam sexta Jan. & S. Theodosii Antissiodorensis 17. Julii colit.

Sæculum VI. A. C. 511.

vit. S. Melan. c. 2. ap. Boll. 6. Jan.

c. 4.

Martyr. 6. Jan. 17. Jul.

Eusebius Episcopus Aurelianensis Ecclesiam Monasterii, quod Clodoveus, ut sanctis Euspicio, & Maximino faveret, in ipsius Diœcesi fundaverat, dedicavit, cujus Rei occasio hæc fuit. Cum Verodunenses seditionem contra Clodoveum commovissent, urbem obsedit, atque

Sæculum VI. A. C. 511.

que eodem tempore Firminus Episcopus fatis functus est. Obsessi Eusticium Presbyterum, quem summæ virtutes commendabant, rogarunt, ut Civium nomine Regis Clementiam imploraret. Deprecatus est pro populo Episcopus successu felicissimo, nam veniam Rebellibus impetravit. Rex urbem ingressus Eusticio Episcopatum destinabat, at vir Sanctus gravem Senio ætatem objiciens persuasit Fidelibus, ut eligerent Vitonum, nepotum suorum unum, tres enim habebat, erantque duo reliqui Lupus, postea Episcopus Trecensis, & Maximinus. Voluit Rex, ut S. Eusticius sibi Aureliam eunti comes esset; consensit Sanctus, ea conditione, ut Maximinum Nepotem infirmæ Senectutis solatium viæ comitem acciperet. In illa Regione Rex eidem Prædium, quod *Micy* dicebatur, duabus Leucis Aurelia dissitum, donavit, ut Monasterium ibi ædificaret consentiente Episcopo Eusebio, qui illam Ecclesiam in honorem S. Stephani consecravit, simulque Maximinum Diaconum ordinavit. Non multo post hæc tempore cum S. Eusticius finem suum appropinquare sentiret, rogavit Episcopum, ut Maximinum Presbyterum crearet, & eidem Benedictionem Abbatum tribueret. Fecit Episcopus, quod rogabatur, & post modicum temporis spatium

vit. S. Maxim. Sæc. 1. Benedict. p. 582.

to. 5. Spicil. Mabill. de deplom. p. 463.

S. Eu-

S. Eusicius mortalitatem exuit. Ex hoc Monasterio multi Viri illustres prodiere: Quales erant Avitus, Theodemirus, Carilefus, seu Calais, Letus, seu Lius, Dulcardus, Viator. S. Maximinus e vivis abiit circa annum 520. Sæculum VI. A.C. 511.

Rex Clodoveus fatis functus est eodem anno; quo Concilium Aurelianense celebratum, quinto post pugnam ad Voliacum, Regni sui trigesimo, ætatis quadragesimo quinto, a Morte S. Martini 112mo nempe Christi 511. Obiit Parisiis, atque in Ecclesia SS. Apostolorum, quam ædificabat, sepultus est. *Greg. Tur. Lib. II. hist. c. ult.*

§. X.

Turbæ Schismaticorum in Oriente.

In Oriente Concilii Calcedonensis Adversarii necdum fecerant Turbarum finem. Anastasius Imperator a Xenaja, Factiosisque, excitatus, anno Regni sui decimo octavo, JEsu Christi 508. Flavianum Patriarcham Antiochenum cogere statuit, ut Zenonis Henotico subscriberet. Flavianus convocata Synodo Episcoporum ex Provinciis sibi subjectis, prolixam dedit Synodalem Epistolam, in qua tria Concilia Nicenum, Constantinopolitanum & Ephesinum se recipere profitebatur, nulla de Calcedonensi facta mentione. Diodorum Tarsensem, & Theodorum Mopsuestensem condemnabat, *Theoph. p.* 129.

Sæculum VI. A. C. 511.

bat; Epistolæ adjecerat aliquos Articulos, in quibus Concilium Calcedonense, præprimis illa verba: *In duabus Naturis*, reprobare videbatur. Horum Articulorum Auctor Acacius Constantinopolitanus dicebatur. Præter Epistolam Synodalem Flavianus privatim datis ad Imperatorem litteris, in ea, quæ jubebatur, consensit, scilicet Zenonis Henoticum recepit. Non satis hoc fuit Xenajæ. Composuit litteras, atque Acacii Articulis Anathema contra S. Leonem, contra Concilium Calcedonense eosque, qui illud reciperent, superaddidit. Constantinus Episcopus Seleuciensis in Isauria conscripta simili formula etiam Concilium Calcedonense anathematizavit; cumque de utriusque hoc facto Flavianus apud Imperatorem conquereretur, is Flaviano iratus edixit sibi probari scripta Constantini, & Xenajæ, qui tunc a Communione Flaviani Antiocheni, & Macedonii Constantinopolitani aperte recesserunt. (*)

Ep. ad Acis.

Ulti-

(*) Superi! quanta tunc temporis in Ecclesia Orientali Rerum confusio! Nimirum nulla sine Capite bene constat Respublica, quia dissentientibus nulla restat ad Pacem inveniendam via. Quotiescunque Patriarchæ Orientales a Petra & Petri Cathedra recesserunt, illudque, quod JEsus Chri-

Ultimus omnium seducendus Elias Jerosolymitanus restabat, nam Joannes Alexandrinus in Partes Schismaticorum totus iverat. Is tunc erat Joannes *Nicajota* seu *Machiota*, qui Joanni *Hemula* ante annos duos nempe anno 506. successerat. Ergo Imperator, datis ad Eliam Epistolis, jubet, ut Synodum Diœcesanam convocet, & Concilium Calcedonense damnet. Elias nulla convocata Synodo, sed missa Fidei suæ Confessione Nestorium, Eutychen, Diodorum, Theodorum, & Concilium Calcedonense damnavit. Hanc Fidei Confessionem deferendam dedit quibusdam Dioscori Sectatoribus, qui eam adjecto contra profitentes duas Naturas anathemate corruptam vulgarunt. Elias publice edixit hos homines fidem suam depravasse, ediditque alteram Confessionem omisso Anathemate. Schismatici plura alia Patrum opera corrupisse ferebantur, atque aliquos Tractatus Apollinaris sub nomine S. Athanasii, S. Gregorii Thavmaturgi, & Julii Papæ, ignaris lectoribus obtrusisse. Nulla re magis vulgi animos deceperunt.

Sæculum VI. A. C. 511.

Theoph. p. 128.

Theod. lect. lib. 2. p. 561.

Ep. ad Alcis.

Christus Matth. XVI. constituit, Ecclesiasticæ unitatis vinculum, ruperunt, toties etiam Ecclesiarum suarum turbarunt tranquillitatem, Pacemque ex Oriente universo ejecerunt.

Sæculum VI. A. C. 511.

Theoph. p. 130.

Anno sequente, Imperatoris Anastasii decimo nono, JEsu Christi 509. ducenti Monachi Hæretici ex Oriente Constantinopolim venerunt Ductore quodam Severo, qui exinde Factionis Caput habitus est. Hi postquam in Oriente Rem Ecclesiasticam turbassent, aderant, ut Macedonio Patriarchæ adversarentur, & Concilium Calcedonense oppugnarent; hinc magno honore ab Imperatore excepti sunt. Alia ex parte Joannes Patriarcha Alexandrinus promisit, se duo Talenta Imperatori daturum, si Concilii Calcedonensis memoriam deleret. Imperator instabat, ut Macedonius cum Joannis Apocrisiariis communicaret, ipsumque in suam Communionem reciperet. At Macedonius edixit, cum iis se non communicaturum, nisi Concilii Calcedonensis Auctoritati se subjicerent.

Econtra Imperator Macedonium urgebat, ut exemplum Eliæ Jerosolymitani sequeretur, & Concilio Anathema diceret. Respondit Macedonius, id a se fieri extra Concilium Oecumenicum, cui Episcopus Romanus (*) præesset, non posse. Impe-

(*) Insigne profecto, si quod in Historia Ecclesiastica occurrit, pro Romani Pontificis Supremata Testimonium a Patriarcha Constantinopolitano coram facie Imperatoris Hæretici datum!

Imperator hac detrectatione irritatus, confugientes ad Eccleſiam in Civitate Con- Sæculum VI. A.C. 511.

tum! Quid hujusmodi Teſti omni exceptione majori Proteſtantes ab Epiſcopi Romani Communione ſeparati opponant?

Quo jure aliqui ex Succeſſoribus Macedonii, qui poſteriore tempore Sedem ipſius Conſtantinopoli tenuerunt, Titulum Epiſcopi Oecumenici aſſumere potuerunt, poſtquam diu ante aliquis Illius Sedis Epiſcopus coram toto orbe confeſſus fuerat, dari non poſſe Concilium Oecumenicum, cui Epiſcopus Romanus non præeſſet? At vero Oecumenici tantum in Oriente non autem in Occidente audire volebant, & poterant ipſorum Pace Epiſcopi Romani in Occidente dici Oecumenici. Sed! An Chriſtus forte Eccleſiam condidit bicipitem?

Unſer deutſche Ueberſetzer hat hier wie allezeit an ſtatt des Wortes Präſidiren oder Vorſtehen geſetzet: Auf dem der Biſchof von Rom den Vorſitz hätte. p. 101. Allein dieſer gekünſtelte Ausdruck hilfet ihm nicht; denn ein jeder Leſer, der Urtheilungskraft beſitzet, es ſey gleich ein Proteſtant oder ein Katholick, ſieht wohl, daß Macedonius nicht würde verlanget haben, es ſoll der Römiſche Biſchof oder ſeine Geſandte aus dem Occident nach dem Orient reiſen, damit ſie in einer Kirchenverſammlung den eitlen Vorſitz einnehmen könnten, wenn ihre Gegenwart nicht mehr zu bedeuten gehabt hätte. Wenigſtens kann nicht geläugnet werden, Macedonius müſſe geglaubet haben,

Sæculum VI. A.C. 511.

Constantinopolitana vi abstrahi jussit, dum interim Ecclesiis Hæreticorum immunitatem servabat. Nihilominus Macedonius in proposito perseveravit constantia invincibili, omnes, qui Decretis Concilii Calcedonensis resistere præsumerent, ipsumque Flavianum Antiochenum, anathematizavit, ejusque Apocrisiarios, qui negotii causa ad se venerant, probrose, & pronunciato anathemate ejecit.

Macedonii constantia.

Theod. lect. p. 562. Theoph. p. 132.

Totum populum Constantinopolitanum Macedonio impense faventem ad iracundiam provocavit Schismaticorum insolentia; hi enim data pecunia infimam plebem excitarunt, & quadam die Dominica in Palatii Ecclesiam S. Michaeli Sacram ingressi, Cantoribus Trisagion recitantibus, ipsi responderunt cantando additionem: *Crucifixus pro nobis.* Dominica sequente simili protervia majorem Ecclesiam intrarunt fustibus armati. Populus Catholicus magno clamore primum hæreticorum vocibus responderunt, mox orta sunt jurgia, tandem ventum ad verbera, & Schismatici Ecclesia ejecti. Tum vero Imperator modum ultra non tenens, Monachos Schismaticos

Theod. lect. p. 562. Theoph. p. 132.

haben, es könne keine Oecumenische Kirchenversammlung seyn, welche nicht in der Communion des Römischen Bischoffes stünde.

cos in Macedonium instigavit, qui Episcopum insectarentur vociferationibus, & conviciis, quæ honeste non memorentur. Julianus Episcopus Halicarnassensis, & Severus Monachus, quamvis alias essent inimici, tamen furore consentiente Patriarcham persequebantur. Populus vero, cujus innumerabilis erat multitudo, Abbates Catholicos sequens per urbem, clamabat: *Christiani Fratres! adest Martyrii tempus. Non deseramus Patrem nostrum!* nec Imperatori parcebant. Manichæum appellabant, & indignum, qui sceptrum gereret. Expavit has seditiosorum voces Anastasius, & palatii portis omnibus claudi jussis, jam jam fugiturus, paratos tenebat lembos. Mox mutato consilio, quamvis pridie jurasset, nunquam amplius se Macedonium in conspectum admissurum, misit, qui rogarent, ut ad se veniret. Ipso Regiam intrante Abbates Patriarcham comitantes hortabatur populus, ut sibi Patrem servarent, Milites transeunti salutem, & incolumitatem a Cælo precabantur. Ubi in conspectu fuit, Imperatori exprobravit, quod Ecclesiæ hostis esset. Ipse mentem dissimulans, finxit se cupere cum Ecclesia in pacem redire. Sæculum VI. A. C. 511. *Theod. p.* 563.

Misit deinde Imperator ad Patriarcham Celerum Magistrum Officiorum cum *Theoph. an.* 21. *p.* 132. *Niceph.*

Sæculum VI. A. C. 511.

cum litteris, in quibus profitebatur, recipere se duo prima Concilia, nempe Nicenum, & Constantinopolitanum. De Ephesino, & Calcedonensi nulla mentio. Hac fraude deceptus Macedonius litteris subscripsit, quæ res Catholicos non parum offendit, sic enim Henoticum recipiebat, cui jam in sua Ordinatione subscripserat. Igitur ad Monasterium S. Dalmatii se contulit, ibique ut se purgaret apud Monachos, quibus scandalum creaverat, Apologiam edidit, affirmans, se recipere Concilium Calcedonense, & credere, illos, qui non reciperent, esse Hæreticos. Accepta hac Professione Liturgiam cum ipso celebrarunt.

Theoph. p. 133.

§. XI.

Macedonius Constantinopoli pellitur.

Interea Anastasius Imperator Clericos Monachosque, in Hæresi sibi consentientes, permovit, ut alium Episcopum eligerent, Imperatrice Arianna, & toto Senatu ingemiscentibus, quippe Macedonius ob vitæ puritatem, & Fidei Sinceritatem, quamvis passus esset se decipi, amabatur ab omnibus. Ut aliquam Depositionis causam fingeret, Imperator duos juvenes subornavit, qui traditis Præfecto Constantinopolitanæ Civitatis, & Officiorum Magistro libellis Macedonium

Sæculum VI. A. C. 511.

nium nefandi flagitii, & Hæreſis accuſarunt. Quidam etiam alii Presbyteri, & Diaconi Catholici accuſati. Imperatoris mandato Celer ex Domo Episcopali Macedonium vi abſtraxit, clamantem, paratum ſe objecta crimina diluere non in Prætorio modo, ſed etiam in Theatro coram toto Populo. Imo Evnuchum ſe eſſe manifeſtavit, ut primæ Accuſationis falſitatem demonſtraret. Cum Imperator eidem Celero officiorum Magiſtro Authographum Actorum Concilii Calcedonenſis auferre præcepiſſet, illud Macedonius Sigillo munitum in Sanctuario depoſuit. At Spado Calepodius majoris Eccleſiæ Oeconomus illud ſuffuratus, ad Imperatorem detulit, qui mox flammis tradi juſſit.

Tum Anaſtaſius Imperator intelligens, fruſtra ſe cupere, ut in Judicio condemnaretur Macedonius, quem populus non ignarus, eſſe inſontem, defenderet, eum noctu ab armatis Calcedonem abripi juſſit, Eucaitam deinde in Paphlagoniam deducendum. Clericorum aliqui in carcerem miſſi, alii fugerunt, non nulli in Phœnicen delati, non nulli Romam usque pervenerunt. Hoc modo Macedonius Conſtantinopoli pulſus, Anaſtaſii anno 21. Secundino, & Felice Conſulibus, Indictione quarta, id eſt, anno 511. poſtquam Conſtantinopoli ſediſſet

Niceph. lib. XVI, c. 26.

Theod. lect. p. 563.

Theoph. an. 21. Marcell. Chron.

Sæculum VI. A. C. 511.

sedisset annis sexdecim. Altera die Imperator Episcopum Constantinopolitanum ordinari jussit Timotheum Presbyterum, atque Ecclesiæ Ærario Præfectum, quem contemptim *Litrobulbum* & *Celon* appellabant, quia incontinentiæ infamia laborabat. Dum Ecclesias ingrediebatur, antequam Sacris operari inciperet, Macedonii Imagines, pro more ibi positas, auferri jubebat, præcipiebatque in omnibus Missis Symbolum Nicenum recitari, cum id alias tantum in Paraseeve, Episcopo populum catechizante, recitari soleret. Ita ostentare volebat, quanto zelo ferretur in Concilium Nicenum, quod a Macedonio sperni dicebat.

v. Not. in Theoph. Theod. Lect. & Vales. ibid.

Interim cum Imperator reflecteret animum, se relegasse Macedonium nec judicatum, nec depositum, eum ab Hominibus, qui simul Judicis, testium, & Accusatoris partes agebant, jussit damnari, eique Depositionis suæ Sententiam per manus quorumdam Episcoporum, & Presbyteri Cyziceni misit. Macedonius, priusquam, quid sibi dicerent, audiret, interrogavit, an Concilium Calcedonense reciperent. Ipsi: *Quis es tu, cui istud ex nobis quærere licet?* Macedonius dixit: *Si Sabbatiani, aut Macedoniani Sententiam Depositionis mihi afferrent, an putatis, e re mea facturum, si acquiescerem?* Ita nempe ingerebat,

Theoph. p. 134.

bat, nullam Hæreticis se deponendi esse Potestatem. Itaque re infecta redierunt, & Macedonius in locum exilii, quo jubebatur, migravit. Timotheus Patriarcha Neo-electus Diptychis inseruit nomen Joannis Nicajotæ Patriarchæ Alexandrini, eique Epistolas suas Synodales misit. Eas etiam Flaviano Antiocheno, & Eliæ Jerosolymitano misit, petebatque Imperator, ut Depositionem Macedonii, & Timothei Ordinationem suo calculo confirmarent. Epistolas Synodales Timothei quidem receperunt, at Depositionem Macedonii approbare recusarunt.

Sæculum VI. A. C. 511.

Id. p. 133.

Vita S. Sabæ ap. Cotel. p. 197.

§. XII.

Concilium Sidonienſe.

Imperator utrique vehementissime succensuit; cumque Elias Patriarcha inde tempestatem Ecclesiæ funestam ominaretur, Constantinopolim misit S. Sabam inter Abbates Palæstinæ virtute clarissimum, qui Severo, aliisque Hæreticis ex Oriente, Constantinopoli dominantibus, resisteret. Palæstinæ Abbatibus in itinere constitutis, Imperator Concilium Episcoporum ex Oriente, & Palæstina Sidone congregari voluit, cui præesse jussit Sotericum Cæsariensem ex Cappadocia, & Xenajam Hierapolitanum, infensissimos Concilii Calcedonensis hostes,

p. 298.

Theoph. 131.

Sæculum VI. A. C. 511.

ſtes, & erroribus Eutychis, atque Dioscori addictiſſimos. Sotericus a Macedonio Conſtantinopolitano ordinatus dato chirographo profeſſus fuerat, ſe Decreta Concilii Calcedonenſis tanquam Regulam Fidei recipere. Poſtea vero exortis inter ipſum & Macedonium ſimultatibus in Orientem profectus fuerat, ut cum Xenaja conſilia communicaret. Ambo ab Imperatore poſtulaverant, ut Concilium iſtud Sidonienſe convocaretur, in quo Calcedonenſe penitus abrogarent.

Marc. Chr. an. 511.

Sidone ferme octoginta Epiſcopi convenere, ibique anno 511. Indictione quarta Concilium egerunt. Haud multo tempore ibi morati ſunt, miſitque Imperator Tribunum Eutropium, qui eos dimitteret. Is Flaviano Antiocheno, & Eliæ Jeroſolymitano ſuaſit, ut ad Imperatorem perſcriberent, quid in hoc Concilio fuiſſet decretum. Flavianus in ſua Epiſtola profeſſus eſt, ſe tria prima Concilia, & Henoticum Zenonis recipere, & Concilium Calcedonenſe ſilentio præteriit. Elias hoc Concilium rejiciebat, ſed ejusmodi verbis, quæ Soterico, & Xenajæ non ſatisfaciebant. Ergo litteris ad Imperatorem datis inculant, inter Flavianum, & Eliam conveniſſe, ut Imperatori illuderent. Hæc res Anaſta-

Marc. Chro. an. 511.

ſii

sii animum ita incendit, ut ambos Sedibus suis pellere statuerit. Sæculum VI. A. C. 511.

§. XIII.

S. Sabas Constantinopoli.

Interea S. Sabas, ceterique ex Palæstina Abbates Constantinopolim pervenerunt, petieruntque admitti in conspectum Imperatoris, qui omnes intrare jussit. Cum essent in Vestibulo, Silentiarii, qui fores custodiebant, omnes intrare sinebant, excepto S. Saba, quem credebant esse mendicabulum, quod veste squalida, & multoties resarcita tectus incederet. Imperator ceteros omnes humane excepit, amabat enim Monachos, legitque, quam reddiderunt, Eliæ Patriarchæ Epistolam scriptam in hæc verba: *Mitto tibi ex optimis, & fidelissimis Dei Servis selectissimos, qui ceteris in tota Eremo præsunt, & cum ipsis Dominum Sabam, totius Palæstinæ Lumen.* Quærit Imperator, ubi esset; Abbates circumspicere, & mirari, cum nescirent, quomodo ab ipsis discessisset. Jussit Imperator, ut diligenter perquireretur. Strepitum ediderunt Cubicularii, & Silentiarii egressi, stantem & Psalmos recitantem invenerunt in angulo. Adducitur intra velum, videbaturque Imperatori, Angelum se conspicere. Tum omnes considere jussi.

vita S. Sab. n. 51. p. 298.

p. 299.

p. 297.

Sæculum VI. A. C. 511.

Cum primum pauca fuissent locuti, quilibet Beneficium pro suo Monasterio expetiit. Hic circumjacentes agros Monasterio donari, alius aliud quidquam exoptabat. Imperator omnibus petita concessit, tumque conversus ad S. Sabam dixit: *Calogere.* Id est, *optime Senex! quare tam longum iter suscepisti, si nihil*
p. 300. *volebas a me petere?* S. Sabas respondit: *Præprimis veni, ut Pietatis tuæ pedes oscularer, antequam ex hoc Mundo egrederer. Deinde volebam nomine Sanctæ Civitatis Jerosolymæ, & Patriarchæ nostri te rogare, ut Ecclesiis nostris Pacem dares, Sacerdotium non turbares, & sic tranquille diu noctuque pro tua Serenitate fundere ad Deum preces possemus.* Imperator Talentum auri afferri jussit, dixitque: *Accipe istud, Pater mi! & ora pro nobis, nam relatum est mihi, quod in Deserto multa Monasteria regas.* S. Sabas dixit: *Tempus hyemale hic transigam, & sæpius Principem venerabor.* Imperator, ceteris Abbatibus in Palæstinam dimissis, mandavit, ut S. Sabæ toties quoties vellet Regiam intrare, etiam nemine adventum ipsius indicante, liceret.

Elapsis aliquot diebus, ipso accersito
p. 52. dixit Imperator: *Archiepiscopus vester se Defensorem jactat Concilii Calcedonensis, quod Doctrinam Nestorii sua Au-*

ctorita-

ctoritate suffulsit. Præterea Flavianum Antiochenum pervertit, & in suas partes traxit; cumque nihil propius esset, quam ut communi omnium consensu Decreta Calcedonensia anathematizarentur in Concilio, quod modo Sidone congregatum est, ipse solus cum Flaviano conspirans obstaculum posuit, & putat se mihi illusisse, scribens ad me in hunc modum: Rejicimus omnem Hæresim, quæ novi aliquid contra Fidem Orthodoxam attulit, nec ideo, quæ Calcedone acta sunt, recipimus, quia inde scandala sumserunt originem. (*) *His verbis se decepisse nos credit; sed satis nobis liquet, esse Concilii Calcedonensis, totiusqne Nestorianæ Hæresis Defensorem. Nec id antea nos latebat, dum in Depositionem Euphemii, & Macedonii, qui ambo Nestoriani sunt, consentire recusavit.* (**) *Hinc volumus, ut ejiciatur, & in hac Sede Apostolica Vir dignus, & Orthodoxus collocetur, ne Loca Sacra Nestorii erroribus profanentur.*

Sæculum v. A. C. 511.

S.Sabas.

p.301.

(*) Ecce Elias Patriarcha Jerosolymitanus Vir Catholicus Doctrinam Concilii Calcedonensis recipit, & non Concilium. Distinctio valde subtilis, cui hodie vix, & ne vix quidem, locus concederetur.

(**) Anastasius Imperator se rebus ingessit, quæ supra Jurisdictionem Principis Sæcularis sunt. Hinc illæ lacrymæ!

Sæculum VI. A.C. 511.

S. Sabas respondit: *Noli dubitare, Auguste! quin Archiepiscopus noster Doctrinam edoctus antiquorum Patrum nostrorum, qui Miracula patraverunt, fueruntque Deserti Lumina, æqualiter tam*
p. 302. *Divisionem Nestorii, quam Confusionem Eutychis rejiciat, & in medio per viam Fidei Catholicæ incedat. Scimus, quod nullam aliam, quam Doctrinam S. Cyrilli Alexandrini teneat. Igitur obtestamur te, ut S. Civitatem Jerusalem in pace custodias, ubi Salutis Nostræ Mysterium manifestatum est, ibique Sacerdotium non concutias.* Commoverunt Imperatorem boni Senis Sanctitas, & Simplicitas, dixitque: *Verum est, quod*
Prov. 10. 9. *dicit Scriptura: Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Ora pro nobis, nec sollicitudo te angat. Tibi dabo, ut nihil grave de Archiepiscopo vestro decernam. Faciam, ut omnibus votis tuis expletis redeas.* His S. Sabas ab Imperatore digressus ad Imperatricem Arianam se intulit, cui postquam benedixit,
n. 53. hortatus est, ut Leonis Imperatoris Parentis sui Fidem conservaret. Illa: *O-*
p. 303. *ptime sentis, Senex Sancte! sed utinam te audirent.* Tum relicta Imperatrice, ut hominum frequentiam evitaret, ex urbe exivit, & in Suburbio Rufini mansit. Ad S. Sabam sæpe invisebant Juliana, & Anastasia Catholicæ, piissimæ, nobilissi-

Sæculum VI. A. C. 511.

bilissimæque fœminæ, quæ veniebant, ut oscularentur pedes ejus, & Doctrinam haurirent. Juliana Imperatoris Valentiniani III. Neptis Ecclesiam Matri Dei Sacram in loco, quem *Honorat* dicebant, Asiam versus ædificaverat. Eam Imperator Anastasius permovere nunquam potuit, ut cum Patriarcha Timotheo communicaret, quamquam mille fraudes adhibuerit, & ipse Timotheus multis obsequiis Principem sibi conciliare conatus fuerit. Anastasia uxor erat Pompeji Patricii, & Nepotis Imperatoris Anastasii, qui eos persequebatur, tanquam Fautores Concilii Calcedonensis, & Macedonii, cui in exilio degenti ad vitam sustentandam necessaria suppeditabant.

Theoph. an. 22. p. 135. Cang. Const. lib. 4. 15. n. 14

Cum post paucorum dierum lapsum Imperator iterum S. Sabam vocasset, rogavit ille Principem, ut Civitati Jerosolymitanæ necdum integre soluta debita Tributi, *Crysargyrum* dicti, quo ante annos 13. nempe anno 499. totum Imperium liberaverat, condonaret. Hæc debita centum libras auri conficiebant, quod istarum expensarum fontes designati defeciissent, atque ad has pecunias cogendas exigebatur, ut Ecclesiæ quoque conferrent. Imperator præcepit Zotico Præfecto Prætorio, ut debitam Summam ex Palæstinæ tabulis deleret. Verum

Vita n. 54.

Sup. l. XXX §. 21.

Sæculum VI. A. C. 512.

Marinus, qui Imperatoris animo dominabatur, superveniens dixit; Jerosolymæ Incolas Nestorianos esse, & Judæos, tanta Gratia indignos. Ad Marinum S. Sabas dixit: *Absit, ut te Imperatoris Clementiæ in Ecclesias opponas! avaritiam fuge. Cave tibi! nisi feceris, improvisa mala te brevi obruent. Repentino casu omnibus bonis privaberis, Domus tua incendio procumbet, totum Imperium tuo involves periculo.* S. Sabas deinde rogavit Imperatorem, ut se in Palæstinam remitteret, iterumque a Principis manu unum talentum accepit; verum remissionem pecuniæ, quæ de *Crysargyro* solvenda supererat, non obtinuit. Navigium rediturus conscendit Mense Majo Indictionis quintæ, nempe anno 512. Vix exinde aliquot Menses effluxerant, Marinus exorta seditione implicitus, ædes ejus flammis absumptæ, & reliqua Vaticinii impleta.

p. 305.

§. XIV.

S. Joannes Silentiarius.

Sub initium Regni Anastasii Imperatoris Monasteria Palæstinæ in quoddam Anarchiæ genus delapsa erant, partim tepore illorum, qui S. Passarioni successerant, & nimium rerum temporalium cura tenebantur, partim Schismate Acephalorum, quos Imperator tuebatur. Itaque

Sup. XXX. §. 25.

Vit. S. Sab. n. 30.

Itaque Monachi illius Deſerti ad Salu- Sæculum VI.
ſtium Patriarcham, tunc ex morbo de- A. C. 512.
cumbentem, convenerunt, & lecto i-
pſius circumfuſi, Theodoſium, atque
S. Sabam elegerunt, conſtitueruntque
Exarchas ſeu Superiores Generales om-
nium Monaſteriorum, (*) quæ Civitati

(*) Hic videmus multa Monaſteria ſub uno Capite congregata. Quæri poteſt, an Monaſteria Ejusdem Ordinis a ſuæ Fundationis tempore invicem non ſubordinata in unam Congregationem & ſub unum Caput certis pactis coire expediat. Profecto maxima ex ejusmodi Fœdere naſcuntur Emolumenta; quippe in Monaſteriis fœderatis facilius viget morum & Rituum Conformitas, emergente neceſſitate mutua promptius præſtantur auxilia, Litterarum ſtudia multorum Concordia felicius promoventur, Diſciplina Regularis multorum conſilio conſenſu & exemplis melius conſervatur, major eſt apud Exteros multorum quam ſingulorum & nullo vinculo ſibi cohærentium Monaſteriorum Auctoritas, denique ſicut in omnibus aliis ita etiam hic: *Vis unita fortior.* Dum interim in Monaſteriis ſibi invicem non ſubordinatis longo temporis Succeſſu tanta Conſuetudinum, Studiorum, Morum & Diſciplinæ ſubrepere poteſt diverſitas, ut inde Sacri Ordinis decor haud parum detrimenti pati videatur. Itaque procul omni dubio Sacrorum Ordinum Monaſteriis plurimum utilitatis & ſplendoris accreſcit, ſi initis pactis conjungantur. Congregationes Monachorum

Sæculum VI. A. C. 512.

Jeroſolymitanæ ſubjiciebantur. Nempe S. Theodoſius Cœnobitis, & S. Sabas Anachoretis præfectus eſt.

Vit. S. Joa. Silent. ap. Boll. 13. Maji. to. 14. p. 232.

Inter Diſcipulos S. Sabæ numerabatur Joannes, cui amor ſolitudinis cognomentum *Heſycaſtes*, ſeu Silentiarii peperit. Hunc S. Sabas in Lauram ſuam ſuſceperat ſub illud tempus, quo Theoctiſta Eccleſia ejus conſecrata fuit, nempe anno 491. cum videret, Joannem in ſemita virtutis ingentes Profectus facere, exacto ſeptennio voluit, ut Presbyter ordinaretur. Ergo eum Jeroſolymam perducit, & Eliæ Patriarchæ Saluſtii Succeſſori præſentat. Is ſuis manibus eum ordi-

Sup. XXX. §. 23.

Vit. S. Sab. n. 21.

v. S. Joan. c. 6. 7.

---

chorum O. S. P. B. in variis Provinciis florent, & pauca hodie invenire eſt Monaſteria, quæ nulli Congregationi nomen dederunt.

Sed & altera moveri poteſt Quæſtio; an Monaſteriorum ejusdem Ordinis Congregationes ab ordinaria Epiſcoporum Jurisdictione exemptas eſſe oporteat. Certe Epiſcopis ſua Jurisdictio in omnes Diœceſanos Jure Divino competit, quæ ſine ipſorum culpa auferri non poſſe videtur. Rurſusque quæri poſſet, an, ſi ex parte Epiſcoporum aliqua culpa ſe teneret, non magis expediret, ut Summus Pontifex vi Poteſtatis ſibi a JEſu Chriſto in alios Epiſcopos traditæ negligentes aut errantes ad Officium cogat, quam ut ab ipſorum Jurisdictione Jure Divino ſubjectos eximat. Sed manum de tabula.

ordinaturus ad Ecclesiam Calvariæ deducit. Tunc vero Joannes ad Patriarcham: *Pater mi! est arcanum, quod tibi aperiam, si postea dignum judicaveris, ordinationi non repugnabo.* Cum Patriarcha cum eo aliquot passus recessisset, unde a circumstantibus non possent loquentis verba percipi, rogavit Joannes, ut quæ dicturus erat secreta teneret, sin minus, se ex illa Regione fugiturum. Elia secretum promittente dixit Joannes: *Pater mi! in quadam Civitate ordinatus fui Episcopus, sed considerans multitudinem peccatorum meorum procul aufugi, & mansi in Deserto, ut expectarem voluntatem Domini.* Patriarcha obstupescens S.Sabam vocat, & ait: *Manifestavit mihi arcanum, ordinari prorsus non potest. Jam sinatur quiete vivere, & nemo ei molestiam creet.* His Patriarcha omnes dimisit. S. Saba tristissimus Laura exiit, petens a Deo inter lacrymas, ut sibi hoc Arcanum revelaret, atque illud cœlitus edoctus ad Joannem se contulit. Ibi statuerunt,ut solus in Cellula degeret, & Ecclesiam non accederet.

Sæculum VI. A. C 512.

Sup. XXX. §. 37.

c. 8.

S. Joannes Silentiarius, sub annum 452. Nicopoli in Armenia ex nobili genere natus, cum annum decimum octavum attigisset, fundato in Patria sua Monasterio, in illud se abdidit. Quia vero

cives

Sæculum VI. A. C. 512.

cives Colonienſes eum Epiſcopum expetebant, coactus eſt prodire, & ordinationem recipere. Nihilominus vitam Monaſticam agere non deſiit. Cum affinis ejus Paſinicus Armeniæ Prætor ſe in Adminiſtrationem Bonorum Eccleſiaſticorum ingereret, & Jus Aſyli læderet, Joannes Conſtantinopolim profectus ſub finem Regni Zenonis contra eum Actionem movit, &, quod æquum erat, obtinuit. Tunc conſilium cepit ſe ipſum in Libertatem aſſerendi, & dimiſſis, qui eum comitabantur, Presbyteris, clam omnibus navigium conſcendit, venitque Jeroſolymam, unde ad Lauram S. Sabæ ſe recepit.

S. Joannes Silentiarius.

Joannes, poſtquam cognitus fuiſſet, annis quatuor in ſuo receſſu manſit, & toto hujus temporis ſpatio unica vice prodiit, ut Eliam Patriarcham in Dedicatione novæ Eccleſiæ videret. Nam cum jam Theoctiſta nimis anguſta tantam hominum multitudinem non caperet, ea Armenis conceſſa, S. Sabas magnam Eccleſiam S. Virginis Nomini ſacram ædificari curavit. Venit Patriarcha, dedicavit Eccleſiam, & Altare conſecravit (*) prima die Julii, Indictione nona,

vit. S. Sabæ. n. 32.

(*) Quare DD. Proteſtantes antiquiſſimum in Eccleſia uſum Altaria conſecrandi abolevérunt?

nona, id est, anno 501. S. Saba annum vitæ sexagesimum tertium agente. Sæculum VI. A. C. 512.

§. XV.

Novæ Lauræ Principia.

Majore Laura, & Monasterio Castellensi ita florentibus, grandis tempestas in S. Sabam exorta. Falsi fratres olim S. Sabæ accusatores necdum acquiescebant. Quadraginta erant hac domestica conjuratione impliciti. Ipse cedere hominibus, & pugnare contra Dæmones adsuetus, recessit Scythopolim versus in antrum, quod ingentis magnitudinis Leo in Sedem elegerat, & sancto Viro adveniente reliquerat. Pluribus deinde illo confluentibus Discipulis, eorum aliquis, cui nomen Eumathius, antrum mutavit in Monasterium, eique Abbas præfuit. S. Sabas magno adventantium hominum numero fatigatus, quippe miraculorum, quæ patrabat, frequentia plurimos in illum locum pertrahebat, ad suam Lauram rediit; cum vero videret refractariorum numerum ad sexaginta excrevisse, iterum fugiens, venit in Regionem Nicopolitanam, ubi ei quidam amici Cellulam construxerunt, quæ futuri Monasterii fuit initium. Interea ipsius Adversarii vulgabant, Sabam a Leonibus fuisse devoratum, & Jerosolymam se contulerunt, petentes alium Abba-

n. 33.

n. 34. *p.* 268.

Sæculum VI. A. C. 512.

Abbatem. Verum Patriarcha Monachos dimisit jussos S. Virum investigare. Cum Festum Dedicationis S. Sepulchri adveniisset, S. Sabas, ut Abbates solebant, Jerosolymam perrexit; eumque Elias

n. 35. Patriarcha lætitia exultans, quod viveret, ad Lauram suam remisit.

n. 36. Monachi seditiosi ipso adveniente recesserunt, & prope Thecuam Cellulas ab aliis derelictas occuparunt. Hæc novæ Lauræ origo fuit. S. Sabas, postquam comperit, ubi essent, secutus est eos, omnia, quæ deficiebant, suppeditavit, & accedentibus Patriarchæ Beneficiis, Ecclesiam ipsis ædificavit, anno ætatis S. Viri sexagesimo nono, id est, 507. dedicatam. Cum tanta charitas rebelles animos emolliisset, Superiorem, cui nomen Joannes, Discipulorum ipsius primum, receperunt. Alia præterea fundavit Monasteria, cum de loco uno in alium sæpius migravit, septemque ipse solus rexit. Talis erat S. Sabas, quando eum Elias Patriarcha ad Anastasium Imperatorem ea, ut retulimus, Legationis fortuna dimisit.

§ XVI.

Symmachi Papæ Epistolæ ad Orientales.

Ecclesia Orientalis his modis afflicta a Symmacho Papa opem imploravit, data

data ampliſſima Epiſtola, quæ pro vete- Sæculum VI.
ri more etiam ad ceteros Occidentis A. C. 512.
Epiſcopos directa videtur. Orientales
in Communionem Papæ (*) reſtitui pe- *To. 4. Conc. p. 1304.*
tunt, & nulla pœna puniri propter Aca-
cii culpam, cujus participes non eſſent,
cum S. Leonis Epiſtolam, & Concilium
Calcedonenſe reciperent. *Ne ideo nos repellite*, inquiunt, *quod cum Adverſariis noſtris communicemus, nam qui communicant, non vitæ amore, aut timore mortis id faciunt, ſed ne greges ſuos Hæretici tanquam lupi rapaces invadant. Et omnes tam illi, qui in ſpeciem communicant, quam illi, qui abſtinent, poſt Deum auxilium veſtrum expectant, ſperantque, vos Orienti Lucem, quam a principio inde accepiſtis, reddituros. Tanta eſt calamitatis noſtræ acerbitas, ut ne quidem ad vos ire, & remedium quærere liceat, ſed neceſſarium eſt, ut vos veniatis.* Tandem, ut Catholicos eſſe liqueat, quam Doctrinam teneant, in fine Epiſtolæ profitentur. Neſtorium, & Eutychen aperte damnant, & duas in JEſu Chriſto Naturas divinam humanamque in una Perſona conjunctas fatentur.

Epiſto-

(*) Invictum contra omnes Argumentum, qui putant ſe poſſe eſſe Orthodoxos, etiamſi cum Eccleſia & Pontifice Romano non communicent.

Sæculum VI. A. C. 512.

Ep. 8. p. 1301

Epistolam habemus Symmachi Papæ ad Orientales datam, quæ ad illam, cujus modo meminimus, responsum esse videtur, etsi de ea expresse mentio non fiat. Papa Orientales consolari conatur, (*) hortaturque, ut iis, quæ semel contra Eutychen definita fuerunt, constanter inhæreant, &, si necessarium fuerit, pro Fide exilium, & ultima omnia patiantur. Vult, ut a Communione Eutychianorum recedant, & pronunciat, nullum aliud supereſſe Remedium, quo ad Communionem S. Sedis redeant, quam si illos, quos S. Sedes condemnavit, nimirum Eutychen, Dioscorum, Timotheum, Petrum, & Acacium, condemnent. Ac si diceret, Professionem Fidei Orientalium, ut ut sit Catholica, nihil prodesse, nisi simul istos homines condem-

(*) Dicit Tillemontius in Articulo: *S. Macedonius*, je ne sai si les Orientaux s' etoient aussi addressés aux Evêques des Gaules. Mais ils trouverent plus de bonne volonté dans un Païs si eloigné d' eux même parmi les Barbares & les Ariens qu' ils n' en avoient trouvé a Rome. Nempe Orientales meliorem voluntatem invenisse in Barbara Natione quam Romæ. Hæc conjectura Tillemontii de numero illarum est, quas sine sufficiente fundamento affert. Quid aliud Symmachus Papa facere potuisset regnante Anastasio Principe Hæretico vaferrimo?

demnent. Hæc Epistola octavo Octobr. post Consulatum Felicis, id est, anno 512. data est. Sæculum VI. A. C. 512.

§. XVII.

S. Cæsarius in Italia.

Sub idem tempus Cæsarius Arelatensis Romam venit, nova enim exorta tempestas Virum sanctum in Italiam proficisci compulit. Urbs Arelatensis Regi Theodorico parebat. Apud eum iterum accusatus S. Cæsarius, comprehenditur, & sub fideli custodia adducitur. Ubi Ravennam pervenit, Regiam intravit, salutavitque Regem, qui conspiciens Virum intrepido animo, & habitu venerabilem, assurrexit, detractoque a capite pileo honestissime salvum esse vicissim jussit. Tum interrogat, num itinere multum fatigatus esset, & quo loco Civitatis Arelatensis, Gothorumque, quos imposuerat, res staret. Postquam S. Cæsarius recessit, dixit Rex Theodoricus ad suos: *DEus puniat improbos, qui tam longum iter sine causa suscipere sanctum Virum coegerunt. Ipso ad me ingrediente omnibus artubus trepidavi, tanquam a vultu Angeli. Nefas est malum de Viro tam venerabili suspicari.* *Vit. S. Cæs. lib. I. n. 19.*

Tum Rex in S. Viri Diversorium argenteam pelvim librarum sexaginta, trecentosque solidos misit, jussitque Minis-

Sæculum VI. A. C. 512.

ſtros Epiſcopum ſuo nomine ſalutare in hunc modum: *Rex Filius tuus rogat te, Epiſcope Sancte! ut vas hoc, quod tibi donat, accipias, & in ipſius Gratiam utaris.* S. Cæſarius, qui præter Cochlearia nulla alia ſupellectile argentea ad menſam utebatur, pelvim publice vendi juſſit, & pretio inde accepto multos redemit captivos. Hoc factum ad Regem delatum, atque S. Epiſcopi fores tanta pauperum multitudine anguſtari, ut difficile eſſet accedere. Rex viri pietatem palam laudavit; unde factum, ut Proceres, & Senatores certatim Eleemoſynas mitterent, per manus S. Cæſarii diſtribuendas, & palam dicerent; magnam ſibi Gratiam Deum feciſſe, quod Virum Apoſtolicum videre licuiſſet. Ita S. Cæſarius omnes illos, qui ultra Druentiam amnem capti fuerant, præſertim ex Civitate Arauſiaca, liberavit; vehicula quoque, & pecunias ad ſuos redituris ſuppeditavit.

n. 20. Ravennæ degebat quædam Vidua, cujus Filius juvenis ſub Præfecto Prætorio militabat, & parentem acceptis ſtipendiis alebat. Is in morbum lapſus, jam ad extrema deducebatur. Mater accurrit ad implorandum auxilium S. Viri, qui cum ſupplicis preces repellere non poſſet, ad ejus ædes venit, in terra proſtratus oravit, tumque diſcedens

Pres-

Presbyterum Messianum, qui tunc ei e- Sæculum VI.
rat a Secretis, ibi reliquit jussum, ut se A. C. 513.
moneret, quamprimum juvenis mentis compos fieret. Id factum post unius horæ spatium, aperuit oculos juvenis, dixitque Matri: *Vade, & gratias age Dei Servo, cujus precibus ad vitam redii.* Cucurrit illa, & ingentem lætitiam S. Cæsarius.
lacrymis magis, quam verbis, professa rogavit Sanctum, ut filium suum secum in Galliam duceret, deinceps ipsi semper serviturum. Hujus Miraculi fama non totam urbem solum, sed & totam Provinciam pervasit. Imo S. Cæsarii nomen Romanis quoque innotuit, ubi necdum præsentem, tamen jam omnes Papa, Clerici, Magnates, populus amabant, & conspicere cupiebant.

Igitur Romam ivit, & accessit ad Symmachum Papam, qui Pallium ei dedit, permisitque, ut ipsius Diaconi more Diaconorum in Ecclesia Romana Dalmaticis uterentur; nam illo tempore Diaconi, *S. Greg. L. VII. ep. 113.* & ipsi Episcopi Tunicis tantum, quibus angustæ manicæ, utebantur. In hoc i- *to. 4. Conc. p. 1294.* tinere S. Cæsarius aliqua a Pontifice Rescripta obtinuit. Primum obtulit libellum supplicem, petens, ut aliqui abusus, qui in Gallia gliscebant, damnarentur. Respondit Papa in Epistola Decretali sex- *Ep. 5. p. 1195* ta Nov. Probo Consule id est anno 513. data. Ea complectitur Articulos sex,

Sæculum VI. A.C 513. & in primo, qui majoris momenti est, Fundi Ecclesiæ alienari prohibentur, nisi dentur Clericis de Ecclesia bene meritis, Monachis, aut Peregrinis sustentandis, ea conditione, ut iis, quoad vivant, fruantur. Hic etiam Beneficiorum Ecclesiasticorum origo deprehendi creditur.

Sup. XXX. §. 47. S. Cæsarius illud quoque Romæ obtinuit, ut Lis inter suam Ecclesiam, & Viennensem decideretur. Nam postquam Libellum obtulit, petens, ut Ecclesiæ Arelatensis Privilegia conservarentur, Symmachus Papa jussit, ut id, quod S. Leo cognita causa decreverat, fixum ratumque esset. Tunc autem decretum fuerat, ut Ecclesiæ Viennensis Jurisdictio in Ecclesias Valentianam, Centronensem, Genevensem, & Gratianopolitanam tantum extenderetur, ceteræ vero, de quibus litigabatur, Epis-

Ep. 9. p. 1309 copo Arelatensi subessent. Id apparet ex Epistola Symmachi Papæ ad omnes Episcopos Galliæ 13. Nov. anno 513. data, in qua hortatur, ut sua Jurisdictione contenti eam Potestatis Sæcularis auxilio proferre non præsumerent. Petiit

ibid. p. 1310. etiam S. Cæsarius, ut Episcopus Aquensis suis Mandatis sive eum ad Synodum vocaret, sive alia in causis Ecclesiasticis imperaret, obtemperare teneretur. Respondit Papa in Epistola 11. Junii anni sequen-

quentis Senatore Consule data, in qua Ecclesiæ Arelatensis Prærogativas confirmat, jubetque, ut S. Cæsarius omnibus Causis Ecclesiasticis Galliæ & Hispaniæ invigilet, Episcopos, ubi opus fuerit, convocet, atque Episcopi absque ipsius Licentia Romam non eant. Sæculum VI. A. C. 514.

§. XVIII.

Symmachi obitus. Hormisdas Papa.

Data hac Epistola Symmachus Papa uno tantum Mense superstes fuit, obiitque 19. Julii eodem anno 514. postquam sedisset annis 15. & octo ferme mensibus. Sepultus est ad S. Petrum, vacavitque Sacra Sedes diebus septem. Quatuor Ordinationibus Romæ peractis mensibus Decembri & Febr. Presbyteros 92. Diaconos sexdecim, Episcopos centum & septendecim creavit. Aliquas etiam Ecclesias ædificavit, in quibus posuit Ciboria argentea, quorum unumquodque centum viginti librarum erat. Quippe ejusmodi Ciboria erant Tabernaculis similia, atque columnis innixa totum Altare obumbrabant. In uno eorum visebantur Imagines Salvatoris, & Apostolorum. (*) Canticum *Gloria in Excelsis*, singulis Dominicis, *Lib. Pont.*

(*) En usum pingendi Imagines Apostolorum in veteri Ecclesia!

Sæculum VI. A.C. 514.

& Festis Martyrum, recitandum instituisse dicitur. Symmachus Papa in quarumdam Ecclesiarum Areis, per quas ad ipsam Basilicam accedebatur, fontes salientes adornari, & apud aliquas Ecclesias Thermas extrui curavit. Tota pecuniæ summa, quam diversis Ecclesiis donavit, talentum unum atque quadringentas novendecim libras Romani ponderis conficiebat. (*) Septimo post obitum Sym-

(*) Unser Protestant offenbaret hier wiederum seine Herzensfreude, weil er Gelegenheit hat etwas an dem Pabste Symmachus zu tadeln. Er saget zwar selbst in seiner Anmerkung pag. 111. Er hat manch Gutes aber auch manch Böses an sich gehabt. Allein das Gute verschweiget er, und zieht nur das Böse hervor. Die Vertheidigung dieses Pabstes ist in seinen Augen noch zweydeutig. Ja freylich in den Augen unsers Uebersetzers ist ein jeder Römischer Pabst, wenn er nur angeklagt wird, schon zum Voraus schuldig und verurtheilet: Ferner heißt es: In seinem Antwortschreiben an die Morgenländischen Bischöffe begehrte er, daß sie gewisse Personen namentlich vermaledeyen solten, welches sich zum Sinne Christi und seiner Apostel schlecht schicket. Man hat zu allen Zeiten, wenn es die Umstände erfoderten, in der wahren Kirche von einigen verlanget, daß sie nebst der Ketzerey auch einige Personen nennen solten, oder das Anathema darüber sprechen. Das hat

Symmachi Die, 26. Julii, anno 514. Senatore Consule, qui est Cassiodorus, electus

Sæculum VI
A. C. 514.

hat die Kirche JEsu Christi von dem heil. Paulus ad Cor. 1. c. 5. gelernet, mein überkluger Herr Protestant! und war es von dem heil. Symmachus nicht so gemeynet, daß man die Person, welche vor GOtt ist, wie sie ist, vermaledeyen solte, sondern nur anzuzeigen, daß man mit derselben weder lebendig noch todt eine geistliche Gemeinschaft haben wolle, oder vielmehr, um alle Zweydeutigkeit aus dem Wege zu räumen.

Uebrigens könnte ich fragen, ob dieser Anmerkungmacher nach dem Sinne Christi handele, da er einen Katholischen Schriftsteller übersetzet, solchen hundertmal verfälschet, und die ganze Katholische Geistlichkeit, und Päbste beschimpfet und lästert? Was haben diesem Lästerer Fleury, und die rechtglaubige Geistlichkeit gethan?

Zu Ende saget er: Jedoch *Symmachus* hat an die Beförderung der Hoheit des Römischen Stuhls mit Hand angeleget, er hat Kirchen gebauet, und reichlich beschenket, und das ist schon genug, daß man . . . sein Gedächtniß jährlich den 19. Julius verehret. Wenn man das Gedächtniß des heil. Pabstes Symmachus ehret, so geschiehet solches, weil er manch Gutes an sich gehabt, wie es der Uebersetzer selbst gesteht, und weil das Böse niemal erwiesen worden. Nur merke sich unser Uebersetzer wohl die Worte Prov. 9. *Si autem illusor fueris, solus portabis malum.* R. P. Florianus Bahr S. J.

in

Sæculum VI. A. C. 514.

ctus est Hormisdas Diaconus Justi Filius Frusinone in Campania natus, qui S. Sedem annis novem tenuit.

§. XIX.

Seditio in Imperatorem Anastasium movetur.

p. 1421. to. 4. Conc. Theoph. p. 134.

Anastasius Imperator, ut motus in finibus Scythiæ exortos componeret, Hormisdæ Papæ auxilium expetiit; nempe cum Vitalianus ad arma prorupisset, contra Imperatorem Anastasium concitatus a Catholicis, impatientissime ferentibus, quod atrociter illos persequeretur, qui cum Timotheo Patriarcha communicare recusabant. Cum Abbas in Monasterio Dei mortuus esset, illo Timotheus se contulit, ordinaturus Defuncti Successorem; Is vero dixit, non passurum se ordinari a Viro, qui Concilium Calcedonense anathematizaret. Respondit ei Timotheus: *Quisquis Concilium*

Theod. Lect. p. 563.

---

in seinen Chinesischen Merkwürdigkeiten (dieses Büchel Chinesische Merkwürdigkeiten ist bey Verleger dieß auch zu haben.) herausgegeben 1758. hat über den Herrn Johann Mosheim und den Uebersetzer der Chinesischen Beschreibung R. P. du Halde aus dem Französischen 1748. eben solche Klagen, als ich über den Uebersetzer des Fleury. So machen sie es.

cilium Calcedonense rejicit, Anathema sit! Sæculum VI.
his, ipsius manibus ordinatus est Abbas. A. C. 514.
Tunc Archidiaconus Joannes, qui erat Manichæus, cœpit Timotheo convicia ingerere, festinavitque, id nunciare Imperatori. Anastasius, accersito Timotheo, cum ipso jurgari, quod Concilium laudaret; Timotheus factum negavit, atque edicere ausus est; *Quicunque Calcedonense Concilium recipit, Anathema sit!*

Sexta Nov. anno 511. cum Constantinopolitani inter publicas preces procederent, in memoriam illius diei, qua ci nis de cœlo lapsus toti Regioni olim perniciem attulerat, jubente Anastasio Imperatore Plato Civitatis Constantinopolitanæ Præfectus & quidam alii Magistratus in Ecclesia S. Theodori Spharacii suggestum conscenderunt, cantaruntque *Trisagion* cum addito: *Crucifixus pro nobis.* Populus indignatus omissis precibus fugit. Multi *Trisagion* sine addito & more solito cantare perseverarunt; hinc multi Catholicorum in Ecclesia interempti, multi carceri dati. Eodem tempore Timotheus Patriarcha ad omnes Ecclesias litteras misit jubens, ut in publicis precibus procedentes *Trisagion* cum addito cantarent. Aliqui cogente timore obtemperarunt, at Monachi sine addito cantabant, quod cum Populus

Marcell. an. 512. Theoph. p. 136. Evag. III. hist. c. ult.

Seditio Constantinopoli.

Sæculum VI. A.C. 514.

audiret clamabat: *Salvete orthodoxi Viri!* inde magna Seditio commota. Populus in forum procurrit, & parte una ibi manente, atque diu noctuque *Trisagion* ingeminante, pars alia per urbem cursitabat, Monachos illos, qui Imperatori assentabantur interfecturi. Cum præter alios quemdam in Domo Marini Syri reperissent, Caput ipsius amputarunt, & perticæ impositum detulerunt clamantes: *Ecce Trinitatis hostem!* is enim Additionis blasphemæ Auctor credebatur. Multæ aliæ cædes commissæ, multorum ædes incensæ. Præter alias etiam Marini, & Pompeji Domus flammis absumptæ. Claves Civitatis & Signa Militaria in forum, ubi Catholici quasi castra posuerant, illata, Imagines, & Statuæ Anastasii in terram dejectæ a clamantibus, alium eligendum Imperatorem, & poscentibus Vitalianum Militiæ Magistrum Patricioli filium, Aspari Nepotem. Alii ad Julianæ Genus respicientes Areobindum ejus Conjugem Imperatorem expetebant.

Sup. XXIX n. 29. Chr. Pasch. an. 512. p. 530. Marcell. Chro. an. eod.

Celerum, & Patricium ad compescendum tumultum missos seditiosi emisso lapidum grandine arcuerunt. Fugiens Imperator, in Suburbio, quod Blachernas appellabant, latuit, Imperatrice Arianna conjugem strenue objurgante, quod tot malorum causa Christianis esset.

Tandem

Tandem ut furentem populum deliniret, & misericordiam moveret, abjecta corona in Hippodromum processit. Multi usque ad ejus suggestum accesserunt cantantes *Trisagion*, offerentes ei Crucem, & Evangelium, simulque postulantes, ut Marinus, & Plato neci darentur. Anastasius per Præcones edici jubet, Imperium se abdicaturum, sed Regnum utique plures quam unum non capere, & unum solum sibi posse succedere. Magna deinde pollicitus est, & fidem se servaturum juravit. Populus repente, & quasi prodigio, mutatus, rogavit, ut coronam resumeret, & nihil ultra se moturum promisit. Hoc modo Seditio post triduum, ex quo concurrente in forum populo orta erat, remisit, singulis domum remeantibus. Ceterum nihil populo profuit illa commotio, nam Anastasius nihil eorum, quæ promiserat, præstitit.

Sæculum VI. A. C. 514.

Evagr. III. c. ult.

§. XX.

Severus Patriarcha Antiochenus.

Interim memori mente reposuerat Anastasius, Flavianum Antiochenum, & Eliam Jerosolymitanum obstitisse, quo minus, quæ ipse optabat, in Concilio Sidonienſi procederent, & Sede sua ejicere utrumque decreverat. Primo aggressus est Flavianum. Monachi Duce Xenaja ex Regione, quæ Cynegica dicebatur,

Sup. n. 12. *Evagr. III. c.* 32.

Sæculum VI. A. C. 514.

batur, & ex prima Syria collecti magno tumultu Antiochiam venerunt, insolenter & imperantibus similes postulantes, ut Flavianus Concilium Calcedonense, & Epistolam S. Leonis anathematizaret. Indignabatur Flavianus, cumque Monachi non ferenda impudentia Episcopum cogere vellent, populus Antiochenus in furorem versus, haud paucos Monachos necavit, & occisorum corpora in Orontem projecit. Ex Parte alia Monachi secundæ Syriæ Defensionem Flaviani sibi suscipiendam putarunt, quod is vitam Monasticam in Monasterio Regionis, quam *Tilmognon* appellabant, duxisset. Ergo Antiochiam venerunt, ut eum tuerentur, & multorum causa malorum extiterunt. Inde obtentus Imperatori datus pellendi Flavianum, eumque Petram Palæstinæ & Arabiæ conterminam urbem relegandi. In ipsius Sedem intrusus est Severus Monachus Schismaticorum Dux. Is Sozopoli in Pisidia natus, primum Beryti Causidicum egit, tum in Ecclesia S. Leoncii Martyris Tripoli in Phœnicia baptizatus est. Post hæc secessit in Monasterium inter Gazam, & Majumam positum, quo etiam concesserat Petrus Iberianus Episcopus Gazensis ordinatus a Theodosio & cum Timotheo Eluro pulsus. In hoc Monasterio Severus initio Catholicus creditus est, postea vero Concilium

Evagr. III. c. 33. Liberat. brev. c. 19.

cilium Calcedonense aperte impugnavit. Acriter non nunquam adversus ipsum disputavit Abbas Nephalius, qui cum olim in eodem errore fuisset, postea ad sanam Doctrinam redierat. Nephalius Severum & plures alios iisdem opinionibus infectos Monasterio expulit. Inde Severus ad Monasterium Romani confugit, eumque Petri Mongi Fautores Constantinopolim miserunt, ipsorum Causas tractaturum. Ibi eum noviisse cœpit Imperator, & amare, ut diximus. Severus erat simpliciter Eutychianus. Non solum cum Anathemate rejiciebat Concilium Calcedonense, sed neque Henoticum Zenonis recipiebat. Affirmare audebat, post Incarnationem in JESU Christo unicam esse Naturam, eamque corruptibilem. Anti-Concilium Ephesinum recipiebat, quod primo in eadem Civitate celebrato æquale æstimabat, & Dioscorum eodem loco ac S. Cyrillum habebat. Dicebat, Hypostasin, & Naturam esse rem eandem. Itaque in Trinitate tres Naturas, tres Divinitates, tres Deos fingebat.

Sæculum VI. A. C. 514.

v. S. Sabæ n. 56.

Anastasius, ut eo facilius Severum in Sedem Antiochenam intruderet, Ministros Aulicos misit cum magna pecuniæ vi, quam in populum spargerent. Iidem Flaviano suaserunt, ut paulisper urbe excede-

Theoph. p. 134. Vita S. Sabæ. n. 56.

Sæculum VI. A. C. 514.

cederet, (*) dum Seditio deferveret. Cumque ille exiſſet in locum, quem *Platanes* dicebant, ſine mora Severum Epiſcopum Antiochenum ordinari curarunt, & Flavianum cum multis aliis partim Epiſcopis partim Clericis, & Monachis in Exilium miſerunt. Severus ordinatus eſt Epiſcopus anno æræ Antiochenæ 561. Indictione ſexta Menſe *Dius*, nempe Menſe Nov. anno J. C. 512. Illico undique emiſit litteras ſuas Synodales, in quibus nominatim Concilium Calcedonenſe anathematizabat. Eæ vero in Palæſtina non fuere receptæ, ſed illi, qui attulerant, probroſe ejecti. Ex Epiſcopis Eccleſiæ Antiochenæ ſubjectis aliqui ſeduci ſe paſſi ſunt, quos inter fuit Marinus Berytenſis, alii torrenti ceſſerunt, non nulli poſtquam conſenſiſſent, factum retractarunt, ſicut Epiſcopi Eccleſiæ Apamienſis Suffraganei. Fuere, qui conſtanti animo Synodales Severi recipere recuſarunt, atque inter hos Julianus Boſtrenſis, Epiphanius Tyrienſis, & quidam alii numerantur. Inventi fuere, qui Eccleſias ſuas relinquere, quam conſentire maluerunt, nempe Julianus Boſtrenſis, & Petrus Damaſcenus. Hi in Monaſteria Palæſtinæ ſe receperunt, nam Julianus S. Theodoſii Diſcipulus fuerat.

Severus Antiochenus.

Epiſt. ad Aloyſ. ap. Evagr.

Abbas

(*) Hæc anticipato narrat Fleurius.

Abbas Mamas unus ex Schismaticorum Principibus, qui cum Severo Constantinopoli veram Fidem impugnaverat, & magna Imperatoris familiaritate fruebatur, Severi arrogantia offensus, opera S. Sabæ ad Ecclesiæ Catholicæ Communionem reductus est. Majora fuere Cosmi Episcopi Epiphaniæ ad Orontem fluvium, & Severiani Arethusani Vicini ejus molimina; his enim satis non fuit a Communione Severi recedere, sed ei Antiochiam Decretum Depositionis miserunt. Usi sunt opera Aureliani Ecclesiæ Epiphaniensis Archidiaconi, qui hac Legatione fungeretur. Is, cum timeret Severi Potentiam, ubi Antiochiam pervenit, fœminarum vestimenta induit, earumque gestus, & ritus imitabatur, caput longo velamine, quod ad umbilicum dependebat, contexerat. Ita inter suspiria, & lamenta Severo, ædibus egredienti, Sententiam Depositionis tradidit, ac si esset libellus supplex. Mox multitudini immixtus fuga se proripuit, priusquam Severus libellum perlegisset. Re ista comperta Imperator Asiatico Phœniciæ ad Libanum Præfecto mandavit, ut Cosmum, & Severianum Sedibus suis pelleret. Ille videns, maximum Sectatorum numerum esse Episcopis, quos præterea Civitatum incolæ strenue essent defensuri, rescripsit, viros sine cæ-

Sæculum VI. A. C. 514.

Vit. S. Sabæ n. 55.

Evagr. III. c. 34.

de,

Sæculum VI. A.C. 514.

de, & sanguine expelli non posse. Imperator respondit, nolle se, ut vel guttula sanguinis funderetur.

n. 56.

Quia igitur Elias Patriarcha Jerosolymitanus Epistolas Synodales Severi recipere recusaverat, is Epistolas easdem Mense Majo sexta Indictione nempe anno 513. denuo ad Eliam misit cum quibusdam Clericis & militaribus Imperatoris Ministris, qui rem hanc vi extorquerent. Quod ubi ad S. Sabam delatum, Jerosolymam venit cum ceteris Deserti Abbatibus, illos, qui litteras Severi attulerant, urbe expulit, cumque undecunque magnam Monachorum multitudinem ad Montem Calvariæ, populumque Jerosolymitanum congregasset, clamabant: *Anathema Severo, & omnibus illis, qui cum ipso communicant,* præsentibus, & audientibus Magistrianis, Ducibus, & Militibus, quos Imperator miserat.

Severus etiam *Almondar* Ducem Saracenorum, qui Persis parebant, in suas partes pertrahere adlaborabat. Almondar Romanorum, id est Græcorum, agros in Arabia, & Palæstina, depopulabatur. Credibile vero est, S. Sabæ aliorumque Monachorum, qui in Palæstina degebant, miraculis permotum ab Eutychianis abhorruisse; nam conversus est, & a Catholicis baptizatus. Severus misit ad

Theodt. lect. 11. *p.* 564.

eum

eum duos Episcopos, qui Neophytum perverterent, quibus ille dixit: *Modo Epistolæ mihi redditæ sunt, in quibus nunciatur, S. Michaelem Archangelum fatis functum esse;* cumque ipsi responderent, Rem hanc esse impossibilem, addidit: *Quo igitur pacto JEsus Christus si purus Deus fuit, & Naturam Humanam non habuit pro nobis crucifixus est, cum nec Angelus mori possit?* His rubore suffusos dimisit. Sæculum VI. A. C. 514. *Theoph. an. 22. p. 137.*

§. XXI.

Imperator Papæ scribit.

Interea Vitaliano omnia prospere procedebant. Is armis arreptis multas Imperatoris copias delevit, pecunias & arma Anastasii exercitibus destinata occupavit, & Nepotem ejus Hipacium cepit. Tandem Thracia, Scythia, & Mœsia in potestatem redactis ante urbis Constantinopolitanæ portas castra posuit. Tunc vero Imperator Anastasius rebus desperatis emisit ad Vitalianum Senatores, qui Pacem poscerent, & suo nomine promitterent, se Episcopos Exules revocaturum. Vitalianus ante omnia conditionem præscripsit, ut Macedonius Constantinopolitanus, & Flavianus Antiochenus, suis Sedibus redderentur. Concilium Generale congregaretur, cui Papa interesset, & tot in Catholicos ad- *Theoph. an. 23. Marcell Chr. an. 51.*

Saeculum VI. A. C. 515.

missa facinora examini subjicerentur. Cum in has conditiones Imperator, Senatus, & Magistratus jurassent, Vitalianus militem abduxit, & Hipacium Anastasii Nepotem libertati restituit.

To. 4. Conc. p. 1420.

Ut inita pacta impleret, Imperator Anastasius ad Hormisdam Papam 12. Jan. anno 515. Anthemio, & Florentio Consulibus litteras dedit. Initio diuturnum silentium excusare conatur, causam in Pontifices ipsius Antecessores rejiciens. Deinde Hormisdam rogat, ut in Scythiæ turbis extinguendis, propter quas convocanda Synodus, Conciliatorem agat. Hanc Epistolam Romæ Patricius 27. Martii reddidit. In alia Epistola Anastasius dicebat, Concilii locum fore Heracleam Civitatem in Europa, scilicet in Thracia, rogabatque Papam, ut prima Julii illius anni 515. illo se conferret. Papa dedit Responsum, lætitiam professus, quod Imperator tandem triste silentium rupisset, promisitque ampliores ad eum se daturum Epistolas, postquam causam & materiam convocandi Concilii sciret. Hæc Epistola 4. Aprilis 515. data. In altera data octava Julii promittit Pontifex, missurum se brevi Episcopos cum Mandatis. Vitalianus quoque Legatos ad Papam miserat, atque Theodoricus Rex Italiæ eidem instabat, ut Constantine-

p. 1425.

Ep. 2. & 6.

Ep. 4.

tinopolim Legatos mitteret. (*) Itaque Hormisdas, postquam hac super re in aliquo Concilio fuisset deliberatum, Ennodium Episcopum Ticinensem, editis libris celebrem, alium Episcopum, cui nomen Fortunatus, Venantium Presbyterum, Vitalem Diaconum, & Hilarum Notarium in Græciam delegavit. His Papa mandata dedit, quorum initium hujusmodi est.

Sæculum VI. A.C. 515.

Lib. Pont. in Hormisd.

Theoph. an. 23. p. 137.

§. XXII.

Pontificis Mandata Legatis data.

Ubi in Græciam pervenietis, si Episcopi vobis obviam processerint, eos decenti humanitate excipite. Si vobis Diversorium præparaverint, non recusate, ne Laicis videamini Pacem non quærere. Si ad mensam vos invitaverint, honestam excusationem afferte dicentes: Orate Deum, Fratres! ut ante omnia alia in Mensa Mystica communicemus, & tunc demum in convivio communi sincere lætabimur. Alia si obtulerint, nolite accipere, nisi vebicula, si fuerit necessarium. Dicite, vobis nibil deesse, & sperare vos, etiam corda ipsorum lucraturos. Postquam ur-

p. 1426.

(*) Wie hat unser deutsche Uebersetzer können hinschreiben die Morgenländer hätten sich um die Hoheit des Römischen Bischoffes nicht bekümmert?

Sæculum VI. A. C. 515.

bem Constantinopolim ingressi fueritis, illo, quo Imperator jusserit, divertite, & antequam in conspectum Principis admissi fueritis, neminem recipite, nisi quos ad concordiam reducendam zelosissimos sciveritis, caute tamen, & ut discatis, quæ rerum sit facies.

Dum in conspectu Imperatoris fueritis, reddite Epistolas nostras, & dicite: Pater tuus tibi Salutem dicit. Orat Deum quotidie, ut prosperum sit Regnum tuum, per SS. Petri, & Pauli intercessionem. Orat, ut Deus, qui tibi desiderium S. Sedem consulendi ad pacandam Ecclesiam dedit, etiam tribuat voluntatem perfectam. De nulla re sermonem inchoabitis, priusquam Epistolas vestras acceperit. Et postquam lectæ fuerint, subjungite: Papa etiam litteras dedit ad Famulum tuum Vitalianum, qui Legatos ad ipsum cum bona tua venia, ut scripsit, miserat. Jussit vero Papa, ut Epistolas, quas ad eum habemus, ipsi, nisi licentiam feceris, non reddamus. Si Imperator litteras, quas ad Vitalianum damus, sibi tradi petierit, respondebitis: Id Papa nobis non præcepit. Ut tamen litterarum istarum sinceritatem cognoscas, sciasque, nulla alia causa scriptas, quam ut permovearis ad pacem Ecclesiæ concedendam, da nobis quosquam, quibus præsentibus prælegamus. Si Imperator dicat; forte & alia

Sæculum VI. A. C. 515.

alia, & arcana vobis sunt mandata. Respondebitis: Istud avertat Deus, non habemus, non sunt hi mores nostri. Venimus, ut causam Dei agamus, absit, ut eum offendamus! simplex est Papæ intentio, nil aliud quærit, nil optat, quam ne Patrum Constitutiones corrumpantur, sed Hæretici ex Ecclesia ejiciantur. Amplius his nihil in mandatis habemus.

Si Imperator dicat: ideo Papam ad Concilium invitavi, ut si quæ difficultas existat, terminetur. Respondebitis: Hinc Gratias Deo agimus. Optimum vero Remedium, quo Ecclesiarum concordia reducatur, erit, si ea observes, quæ Antecessores tui Marcianus, & Leo observarunt. Si interroget, quænam ea sint. Dicetis: Si Concilium Calcedonense, & Epistola S. Leonis Papæ non impugnentur. Si dicat: Concilium Calcedonense, & Epistolas Leonis Papæ recipimus. Gratias agetis Principi, & pectus ipsius osculabimini, dicentes: Nunc experimur, Deum tibi esse propitium. Hæc est Fides Catholica, sine qua ortbodoxus esse nemo potest. Si dicat: Episcopi Catholici sunt, & a Patrum Regulis non deflectunt. Respondebitis: Unde ergo in Ecclesiis harum Provinciarum tanta Dissensio? Si dicat: In pace vivebant Episcopi, Papæ Antecessoris litteræ quietem turbarunt. Dicetis: Epistolæ Symmachi in manibus

Legatorum Pontificiorum Mandata.

Sæculum VI. A. C. 515.

noſtris ſunt. Si in illis nihil aliud continetur, quam talia, quæ, ut dicitis, vobis placent, Concilium Calcedonenſe, S. Leonis Epiſtola, & exhortationes ut huic Doctrinæ inhæreamus, quid illud eſt, quod in Symmachi litteris reprehendi poſſit? His verbis preces addetis, & lacrymas viriles, dicentes: Auguſte! Deum cogita, Judicium ejus ante oculos tuos ſit! Patres, qui hæc Decreta condiderunt, ſecuti ſunt S. Petri Fidem, ſupra quam ædificata eſt Eccleſia.

Si Imperator dicat: Ergo communicate mecum, quia Concilium Calcedonenſe & Epiſtolas Leonis Papæ recipio. Reſpondebitis: Hanc mentem tuam ſummo gaudio percipimus, rogamusque, ut Schisma Eccleſiarum tollas. Jam omnes Epiſcopi ſciant, quid ſentias, ſciant te Concilium, & Epiſtolas Leonis recipere. Si quærat, quo ordine iſta executioni danda. Reſpondebitis humillime: Papa ad Epiſcopos univerſos ſcripſit. Junge Epiſtolas tuas, profitere, te ea credere, & defendere, quæ Sedes Apoſtolica docet. Tunc profecto qui Orthodoxi ſint, qui non ſint, patebit. His conditionibus venturus eſt Papa, ſi fuerit neceſſarium, & nihil, quod ad reconciliandas Eccleſias utile ſit, recuſabit. Si Imperator dicat: bene habet! interim Epiſcopum hujus Civitatis recipite. Reſpondebitis ſubmiſſe: Auguſte! de

de duobus viris hic agitur, (nempe Macedonio, & Timotheo) *privata est hæc Causa. Prius universalis Episcoporum causa decidenda est, & inter omnes Communio restituenda, tunc melius istorum Causa, aut aliorum, qui extra suas Ecclesias sunt, tractabitur. Si Imperator dicat: Hæc Macedonium tangunt. Intelligo astutiam vestram. Hæreticus est, & nulla ratione fieri potest, ut revocetur. Respondebitis: Neminem nominamus, sed ea afferimus, quæ & tuæ Conscientiæ, & Famæ prosint, ut, si Macedonius Hæreticus est, id omnes sciant, & nemo dicat, injuste fuisse oppressum.* Sæculum VI. A.C. 515.

Si Imperator dicat: Episcopus hujus urbis Concilium Calcedonense, & Epistolas Leonis Papæ recipit. Respondebitis: Eo melior ipsius Causa erit. Quia vero dedisti Vitaliano licentiam, ut, quæ ipsum respiciunt, coram Papa examinentur, illa relinquenda sunt integra. Si Imperator dicat: Num urbs mea sine Episcopo erit? Respondebitis: Plura dantur Remedia, quibus fiet, ut Communione non careas, & Judiciorum Forma servetur. Interim aliorum Episcoporum Causa suspendi potest, quo tempore Episcopi Constantinopolitani locum tenebit talis, qui Tuæ Fidei Confessioni, & S. Sedis Decretis consentiat.

Sæculum VI. A. C. 515.

p. 1429.

Deinde in Mandatis ista sequuntur: *Si vobis Libelli offerantur contra Episcopos alios, præsertim illos, qui Concilium Calcedonense anathematizant, & S. Leonis Epistolas rejiciunt; accipite libellos, sed Causam S. Sedis Judicio reservate. Si Imperator omnia facturum se promittat, ea conditione, ut ipsi veniamus, absolute necessarium est, ut prius Epistola ipsius in Provincias mittatur, & aliquis ex vestris ab ipso missum comitetur, atque hoc modo omnes intelligant, Imperatorem Concilium Calcedonense, & S. Leonis Epistolas recipere. Tunc scribetis, ut veniamus. Præterea mos est, omnes Episcopos ab Episcopo Constantinopolitano ad Imperatoris conspectum deduci. Si hujus Consuetudinis obtentu cogere vos velint ad colloquendum Timotheo, idque prævidere possitis, dicetis: Mandata Papæ nobis præcipiunt, ut Tuæ Clementiæ loquamur sine ullo Episcopo, & constanter recusabitis, donec huic consuetudini renunciet. Si Imperator nolit, aut si industria utantur, & improviso vobiscum Timotheus coram Imperatore adsit. Dicetis: Rogamus, ut Pietas tua privatim nos audiat, & sic Mandata nostra exponamus. Si jubeat, coram Timotheo loqui, Respondebitis: Nolumus ipsum offendere, sed habemus Mandata, quæ ipsum tangunt, & coram ipso loqui non possumus. Denique Timotheo*

Mandata Pontificis.

motheo præsente nibil omnino in medium afferte. Sæculum VI. A. C. 515.

Hæc sunt Mandata, quæ Hormisdas Papa suis Legatis dedit, & ex quibus elucet Prudentia, & Charitas. Antiquissimum omnium istud est, quod ad nos usque pervenerit, hujus generis Monumentum. Ceterum nemo miretur, Papam futuras quæstiones, & responsiones Imperatoris tam exacte divinasse, nam eas ex sermonibus Patricii ab Anastasio missi, & a Vitaliani Legatis didicisse poterat. Post hanc Instructionem leguntur aliqui Articuli, in quibus quasi summa totius Legationis continetur, & subjungitur; Episcopos, qui Ecclesiæ reconciliari voluerint, in Ecclesia audiente populo debere profiteri, quod Fidem Calcedonensem, & S. Leonis Epistolas recipiant, atque Nestorio, Eutychi, Dioscoro & Sectatoribus eorum Timotheo Eluro, Petro, iisque, qui in eadem causa damnati sunt, adversentur. Insuper Acacium Constantinopolitanum Petrum Antiochenum & Asseclas ipsorum anathematizent. Hæc scribant manu sua præsentibus testibus electis secundum formulam ex Tabulis Ecclesiæ Romanæ productam, quam Hilarius Notarius defert. Illos, qui Ecclesiis suis expulsi fuissent, si cum Sacra Sede communicassent, ante omnia esse revocandos. Papa Le-

Sæculum VI. A. C. 515.

gatis suis Epistolam ferendam commisit ad Imperatorem datam, quæ paucis continet easdem conditiones, quibus Ecclesiæ ad concordiam redeant, offertque Papa se ipsum ad celebrandum Concilium profecturum, ut tantum Bonum præstaret, quamvis Res ista sine exemplo esset. Hæc Epistola eodem anno 515. 11ma Aug. data.

ep. 5.

§. XXIII.

Anastasii Imperatoris Versutia.

p. 1432. Anastasius Imperator, ut moras traheret, Papæ Legatos dimisit cum Epistola, in qua profitetur, se Nestorium, & Eutychen damnare, atque Concilium Calcedonense recipere. Ubi vero de Acacio agitur, durum nimis ipsi videtur, vivos Ecclesia expellere propter mortuos, cum præterea sciret, id sine cædibus effici non posse. Addit, omnia melius in Concilio componenda, seque Legatos missurum, qui Papæ voluntatis suæ puritatem demonstrarent.

Ep ad Avit. p. 1446. Ennodio promiserat, Episcopos se missurum, sed misit Laicos tanquam ad negotium minoris momenti expediendum, nempe Theopompum Comitem Domesticorum, id est, Prætorianorum Ducem, & Severianum Comitem Consistorii, id est, Imperatori a Consiliis publicis. Nec eos prius misit, quam media

dia pars anni sequentis præteriisset, nam in excusationem obtendebat hyemis rigorem, & longum iter. Id videmus ex Epistola ad Papam, quam eis ferendam tradidit, 17. Kal. Aug. Petro Consule, id est, 16. Jul. 516. Epistolam alteram eis commisit ad Senatum Romanum, quem rogat, ut Regem Theodoricum, & Papam ad procurandam Ecclesiæ Pacem hortetur. Senatus datis litteris Imperatori respondit, Pontifici Pacem unice in votis esse, eam vero sperari non posse, quamdiu nomen Acacii non deleretur. Papa, omissa de Acacio mentione, idem ferme respondit, nec opus sibi esse Senatorum hortatu, quippe se sponte ad pedes Imperatoris prostratum Pacem Ecclesiæ enixe orare.

p. 1439. 1437.

ep. 6.

§. XXIV.

Episcopi Illyrici Papæ consentiunt.

Eodem tempore, quo Ennodius, Fortunatus, & ceteri Papæ Legati Constantinopoli versabantur, aliqui Episcopi Catholici ex Illyrico etiam aderant. Anastasius Imperator quatuor eorum præcipuos Laurentium Lignidanum, Alcysonem Nicopolitanum, Gajanum Naissenum, & Evangelium Paulitalensem ad se adduci jussit, & ad Exilium damnavit. Alcyson relicto Schismate redierat ad Communionem Ecclesiæ Romanæ, & Fidem

Epist. Syn. to. 4. *Conc. p.* 1440. *Marcell. Chr. an.* 516. *Hormisd. ep.* 18. *ap. Evagr. III. c.* 31.

Sæculum VI. A.C. 516.

Fidem Catholicam, & exinde ferventissimis ejusdem Defensoribus adnumeratus est. Id ex Epistola, quam Monachi Palæstinæ Catholici de Turbis Ecclesiæ Orientalis sub idem tempus ad eum dederunt, cognoscimus. Evangelius, & alius Episcopus, cui nomen Domnion, illico ad suas Ecclesias remissi, quod Imperator militum Catholicorum in Illyrico iracundiam pertimesceret. At Laurentium Lignidanum Constantinopoli quasi in Exilio retinuit, quem etiam ad Regiam non nunquam accersebat, ubi Laurentius Episcopali vigore Fidem Catholicam propugnans, Imperatorem coram Proceribus suis sæpius convicit. Ad suos deinde dimissus obiit octogenarius. Alcyson, & Gajanus Constantinopoli diem clauserunt.

Theoph. an. 25. Anast. p. 129.

Dorotheus Episcopus Thessalonicensis, Imperatorem metuens, Timothei Constantinopolitani Communionem amplexus est. Econtra quadraginta Episcopi ex Illyrico & Græcia in Concilio congregati datis litteris professi sunt, quod a Communione ejus, etiamsi Metropolita ipsorum esset, discederent, miseruntque Romam, qui nomine omnium cum Papa communicarent. Aliorum ex Illyrico Episcoporum litteras nullas habemus nisi illorum, qui in antiqua Epiro degebant, eorumque Metropolitæ Joan-

Joannis Episcopi Nicopolitani, qui Alcysoni successerat. In illis primo legitur Epistola Synodalis, qua Papam de Ordinatione Joannis certiorem faciunt. His Episcopi octo subscripserunt. Deinde ponitur Epistola Joannis privata, in qua affirmat, se quatuor Concilia Generalia recipere, atque Dioscorum, Timotheum Elurum, Petrum Mongum, Acacium, Petrum Fullonem, anathematizare, item Epistolas S. Leonis recipere, rogatque Pontificem, ut amplius edocere velit, quid sibi circa hæc observandum faciendumque. Sæculum VI. A. C. 516. Episcopi Illyrici. *Synod.* p. 1440. p. 1438.

Hormisdas Papa Joanni Nicopolitano & Concilio ejus respondit; illis, qui Ecclesiæ reconciliari cuperent, nominatim damnandos esse Nestorium, Eutychen, & Acacium, scilicet non Hæresis Auctores modo, sed etiam Sectatores, secundum commentarium, quem per manus Palionis Ecclesiæ Romanæ Subdiaconi ad eos misit. Huic Subdiacono etiam commisit mandata sequentia: *Postquam Nicopolim perveneris, & Episcopus Epistolas tuas acceperit, cura, ut suæ Provinciæ Episcopos convocet, & Libello, qui his litteris junctus est, subscribere jubeat. Si dicat, Episcopos convocari non posse, mittat vobiscum aliquos, qui ad singulos Episcopos proficiscantur, & singuli vobis præsentibus subscribant.* p. 1444.

Epi-

Sæculum VI. A.C. 516.

Epistolas nostras publice recitari curabitis, quod si facere timore impediantur, saltem ipsi Clericis suis prælegant, utrum facere velint, optionem habeant. Subscribentium deinde Nomina, & Joannis Metropolitæ ipsorum ad nos afferetis, & nullibi moras trahetis, ne incidatis in Adversariorum insidias. Epistolæ istæ ad Episcopos Epiri Mense Nov. anno 516. datæ sunt.

§. XXV.

Epistola Papæ ad S. Avitum Viennensem.

Avit. Ep.to. 4. Conc. p. 1445.

Hormisdas Papa anno superiore 515. ad S. Avitum Episcopum Viennensem dederat Epistolam, ut Conversionem Provinciarum Dardaniæ, Illyrici, & Thraciæ, notam faceret, & adversus Schismaticorum fraudes præmuniret. S. Avitus non ignorabat, Ennodium a Papa in Orientem missum, credebatque, & alteram Legationem illo abiisse. Nec multum aberrabat, quippe Legati accincti jam itineri erant. Ut hujus Legationis eventum disceret, Alexium Presbyterum, & Venantium Diaconum totius Provinciæ Viennensis nomine Romam misit, quia Græci reconciliatos se cum Ecclesia Romana jactabant. Epistola ejus Tertio Kalend. Febr. Agapito Consule,

sule, id est, 30. Jan. anno 517. reddita est. Sæculum VI. A. C. 517.

Ep. 10.

Respondit Papa; semel tantum Legatos se misisse, hosque re infecta rediisse, quod Græci Pacem sincere non quærerent. *Ideo nihil litterarum*, inquit, *ad te dedi, quid enim scriberem, videns, quod obstinate in errore perseverent. Hinc moneo te, & tecum omnes Galliarum Episcopos, ut constantes in Fide sitis, & vobis a calliditate seductorum caveatis. Ut vero sciatis, quæ in illis Regionibus Rei Catholicæ facies sit, multi in Thracia, quamvis Persecutionem patiantur, in nostra Communione perseverant. Dardania, & vicinum Panoniæ Illyricum, petierunt a nobis, ut Episcopi ordinarentur, &, ubi necessarium fuit, voluntati eorum satisfecimus. Episcopus Nicopolitanus Epiri Metropolita cum suo Concilio nostræ Communioni accessit. Secundam Legationem adornare cogimur, ne quidquam ex parte nostra omisisse videamur, sed omnibus liqueat, Schismaticis nec umbram justæ excusationis superesse. Preces vestras nostris jungite, ut Res feliciter succedat. Mittemus ad vos Acta, ex quibus perspicietis, quo pacto Nicopolitani, & Dardani ad concordiam reversi fuerint.* Hæc Epistola 15. Febr. 517. data. Papa eadem super re ad S. Cæsarium Arelatensem scripsit,

Sæculum VI. A. C. 517.

scripsit, ut illi, & Episcopis Galliæ Illyricorum reditum nunciaret. Mentionem injicit de aliqua in Orientem Legatione, quæ secunda fuerit, & eventum se expectare significat. Hæc Epistola data est sexta Sept. Florentio Consule, qui anno 518. ponitur; sed suspecta est hæc Dies.

§. XXVI.

Altera Constantinopolim Legatio.

Lib. Pont. in Hormisd. Ep. 11.

Haud diu post istam ad S. Avitum datam Epistolam Hormisdas Papa Legatos suos secundo Constantinopolim iter ingredi jussit. Ad hanc Provinciam rursus delegit Ennodium Ticinensem, cui socium dedit Peregrinum Misenatem, tradiditque ferendas Epistolas sex cum Libello, seu Formula, qua Schismatici reditum ad Ecclesiam profiterentur; præterea exempla novendecim Protestationis, quæ per urbes spargere debebant, si ipsorum Epistolæ non reciperentur. Epistola prima dirigitur ad Anastasium Imperatorem, quem Papa hortatur, ut quæ promisit, præstet, docetque, non satis esse, si Nestorium, & Eutychem damnet, nisi etiam damnet Acacium, Auctorem enormis mali, & causam, quod Ecclesia Alexandrina in Schismate persistat, quo reliqua Orientis funesto fato usque in illam horam involverentur.

Secun-

Secunda Epistola data est ad Timotheum Episcopum Constantinopolitanum. Viro in hanc Sedem intruso, & excommunicato maxima Charitate scribit Pontifex, hortaturque, ut redeat ad unitatem, & Imperatori ad eam restituendam supplicet. Scripsit etiam Papa Episcopis Schismaticis Orientis; credit, plerosque veram Fidem tenere, sed dicit, jam necessitatis esse, ut eam manifestent, & magno animo profiteantur. Dedit etiam Epistolam ad Orthodoxos, ut in ærumnis consolaretur. Item privatim ad Episcopum Africanum, cui nomen Possessor. Hic e Patria ab Arianis pulsus venerat Constantinopolim, unde per manus Legatorum priorum Confessionem Fidei suæ ad Papam miserat, & Religionis Causam viriliter defendebat. Tandem etiam Papa Populo Monachisque Constantinopolitanis scribit, consolatur, & animum addit. Omnes hæ Epistolæ eadem die 3. Apr. 517. datæ.

Sæculum VI. A. C. 517.

Ep. 12.

Ep. 13.

Ep. 14.

Ep. 15.

Vix in viam se dederant Legati, cum Nicopoli Romam advenientem Diaconum Papa statim in conspectum admisit, solerter conjiciens, ex eo intellecturum se aliqua, quæ Mandatis Legatorum suorum non nihil addere cogerent. Diaconus iste Papæ tradidit Joannis Episcopi Nicopolitani, & Concilii Provinciæ illius Epistolas, in quibus querebantur,

Ep. 17.

Sæculum VI. A. C. 517.

Dorotheum Episcopum Thessalonicen-
sem contra ipsos concitare locorum Ju-
dices, & Imperatoris Prætores; hinc se
exactionibus intolerabilibus vexari. Ad
iracundiam ideo commotum esse homi-
nem, quod Joannes per litteras ei non
communicasset, se ordinatum fuisse E-
piscopum. Verum quidem, id Joannem
Dorotheo debuisse indicare pro antiqua
consuetudine, quæ Episcopo Thessaloni-
censi in totum Illyricum Occidentale
tanquam Sacræ Sedis Vicario Jurisdi-
ctionem tribuebat. At vero cum Do-
rotheus Schismati inhæreret, & Episco-
pi Epiri essent Catholici, Vicariam S. Se-
dis Dignitatem in eo agnoscere non pot-
erant. Nihilominus petebant a Papa
licentiam eidem in illis angustiis pro
more scribendi, ut se a persequentium
furore liberarent.

Litteris hisce acceptis Papa Legatis
suis quatuor misit Epistolas eadem die
Ep. 19. 12. Apr. 517. datas. Prima ad Anasta-
sium Imperatorem directa est; rogat, ut
Episcoporum Persecutores cohibeat, sic
enim futurum, ut & alii Episcopi isto-
rum exemplo ducti ad unitatem rever-
tantur. Secunda dirigitur ad Joannem
Altera Legatio, Nicopolitanum, & Concilium ejus. A-
Ep. 21. cerbe reprehendit, quod licentiam E-
piscopo Thessalonicensi scribendi a se
petiissent; si enim huic Schismatico se
subji-

subjicerent, quid hoc aliud esset, quam ad Schisma, quod reliquerant, redire, & eodem etiam Papam, qui cum ipsis communicaret, implicare? Scribit etiam ad Dorotheum, cujus Epistolæ hæc est Summa: *Esset tibi conquerendi causa, si nos omnes Charitas conjungeret. Non contemnitur antiqua consuetudo, sed Schisma vitatur, & tuum erat Constantiæ Exemplum ceteris præbere. Qua fronte repetis Privilegia concessa tibi a Sancta Sede, cujus Fidem non tenes? imo dum revertentes ad ejusdem Sinum persequeris?* Tandem Papa Legatis suis scribit, & mandata mittit in hunc modum:

Sæculum VI. A. C. 517.

Epist. 22.

ep. 17.

Ubi Thessalonicam perveneritis, Episcopo Epistolas nostras reddite, & dum cum ipso versamini, servate ea omnia, quæ vobis præcepimus circa Episcopos cum Sacra Sede non communicantes. Fortiter instate, ut Persecutioni contra Ecclesiam Nicopolitanam finem faciat. Dicetis, Episcopum, cum ad Ecclesiæ Communionem rediret, non potuisse communicare cum illis, qui essent separati; & si Dorotheus redire velit, non modo ipsius Privilegia non abolituros nos esse, sed unacum ipso, ut salva sint, invigilaturos. Si Rem Thessalonicæ conficere potestis, id perscribetis Episcopo Nicopolitano. Si flecti Dorotheus nequeat, hanc Causam coram Imperatore prosequemini,

ep. 18.

Sæculum VI. A. C. 517.

secundum Epistolas, quas hac super re ad eum damus. Dicetis: Nisi hos Episcopos vexari probibeas, omnes credent, Joannem Nicopolitanum ideo Persecutionem pati, quod ad Communionem Sanctæ Sedis redierit, & qui sperant, te concordiam procuraturum, fidem tuam suspectam habebunt. Expedire credimus, subjungit Papa: *ut Epistolas nostras ad Episcopum Thessalonicensem datas in diversis locis, & præcipue in ipsius Civitate evulgetis. Forte hæc res Persecutionem mitigabit, & eum ipsum corriget.*

Lib. Pont. in Hormisd. to. 4. Conc. p. 1460.

Non felicior secundæ hujus Legationis exitus, quam primæ fuit. Anastasius Imperator rejecta Concordiæ formula Legatos auro corrumpere conatus est, sed cum operam perderet, per Posticam emissos cum Magistrianis, & duobus Præfectis Heliodoro & Demetrio navigio imponi jussit, addito mandato, ne in quamcunque Civitatem divertere sinerentur. Legati nihilominus novendecim illa Protestationis Exempla in populos sparserunt opera Monachorum, qui ea in omnibus urbibus vulgarunt. At Episcopi, si qua ad eorum manus devenerunt, timentes, ne accusarentur, omnia Constantinopolim miserunt. Tunc vero Imperator Anastasius irritatus undecima Julii eodem anno 517. ad Pontificem dedit Epistolam, quam post longas

gas ambages a locis communibus de JE- Sæculum VI
su Christi manſuetudine petitas claudit A.C. 517.
in hæc verba: *Rationi conſentaneum non putamus, illos rogare, qui ad aliorum preces pertinaciter aures occludunt, nam injurias quidem, & contemptus, ſed non imperia pati poſſumus.* Hæc ille, poſtquam toties pollicitus fuiſſet, Eccleſiæ Pacem reſtituere. Tum Epiſcopos ferme ducentos, qui ad celebrandum Heracleæ Concilium venerant, fruſtra fatigatos domum dimiſit. Populo Senatuque perjurii turpitudinem exprobrantibus reſpondit, Legem exiſtere, quæ Imperatorem, ſi opus fuiſſet, pejerare, & mentiri juberet. Hinc etiam hunc Principem peſſimis Manichæorum principiis imbutum crediderunt.

§. XXVII.

Elias Jeroſolymitanus ejicitur.

Anaſtaſius comperto, quod Elias Patriarcha Jeroſolymitanus cum Severo Patriarcha Antiocheno intruſo communicare recuſaſſet, iram non tenuit, ſed Olympium Ducem Palæſtinæ miſit, qui technis, & fraudibus fruſtra conſumptis tandem Eliam Sede expulit, atque Ailam in Exilium miſit. In ejus Sedem ſuffecit Joannem, olim Crucis Cuſtodem, qui Severi Communionem ſe amplexurum promiſit. Ordinatus eſt Epis- *Vit. S. Sabæ n. 56. p. 310. Theoph. p. 134.*

Sæculum VI. A. C. 517.

copus Jerosolymitanus tertia Die Sept. sub initium Indictionis undecimæ nempe anno 517. Quamprimum in notitiam S. Sabæ aliorumque Patrum in Deserto venit, Joannem id promisisse, per Sacra omnia ipsum obtestari cœperunt, ne Severum in Communionem reciperet, sed potius pro Doctrina Concilii Calcedonensis ultima, si necesse esset, experiretur, promittebantque nunquam futurum, ut ipsum destituerent. Tantum apud Joannem Monachorum Reverentia potuit, ut fidem, quam Duci Olympio dederat, fregerit.

Theoph. p. 1236.

Hac re ad Imperatorem delata, ad furorem usque excanduit, atque aliquis, cui nomen Anastasius filius Pamphili, ut ferrum cuderet, dum calebat, cupiditate Ducatus Palæstinæ ardens, trecentas libras auri mulctæ nomine se daturum promisit, nisi Joannem ad recipiendum in suam Communionem Severum, & Concilium Calcedonense damnandum, adduceret. Mittitur ergo, ut Olympio succederet. Ubi Jerosolymam venit, nil tale cogitantem Joannem Patriarcham occupat, & in carcerem publicum mittit. Omnes incolæ hoc facto lætabantur, nam Joannem tanquam Proditorem habebant, cujus dolosis machinationibus Elias Patriarcha fuisset ejectus. Interim aliquis nomine Zacharias, qui Cæsareæ Magistratum

Joannes Jerosolymitanus.

Sæculum VI. A. C. 517.

ſtratum gerebat, carcerem occulte ingreſſus, Joanni locutus eſt in hunc modum: *Si Epiſcopatum retinere cupis, ne cogi te ſinas, ut Severum in tuam Communionem recipias, ſed coram Duce conſentire ſimula dicens, non recuſo præſtare, quod promiſi, verum ne dicant, me idipſum coactum, & invitum feciſſe, libera me e carcere, & Die Dominica quod jubes faciam.* Dux his ſermonibus permotus Joannem e carcere dimiſit.

Illico Joannes noctu ad omnes Monachos miſit, qui invitarent, ut Jeroſolymam venirent. Undique adveniunt, & ſunt qui, dicant, decem millia fuiſſe numerata. Eccleſia Cathedrali tantam multitudinem non capiente, conſtituunt convenire in Eccleſia S. Stephani, quæ erat multo amplior. Omnibus congregatis tam Monachis, quam incolis, Anaſtaſius Dux & Zacharias Conſularis intrarunt. Hypacius quoque Imperatoris Nepos adfuit; nam e captivitate Vitaliani liberatus voti ſolvendi cauſa Jeroſolymam venerat. Cum igitur Anaſtaſius Dux crederet, jam jam Joannem Patriarcham Imperatoris Voluntati ſatisfacturum, ille Ambonem conſcendit, Theodoſio, & Saba latus ſtipantibus, qui erant Monachorum omnium Principes. Populus aliquot horis clamabat: *Anathematizate Hæreticos, Concilium confirma-* *vit. S. Sabæ. p. 312.*

Sæculum VI. A. C. 517. *firmate!* & mox una voce Joannes cum Abbatibus Neſtorium, Eutychen, Severum Antiochenum, Sotericum Cæſarienſem in Cappadocia, atque omnes & ſingulos, qui Concilium Calcedonenſe non

p. 318. reciperent, anathematizarunt. His deſcenderunt. Statim autem S. Theodoſius rurſus aſcendit, & elatiſſima voce pronunciavit: *Si quis quatuor Concilia tanquam quatuor Evangelia non recipit, Anathema ſit!* Obſtupuit Dux, & tantæ multitudinis vim metuens, Cæſaream fugit. Hypacius coram Abbatibus juramento affirmavit, ex ea cauſa ſe Jeroſolymam veniſſe, ut ipſorum Communionem amplecteretur, & nunquam Communionem Severi fuiſſe ſecutum. Centum libras auri S. Sepulchro, Monti Calvariæ, & Sanctæ Cruci obtulit. Totidem S. Theodoſio, & S. Sabæ dedit, inter Monachos illius Regionis diſtribuendas.

n. 57. Poſtquam, quæ Jeroſolymæ acta erant, ad Imperatoris aures delata ſunt, vim parabat, Joannem Patriarcham, S. Theodoſium, & S. Sabam in Exilium ejecturus; quod ubi SS. Abbatibus nunciatum, congregatis omnibus Monachis, communi conſenſu Proteſtationem ſcripſerunt, miſeruntque Imperatori. Hæ litteræ ad modum Libelli ſupplicis ſcriptæ erant nomine Theodoſii, & Sabæ, Archiman-

chimandritarum, aliorumque Abbatum, & omnium Monachorum, qui in sancta Civitate, in desertis circumjacentibus & ad Jordanem morabantur. Summa litterarum erat ejusmodi. Sæculum VI. A. C. 517. p. 314.

§. XXVIII.

Epistola Monachorum Palæstinæ.

Deus tibi tradidit Imperium, ut Pacem conservares omnibus Ecclesiis præprimis vero Ecclesiarum Matri, ubi salutis nostræ Mysterium perfectum. Nos, qui in hac Sancta Terra habitamus, hujus Mysterii non humani intellectus fictione, sed re ipsa per JEsu Christi Crucis, Sepulchri ejus, & omnium locorum Sanctorum, quæ ibi adorantur, testimonium accepimus. Hanc Fidem ab initio ex ore Prophetarum, & Apostolorum accepimus, hanc integram servamus, & adjuvante Divina Gratia semper servabimus. Nunquam nos hujus Doctrinæ hostes terrebunt, nec variis Doctrinæ ventis rapi nos patiemur. Cum vero in hac sancta Doctrina enutritus fueris, & Imperium acceperis, hodie obstupescimus, quo pacto fieri potuerit, ut tempestas tam horrida sanctam Civitatem concutiat. Episcopi, Sacrorum Ministri, Anachoretæ, inspectantibus Gentilibus, Judæis & Samaritanis vi ejecti, & per medias urbes in loca profana, & impura raptati, ut facere cogerentur, p. 315.

Sæculum VI. A. C. 517.

quæ Fidem lædunt. Inde fit, ut qui pio affectu ad visitanda hæc sancta loca veniunt, non modo non ædificentur, sed accepto scandalo Domum revertantur. (*)

Si Fidei causa sancta Civitas ita vexatur, quis nos, quid credere oporteat, jam docebit, post quingentos & plures annos, ex quo JEsus Christus advenit? satis exploratum est, novam quam afferunt Reformationem, Doctrinam esse ab Anti-Christo, Ecclesiarum Pacem turbaturo, profectam. Novimus tot malorum Auctorem, Severum Acephalum, omni tempore Schismaticum, quem Deus, ut puniret peccata nostra, in Sedem Antiochenam evehi permisit. Rejicimus hujus Viri
p. 317. *Communionem; Tibi vero accidimus supplices, ut misericordi oculo Sion omnium Ecclesiarum Matrem respicias. Quippe*
in

(*) R. P. Boucher Ord. Min. Observantium in suo Fasciculo sacro duas adducit causas, cur Deus loca sacra Nativitatis suæ, Prædicationis, Passionis, & Sepulturæ ab Hominibus abominandam Mahometis Sectam profitentibus obtineri permittat. Primo, ut magis eluceat Dei Gloria, si JEsus Christus inter medios Nominis sui hostes a Christianis illorum locorum Custodibus, & innumerabili advenientium Peregrinorum Multitudine, adoretur. Secundo, quod Deus Infidelium Terram sanctam possidentium peccatis non æque ac Christianorum irritetur.

in Causa Fidei, si mors vel vita nobis eli- Sæculum VI.
genda est, magis diligemus mortem. Nun- A. C. 517.
quam quacunque demum ratione cum Dei,
& Ecclesiæ inimicis communicabimus, at-
que sicut Evangelia, ita recipimus quatuor Epistola ad
Sancta Concilia, quæ verbis diversis eun- Anastasium.
dem Sensum exprimunt. Nunquam illis,
qui his Conciliis non obediunt, jungemur, p. 318.
etiamsi minatus fueris mille mortes; &
ne de mentis nostræ sinceritate dubitare
possis, Anathema dicimus Nestorio, qui
JEsum Christum dividit; & Eutychi,
qui Divinitatem Humanitatemque con-
fundit. Post hanc Professionem Nomi-
ne nostro scriptam fac, ut cessent ma-
la, quæ quotidie contra hanc Sanctam Ci-
vitatem & contra S. Archiepiscopum no-
strum Joannem committuntur. Sin fe- p. 319.
ceris; coram S. Trinitate affirmamus!
patiemur effundi sanguinem nostrum, &
Sancta Loca concremari, quid enim juvant
nomina, si opere profanentur? Dei Gra-
tia, quæ supra omnem intellectum est, cu-
stodiat Ecclesiam suam, & tuo imperio
auferat scandala ad Gloriam suam, &
honorem Regni tui.

Hujus Confessionis quatuor exempla *Theoph. an.*
descripta sunt. Duo in ipsa Regione ser- 25. *p.* 139.
vata, unum Prætoribus, alterum Joanni
Patriarchæ Jerosolymitano. Duo alia Con-
stantinopolim ad Imperatorem & Patriar-
cham transmissa. Acceptis his litteris, *vit. S. Sabæ*
qui *n.* 57. *p.* 320.

Sæculum VI. A. C. 517.

qui Anastasio Imperatori a consiliis erant, suaserunt, ut jam nihil moveret, quippe discrimen imminebat a Vitaliano, qui Anastasii perfidia incitatus bellum restaurabat. Itaque Joannes Patriarcha Jerosolyma migrare non est compulsus.

§. XXIX.

Joannes Patriarcha Constantinopolitanus. Dioscorus Alexandrinus.

Theoph. an. 25. p. 138. Theod. Lect. p. 565. Niceph. Chr. Theoph. an. 27. p. 140.

Interim novus Episcopus Sedem Constantinopolitanam occupabat. Macedonius Gangræ in loco Exilii sui e vivis abierat, & sepultus est in Ecclesia S. Calinici. Miracula defuncti intercessione patrata crediderunt. Timotheus obiit quinta Aprilis an. 517. Agapito Consule, postquam annis sex Constantinopoli sedisset. In ejus locum tertia Paschatis die id est 24. Apr. Joannes Presbyter ex Cappadocia ipsius Cellularius ordinatus est. Ante ordinationem instante Imperatore Concilium Calcedonense damnavit. At populus magno tumultu petiit, ut Severum anathematizaret.

Sup. §. 2. Theoph. an. p. 139.

Eodem anno 517. Agapito Consule Joannes Nicajota Patriarcha Alexandrinus Hæreticus defunctus est, postquam Sedem hanc tenuisset annis decem. In ejus locum electus est Dioscorus junior Timothei Eluri nepos. Quia vero eum Magi-

Magistratus constituerant, populi in agris habitantes ab ejus Communione abstinuerunt, quod dicerent Episcopum non alia ratione, quam secundum Canones Apostolorum ordinari posse. Igitur Dioscorus ad Ecclesiam S. Marci se contulit, quo convenientibus Clericis secundo ordinatus est, tumque in Ecclesiam S. Joannis ad operandum Sacris transiit. Theodosius Callopii filius Ægypto Præfectus & Acacius copiarum Dux aderant, cumque populus audiret Præfectum Imperatorem Anastasium laudantem ira commotus convicia in ipsum ingerere cœpit, multique eo furoris abrepti sunt, ut Præfecti filium e sella sua raptum occiderint. Acacius reos, quotquot comprehendere potuit, interfici jussit. Cum deinde Alexandriam nuncii advenissent, Imperatorem iracundia ardere, missus est Dioscorus Patriarcha, qui incensum Principis animum mitigaret. Catholici existimantes ipsum venisse, ut contra Fidem aliquid moliretur, palam Episcopum insectati sunt. Ipse placato Imperatore protinus viam domum relegit. Sub idem tempus certe regnante Anastasio Immireniani Persis subditi ad Fidem conversi sunt. Hi populi ultima Arabiæ, qua Meridiem spectat, incolebant, & iidem, qui Homerites dicebantur, esse creduntur. Illam Gentem Regina Sabæ olim ad Religionem Judæo-

Sæculum VI. A. C. 517.

Theod. Lect. Lib. 2. p. 567.

Sæculum VI. A. C. 517.

Judæorum converterat, & lapsu temporum ad Idololatriam reversi erant, tunc vero susceptа Fide Christiana volentibus Episcopus datus.

§. XXX.

Concilium Epaunense.

Marii Chr. Agobard. adverſ. Leg. Gond. Ado. in Chr.

In Gallia Gundebaldus Rex Burgundionum anno 516. Consule Petro decedens Successorem reliquit filium Sigismundum a S. Avito Episcopo Viennensi anno superiore Florentio & Anthemio Consulibus ad Fidem Catholicam conversum. Hic Princeps Monasterium Agaunense seu S. Mauritii Valesiorum ædificaverat; nempe Ecclesiam extruxit, & datis fundis Monasterium locupletavit, quod jam prius extiterat, cum Clodoveo regnante S. Severinus ibi Abbas fuerit. Rex Sigismundus multos fundos in diversis suarum Ditionum Provinciis sitos, (nam sexdecim numerantur) contulit. Ut magnus ibi esset Monachorum numerus, ex aliis Monasteriis evocati, & in plures greges divisi, qui alternatim cantabant, nam Psalmodiam perpetuam instituerunt. Hymnemundus toti Communitati præerat. S. Avitus Dedicatione novi Monasterii ad populum dixit.

Sup. §. 5. to. 4. Conc. p. 155.

Edict. Sirm. p. 158.

Sub initia Regni Sigismundi, eoque haud dubie consentiente, S. Avitus Episcopos suæ Provinciæ Concilium Epauni, quam

quam urbem credunt esse *Jenne* in Diœcesi Bellicensi, celebraturus convocavit. Actum est hoc Concilium decimo septimo Kal. Octobr. Agapito Consule id est 5ta Sept. an. 517. Episcopi viginti quinque omnes ex Regno Burgundiæ adfuere. Præcipui duo erant S. Avitus Viennensis, & S. Viventiolus Lugdunensis, cujus Memoriam 12. Julii honorat Ecclesia. Legitur etiam S. Apollinaris Episcopus Valentinus S. Aviti frater, qui 5ta Oct. colitur. S. Gregorius Lingonensis, qui ante annos quinque nempe an. 512. Reliquias S. Benigni Martyris Divione inventas transtulit, & circum Ecclesiam Monasterium-que ædificavit, quod Bonis sui Patrimonii ditavit. Hanc fundationem Hormisdæ Pontificis Litteris confirmari petiit. Gregorius, ex ordine Senatorio natus, annis 40. Comitis Augustodunensis Dignitatem gessit. Defuncta uxore electus est Episcopus, atque Ecclesiam Lingonensem annis 32. rexit. Obiit annis duobus nonagenario major relinquens Successorem filium suum Tetricum. Ecclesia Gregorium quarta Januarii colit. Concilio Epaunensi etiam interfuit S. Pragmatius Episcopus Augustodunensis, cujus memoriam Ecclesia 22. Novemb. celebrat.

Sæculum VI. A. C. 517.

Mart. Rom. 12. *Jul.* 5. *Oct. vit. ap. Boll.* 4. *Jan. Greg. Tur. vit. PP. c.* 7.

tom. 1. *Spic.*

Martyr. 4. *Jan.*

22. *Nov.*

In hoc Concilio quadraginta Canones conditi, quorum primus rejicit excusationes

Sæculum VI. A. C. 517.

tiones illorum, qui a Conciliis absunt, excepta morbi causa. S. Avitus hac de re mentionem faciebat in epistola convocationis, & querebatur Concilia cessare, dicebatque, ideo se a Summo Pontifice increpitum. Prohibetur, ne Episcopi, Presbyteri & Diaconi canes venaticos, aut aves habeant. Inde colligimus, Clericos Victorum suorum, scilicet Nationum Germanicarum, mores paulatim didicisse. Clericis coram Judicibus Sæcularibus Personam Rei non autem Actoris sustinere licet, nisi id præceperit Episcopus. Statuitur, ut Clericus convictus, quod falsum dederit testimonium, criminis capitalis reus habeatur, & in alio Canone pœna ejusmodi criminibus infligenda decernitur, nimirum deponendi sunt rei, & in Monasterium detrudendi. Horum Canonum aliqui mentionem faciunt de Ecclesiæ fundis, quorum ususfructus Clericis precario erat concessus, & Bona ista a Bonis propriis distinguuntur. Consecratio viduarum Diaconissarum abrogatur. Nemo Monasteria Virginum intret, nisi Senes, exploratæ pietatis homines, aut consanguinei. Iiquoque, qui intrant, ut Sacris operentur, finita Missa statim discedant. Inde liquet, fœminis oratoria solum in interiore domo fuisse.

Avit. ep. 40. & to. 4. Conc. p. 1573.

c. 4. Canones Concilii Epaunensis.

c. 11.

c. 13.

c. 22.

c. 8. 14. 18.

c. 11.

c. 39.

Abba-

Abbates sub Episcoporum cura erant, poterantque ab ipsis deponi. Monachi quotidie in agris laborabant. Non licebat nova Monasteria absque consensu Episcopi fundare, & uni Abbati non licebat duo Monasteria regere. Reliquiæ non ponantur in Ecclesiis ruralibus, nisi in Vicinia sint Clerici, qui ibi Sacris operentur; alias fiat sufficiens Fundatio, qua Clerici sustententur. Non nisi Altaria ex lapide unctione Chrismatis consecrentur. Sequitur, alicubi adhucdum fuisse lignea. Ecclesiæ Hæreticorum impuræ, & execrabiles habentur; prohibetur ne Sacræ operationes in iis exerceantur. Illæ vero Ecclesiæ, quas vi Catholicis abstulerunt, vindicari possunt. Victorius Episcopus Gratianopolitanus, qui in hoc Concilio præsens fuit, haud diu ante nempe post Conversionem Regis Sigismundi hac super re S. Avitum consuluerat, & S. Avitus responderat, sicut etiam in Concilio definivit, non decere, ut Catholici Ecclesiis Hæreticorum nec etiam vasis sacris illorum uterentur. Verumtamen in Concilio Aurelianensi abhinc ante annos sex celebrato contrarium fuerat definitum; Ecclesias Gothorum esse consecrandas. Hoc ultimum etiam Ecclesia universalis usu comprobavit.

Sæculum VI. A. C. 517.

c. 19.
c. 8.
c. 10.
c. 9.
c. 25.
c. 26.
Avit. ep. 6.
Conc. Aur. I. c. 10.

Sæculum VI. A.C. 517. c. 16. *Epaon.* Licet Presbyteris dare unctionem Chrismatis (*) Hæreticis extremo periculo decumbentibus, si convertantur, si valeant, eam ab Episcopo petant. Tempus Pœnitentiæ Apostatis contrahitur, qui aliquando in Ecclesia Catholica baptizati deinde in Hæresin inciderunt, & ad annos duos redigitur, quibus tertia semper c. 29.

(*) Si de Confirmatione hic sermo est, duo eruuntur; primo Collationem hujus Sacramenti Presbyteris potuisse delegari, atque unctionem ad Materiam Sacramenti pertinuisse, non vero solam manuum impositionem, quamvis istud ultimum exinde non ita clare probetur. Quid si quis diceret, ideo Hæreticos redeuntes ad Sinum Ecclesiæ Chrismate unctos fuisse, quod in Baptismo eo uncti non fuissent? Honoratus Turnelius & R. P. Berti hunc Canonem intelligunt de Reconciliatione Hæreticorum, qui pluribus in Locis illo tempore recipiebantur unctione Chrismatis non tamen Sacramentali. Verba ipsa Concilii Epaunensis ita sonant: *Presbyteros propter salutem animarum, quam in cunctis optamus, desperatis & decumbentibus Hæreticis, si Conversionem subitam petant, Chrismate permittimus subvenire. Quod omnes conversuri, si sani sunt, ab Episcopo noverint expetendum.*

Similia in Synodo Arausic. I. Can. 1. leguntur: *Hæreticos in mortis discrimine positos, si desit Episcopus, a Presbyteris cum Chrismate & Benedictione consignari placuit, si Catholici esse desiderant.*

per die jejunabunt, Ecclesiam sæpe adi- Sæculum VI.
bunt, in loco Pœnitentium consistent, & A. C. 517.
inter Catechumenos exibunt. Si mur-
murent, Pœnitentiam peragent, quam
antiqui Canones præscripserunt. Homi-
cidæ, qui pœnarum Civilium rigorem ef-
fugerint, implebunt Pœnitentiam, quam *Conc. Anc.*
Concilium Ancyranum decrevit. Hæc *c.* 22. 23.
saltem annis septem peragi debebat. Qui
mancipium suum occiderit absque Judi-
cis Ministerio, excommunicatus erit duo- *Sup. lib. X.*
bus annis. Qui Nuptiis incestis se pol- *§.* 16.
luerint, non recipiantur ad Pœniten-
tiam, nisi separentur. Matrimonia au- *Conc. Epao.*
tem incesta declarantur, si quis contraxe- 34. *c.* 30.
rit cum Sorore consanguinea vel uteri-
na, cum Noverca, cum Privigna, cum
Vidua Patrui vel Avunculi, si quis duxe-
rit Patruelem, vel ex Patruele genitam. *c.* 31.
Vidua Presbyteri, vel Diaconi ad secun- *c.* 27.
das Nuptias non admittatur. In singu-
lis Provinciis Officium Divinum celebra-
bitur illo Ritu, quem Ecclesia Metropoli-
tana sequitur. Cives nobiles noctem
Paschalem, & Natalem Domini in illo lo- *c.* 35.
co celebrabunt, ubi Episcopus fuerit, ut
ipsius Benedictionem accipiant. Hi Con-
cilii Epaunensis præcipui Canones sunt.

§. XXXI.

Alia Concilia.

Episcopi undecim, omnes ex illorum

Sæculum V. A.C. 517.

numero, qui Epaunensi Concilio interfuerant, sub idem tempus Lugduni aliud Concilium celebrarunt, cui incestus commissus a Viro nomine Stephano, & Muliere nomine Palladia occasionem dedit. Potentes fuisse hos peccatores inde conjicere est, quod Episcopi declarent; si futurum sit, ut aliquis eorum ob eam causam persecutionem patiatur, ceteros in malorum societatem venturos, & si rerum jacturam fecerit, quoad potuerint, reparaturos. His addunt, si Rex ab ipsorum Communione diutius abstineat, ad Monasteria se secepturos, unde nullus egrediatur, priusquam omnes Pacem obtinuissent. Interim nullus Ecclesiam alterius temere invadat, aut ipso absente Sacra peragat, quod si quis fecisset, debitas in Concilio pœnas esse subiturum. Hæc statuta indicant, quanta Episcopi a Regibus Barbaris licet Catholicis tolerare coacti fuerint.

To. 4. Conc. p. 1584.

c. 2.

c. 3.

c. 4. 5. 6.

Eodem tempore duo Concilia in Hispania celebrata, unum Tarracone, & alterum Gerundæ in eadem Provincia. Concilium Tarraconense actum est anno sexto Regni Theodorici, Petro Consule id est anno 516. sexta Nov. nam Rex Theodoricus in Hispania quoque tanquam Amalarici Nepotis sui Tutor regnabat. In hoc Concilio adfuere Episcopi decem, quorum Præses erat Joannes Tarra-

To. 4. p. 1562.

Tarraconensis Metropolita. Inter cete- Sæculum VI
ros magis memoria dignus est Orontius, A.C. 517.
seu Orentius Episcopus Illiberitanus,
quem Auctorem cujusdam Admonitionis
ad Fideles versibus Elegiacis editæ putant. Canones hujus Concilii habemus triginta. Inter alia præcipitur, ne Episcopi a Conciliis absint, nisi morbus prohibeat. Episcopus, qui in Metropoli ordinatus non fuit, intra duos Menses Metropolitam accedat, & ipsius Mandata recipiat. Metropolita non solum Presbyteros Cathedrales, sed etiam Rurales & aliquos Sæculares ad Concilium convocet. Mihi videtur, quod hoc de illo Concilio tantum sit intelligendum, de quo in Canone præcedente agitur, quodque in ordinatione Episcopi convocari solebat. Episcopi aut Clerici Actus Judiciales die Dominica nunquam exerceant, & nunquam in Causa criminali. Nullum Salarium accipiant, si procuraverint, ut jus suum cuiquam redditum fuerit. Si pecunias mutuas dent, non petant usuras, (*) non emant vilissimo pretio, non nimis caro vendant. In Ecclesiis Ruralibus Presbyteri & Diaconi vicibus suis una Septimana ministrabunt, ita ut ibi singulis diebus Vesperæ, & Matutini

c. 13.

c. 13.
c. 10.

c. 3.
c. 2.

(*) Istud inter omnes Christianos Charitas (paucis casibus exceptis) exigere videtur.

Sæculum V. A.C. 517.

agantur, nempe preces vesperti næ, & matutinæ. Omnes autem cujuslibet Ecclesiæ Clerici Sabbato vespere præparent se ad Officium Diei Dominicæ. Episcopus singulis annis visitabit Ecclesias Rurales, atque ex omnium fructuum parte tertia, quam capit, sarta tecta servabit. Monachi, qui e suo Monasterio excesserint, nullas functiones Ecclesiasticas peragent, & Causam sæcularem nunquam movebunt. In primo quoque Canone hujus Concilii Monachorum mentio occurrit, atque tam ex uno, quam ex altero loco constat, jam tunc in Hispania Monasteria sub Regimine Abbatum extitisse. Antiquissimum omnium, quod novimus, est Monasterium Asanense in Arragonia, ad Cingam amnem positum. Hoc Monasterium fundavit S. Victorianus in illa Regione natus, qui ab unguiculis Pietatis amantissimus, ubi ad maturam pervenit ætatem, etiam aliorum Saluti studuit. Annis sexaginta Abbas fuit. Id maxime discimus ex ipsius Epitaphio, quod Fortunatus composuit.

c. 8.

c. 11.

Act. SS. Bened. tom. 1.

Concilium Gerundanum celebratum est anno sequente 517. cum in Hispania numeraretur annus 555. huic quoque præfuit Joannes Tarraconensis. Illorum etiam Episcoporum Pars, qui in priore Concilio interfuit, advenit, & universim Episcopi septem. Decem Canones conditi.

To. 4. Conc. p. 1567.

Sta-

tuitur ſicut in Concilio Epaunenſi, ut to- Sæculum V.
ta Provincia in Miſſis, & Officio Divino A.C. 517.
Ritum Eccleſiæ Metropolitanæ ſequere- Concilium
tur, atque quotidie poſt Matutinos, & Gerunda-
Veſperas Presbyter Orationem Domi- num.
nicalem pronunciaret. (*) Duæ Litaniæ *c.* 2. 3.
ſeu trium dierum Rogationes Diebus Jo-
vis, Veneris & Sabbati cum abſtinentia
carnis & vini præcipiuntur. Prima in
Septimana poſt Pentecoſten, & ſecunda
die prima Jovis in Menſe Nov. Qui ha- *c.* 6.
bentes uxorem ordinati ſunt ab Epiſcopo
usque ad Subdiaconum, ſeparati ab uxo-
re habitent, aut ſi in diverſis ædibus non
ſint, habeant unum ex Confratribus ſuis
contubernalem, vitæ ſuæ teſtem. Qui
in Cælibatu ordinati fuere, non habeant *c.* 7.
fæminas, quæ rei familiaris curam gerant,
niſi forte Matrem, (**) aut Sororem. Jo-
annes Epiſcopus Tarraconenſis Hormis-
dam Papam rogavit, ut omnibus univer-
ſim Epiſcopis Hiſpaniæ mandata mitteret
ad obſervandam Diſciplinam. Miſit Pa-
pa Epiſtolam, in qua hortatur, ut Epis-
copos juxta præcepta Canonum ordina- *Ep.* 25.

(*) Idem in ſua S. Regula S. P. N. Benedictus ſtatuit.

(**) Utinam Salutiferæ hujus Decreti in antiquis Conciliis recentioribusque toties repetiti hodieque major ratio haberetur. Nulla alia Patrum Conſtitutio ſæpius occurrit, & nulla minus ſervatur.

Sæculum V. A.C. 517.

rent. Simoniam horrerent. Nullum trimidi ordinarent, cujus Electio Simoniæ labe sorderet. Tandem ut Concilia saltem semel in anno agerent. Huic Epistolæ Papa addidit aliam, privatim ad Joannem directam; laudat viri zelum, eumque suum in Hispania Vicarium salvis tamen Metropolitarum Privilegiis constituit. Hæ duæ Epistolæ secunda Aprilis 517. Agapito Consule datæ, & Concilio Gerundano priores esse videntur, nam Joannes Tarraconensis in Italia erat, quando Litteras ad Papam dedit. Papa etiam in Bœtica, & Lusitania Vicarium sibi constituit Salustium Episcopum Hispalensem, dans ipsi Potestatem illarum Provinciarum Episcopos ad Synodum convocandi, ubi necessarium videretur, & Causas judicandi eo onere, ut Acta deinde ad Summum Pontificem referret. (*)

Ep. 26.

§. XXXII.

Epistolæ Monachorum ex Syria ad Papam.

To. 4. *Conc. p.* 1461.

Inter hæc Hormisdas Papa missum ab Archimandritis & Monachis Syriæ Secundæ accepit libellum supplicem, in quo de

(*) Inde apparet, quanta SS. Pontificis illa ætate Auctoritas fuerit in Hispania, & Lusitania.

de Persecutione Severi querebantur in hunc modum: *Cum in via ad Monasterium S. Simeonis Ecclesiæ causa essemus* (is est S. Simeon Stylites) *improbi homines structis a latere insidiis in subeuntes irruunt, trecentos ex nostris & quinquaginta Viros cædunt, multos sauciant. Alii ad Ecclesias confugientes nec inter Altaria invenerunt refugium, quæ jugulatorum sanguine respersa sunt. Immissa per nocturnas tenebras seditiosorum hominum multitudine, quam datis pecuniis incitaverant, Monasteriis flammas injecerunt, & pauperem penum abstulerunt. Omnia accurate intelliges ex litteris, quas ad te venerabiles Fratres nostri Joannes & Sergius deferunt. Ipsos Constantinopolim miseramus sperantes, ita nos a tristissima calamitate posse liberari; sed Imperator Monachos ne quidem colloquio dignos habuit, & contumelioſe ejecit. Hinc cognovimus hunc Principem tot malorum esse Auctorem. Supplices ergo ad Te recurrimus, Sanctissime Pater! ut vulnera Ecclesiæ Corporis, cujus tu Caput es, (*) miserari velis. Vindica contemptam Fidem, Canones, & Concilia spreta, cum tibi Deus Potestatem li-*

Sæculum VI. A.C. 517.

(*) Ecce tibi, rursus eximium Testimonium ex Oriente petitum! Romanum Pontificem esse Totius Ecclesiæ Caput. Protestantes nihil firmum aut solidum habent, quo ejusmodi Testimonia

Sæculum VI. A.C. 518.

gandi & ſolvendi dederit. Tum proſequuntur ſermonem tanquam ad plures, nempe non ad ſolum Papam, ſed etiam ad Epiſcopos Italiæ, & totius Occidentis pro antiqua conſuetudine directum, utque ſe Catholicos probent, adjecto Anathemate, quo feriunt Neſtorium, Eutychen, Dioſcorum, Petrum Mongum, Petrum Fullonem & Acacium, orationem concludunt. Huic Libello ultra ducenti Abbates, Presbyteri & Diaconi ſubſcripſerunt, & ex Abbatibus viginti ſex plerique nec Presbyteri nec Diaconi titulum *Philot.c.16.* apponunt. Primus legitur Alexander Presbyter & ad S. Maronem Archimandrita. Hujus Sancti viri vitam Theodoretus ſcripſit, & hic videmus, ipſius Monaſterium in illa Provincia fuiſſe præcipuum. Ad hunc Libellum reſpondit Pa- *to. 5. Conc.* pa datis ampliſſimis litteris non ſolum ad Archimandritas ſecundæ Syriæ, ſed ad omnes Orientis Catholicos directis. Hortatur ut firmi in Fide perſiſtant. Epiſto- *Ep.30.* la iſta 10. Febr. poſt Conſulatum Agapiti, id eſt, anno 518. data.

§. XXXIII.

nia diluant Interpres noſter, quem in ſuis Annotationibus ſcribere non puduit, nullam in Oriente fuiſſe SS. Pontificum Auctoritatem, Teſtimonium iſtud: Deren Oberhaupt ihr ſeyd. ſua manu hic ſcripſit, & ſtupide ſilet.

§. XXXIII.

Sæculum VI.
A. C. 518.

Anastasii Fatum. Justinus Imp.

Non prius Pax alma Ecclesiæ rediit, quam sublato Anastasio Imperatore, qui eodem anno 518. Magno Consule, Indictione undecima e vivis ereptus est. Cum 10. Julii noctu inter micantia fulgura circum Regiam ejus tonitrua mugirent, trepidare, & de loco in locum fugere visus est, tandemque subito exanimatus in parvulo cubiculo a suis inventus. Fulmine ictum crediderunt. Annos vitæ numerabat octoginta octo, & viginti septem regnaverat. Mortem ejus Elias Patriarcha Jerosolymitanus cœlesti Revelatione intellexit. Nam cum S. Sabas, tunc annum agens octogesimum, ad eum Ailam, locum Exilii ipsius, nona Julii invisisset, Elias pro more suo ad sumendum cibum hora nona & recitandas Vesperas non processit, sed ad S. Sabam & Socios ejus dixit: *vos manducate, mihi vero non vacat.* Tum S. Sabæ cogere ipsum volenti, ut cibum caperet, obortis lacrymis ait: *hac hora Imperator Anastasius mortuus est, intra decem dies & mihi migrandum, atque cum ipso in Judicio standum.* Rebus deinde, quæ ad Monasteriorum suorum Regimen pertinebant, compositis, per dies octo sola Sacra Communione & vino diluto victitavit. Tandem

Mar. Chr. Vict. Tun. Chr. Pasch. p. 330. Theod. Lect. p. 565.

v. S. Sabæ n. 60.

Sæculum VI. A.C 518.

dem levis morbus supervenit, & vigesima Julii, postquam accepisset Communionem, consuetas preces dixisset, & respondisset: *Amen*, annos natus octoginta octo reddidit Spiritum. S. Sabas annotata die, cum Jerosolymam rediisset, Imperatorem mortem oppetiisse comperit. Ecclesia Eliæ memoriam quarta Julii, atque Flaviani Patriarchæ Antiocheni eadem de causa Exulis & eodem tempore defuncti celebrat.

Mart. Rom. 4. *Jul.* *Prat. Spir.* c. 35. *Chr. Pasch. pag.* 331.

Eadem die, qua Anastasius vivere desiit, nona Julii anno 518. Imperatorem salutarunt Justinum Bederiani in finibus Illyrici & Thraciæ ex ultima plebe natum. Initio miles gregarius per omnes ordines ascendens Excubitorum Comes id est Prætorianorum Palatii Dux evasit. Amantius Spado Cubiculariorum Præfectus, qui sub Anastasio omnia poterat, magnam pecuniæ vim Justino dederat Optimatibus populoque distribuendam, ut his largitionibus Theocrito amicorum suorum intimo vota pararet. At Justinus his pecuniis sibi ipsi viam ad thronum sternendam putavit, & votis potitus Amantium, & Theocritum perdidit. Ad Romani Imperii culmen ascendit annos natus sexaginta octo; litterarum omnino rudis, sed vir integerrime Catholicus. Uxor ejus Lupicina vocabatur, sed postquam

Proc. Anec. c. 6.

Theoph. p. 141.

Theod. Lect. p. 565.

Evagr. IV. hist. c. 2.

quam Imperatoris Conjux fuit, eam populus Euphemiam appellavit. Sæculum VI. A.C. 518.

§. XXXIV.

Acclamat Populus Constantinopolitanus.

Die Dominica Electionem Justini Imperatoris sequente, decima quinta Julii 518. Indictione undecima, cum Patriarcha Joannes pro more cum Clericis suis magnam Ecclesiam Constantinopolitanam intrasset, & prope Cathedram staret, exclamare populus: *Longam vitam Patriarchæ! Longam vitam Imperatori! longam vitam Imperatrici! quousque excommunicati erimus? cur tot annis non communicamus? de manu tua Communionem accipere cupimus. Eja conscende Cathedram? perora ad populum tuum! persuadebis. Jam ab annis aliquot Communionem accipere optamus, Catholicus es, quid times? Apage Severum Manichæum! ossa Manichæorum effodiantur! sine mora Sanctum Concilium promulga! S. Maria est Mater Dei, qui tacet Manichæus est. Fides Trinitatis triumphat! Imperator Catholicus est. Quid trepidas? longam vitam novo Constantino! longam vitam novæ Helenæ. Justine Auguste Tu vincas!* Hæc ultima verba latine pronunciabant,

to. 5. Conc. p. 178.

Conc. sub. Men. Act. V.

Sæculum V. A.C. 518.

ciabant, quamvis cetera omnia Græca, nempe lingua patria, proferrent.

Inter continuatas id genus Acclamationes ad Patriarcham dicebant: *vel abi, vel hic ſtans Concilium Calcedonenſe promulga! pereat Severus Manichæus, alter Judas!* Poſtquam diu clamando eadem ingeminaſſent, Joannes Patriarcha ad eos dixit: *Fratres mei! patientia utimini, dum Sanctum Altare ſalutaverimus, tum vobis ſatisfaciam.* Hic animadvertatur conſuetudo, quam initio Miſſæ obſervamus, ut prius oſculemur Altare, quam Populum ſalutemus. Patriarcha igitur cum Clericis Sanctuarium ingreſſus eſt, plurimis clamare non ceſſantibus? *obteſtor te! hinc non exibis, niſi Severum anathematizaveris. Adjuro te, ejice impium!* Tum Patriarcha conſcenſa Cathedra dixit: *Scitis, Chariſſimi Fratres! quam multa adhuc Presbyter ſuſtinuerim certamina pro Fide Catholica, quam hodieque usque ad mortem defendo. Non igitur clamore aut tumultu opus, nihil contra Fidem actum, nemo S. Concilium audet anathematizare. Omnia Concilia, quæ Symbolum Nicenum confirmarunt, & præſertim illa tria Concilium Conſtantinopolitanum, Concilium Epheſinum, & Magnum Concilium Calcedonenſe agnoſcimus orthodoxa.*

p. 179.

Conſtantinopolitani Catholici.

Hos

Sæculum VI. A. C. 518.

Hoc Reſponſo audito, eosdem clamores per aliquot horas continuarunt, addiderunque: *Feſtum Concilii Calcedonenſis ſine omni mora annuncia. Usque ad Veſperum hic erimus, non abibo, niſi nunciaveris. Nuncia in craſtinum hoc Feſtum!* Petiit Patriarcha, ut conſenſum Imperatoris expectarent. At populo urgente, ut ſtatim nunciaretur, obſecutus eſt Samuel Diaconus in hunc modum: *Charitati Veſtræ notum facimus, quod craſtina die celebraturi ſimus Memoriam Sanctorum Patrum Noſtrorum Epiſcoporum, qui, Calcedone congregati, cum Patribus Conſtantinopolitanis, & Epheſinis, Symbolum Nicenum confirmarunt. In hac Eccleſia conveniemus.* Græci usque ad hunc diem Dominica decimæ ſextæ Julii proxima Memoriam ſexcentorum triginta Patrum Concilii Calcedonenſis ſimulque aliorum Conciliorum univerſalium celebrant. Necdum clamorum finis. Poſtulabat populus uno ore: *hoc temporis momento anathematizetur Severus, Trinitatis hoſtis, & Patrum, qui Concilium Calcedonenſe anathematizavit. Pedem Eccleſia non efferam, niſi hoc Anathema auribus meis audivero.* Tunc Joannes Patriarcha anathema contra Severum pronunciari juſſit conſentientibus omnibus Epiſcopis præſentibus, quorum duodecim nominantur.

p. 182. *Menolog.* 16. *Jul.*

Sæculum VI. A.C. 518.

nantur. Primi sunt Theophilus Heracleensis, & Theodorus Gangrensis. Anathematizatus est in hæc verba: *Omnes sciunt, errasse Severum, cum se ab hac sancta Ecclesia separavit. Nos igitur secundum Doctrinam Canonum, & Patrum, propter ejus Blasphemias ipsum tanquam alienum, & damnatum æstimamus, & anathematizamus.*

§. XXXV.

Acclamationes diei 16. Julii.

Sequente die Lunæ 16. Julii Festum Patrum Calcedonensium celebratum. Patriarcha ingressus cum haud procul a Cathedra esset, omnis populus exclama-

Sup. §. 11. re: *plurimos annos Imperatori! reddite Ecclesiæ Reliquias Macedonii.* Scilicet ultimi Patriarchæ hujus nominis in Exilio mortui. *Reddite Ecclesiæ viros, qui Fidei causa exulant. Effodiantur ossa Nestorianorum! extrahantur ossa Eutychianorum. Quis est Nestorius? non novi hominem, Anathema ipsi, & Eutychi! ejicite Manichæos, ejicite ambos Stephanos! Macedonii Reliquias afferte! Macedonii Nomen restitue! obsecramus te, vota nostra ad Imperatorem defer! ejicite Amantium, Palatii Cæsarei probrum! Euphemium, & Macedonium Ecclesiæ redde! Epistolas Synodales Romam mitte. Euphemii, & Macedonii Nomina restitue.*

Fac,

Fac, plenum sit hujus Festi gaudium! procul hinc ejice falsos contra Macedonium testes! Quatuor Concilia Diptychis insere, Leonem quoque Episcopum Romanum (*) *insere. Jube Diptycha in suggestum afferri.* Sæculum VI. A.C. 518.

Patriarcha respondit: *Heri votis vestris satisfecimus, sed & hodie satisfaciemus. Præprimis fundamentum inconcussum ponamus Fidem; id ad reconciliandas Ecclesias utilissimum erit. Ergo omnes uno ore Sanctam, & Consubstantialem Trinitatem laudemus!* verum populus iterum clamare: *quod petimus, statim fiat! nemo hinc exibit. Adjuro te! fores claudo. Amantius Manichæus non ulterius tibi timendus. Justinus regnat, cur Amantium timeas?* Sæpius eadem acclamantibus responsum: *Scitis, semper nobis fuisse desiderium, ut vestræ voluntati fiat satis. Ut vero secundum Canones agamus, permittite, ut convocemus Episcopos, & Mandata Imperatoris accipiamus, nam omnia vota vestra Principi referemus.* Populus portas Ecclesiæ clausit, tunc-

p. 183.

p. 186.

(*) Hic rursus advertat veritatis amans Lector, an Interpres Protestans veritatem scripserit, dum scripsit, Schisma Constantinopolitanum ætate S. Chrysostomi exortum nunquam amplius fuisse sublatum.

Sæculum VI. A. C. 518. tuncque recruduit tumultus. Itaque Patriarcha, Diptychis proferri jussis, quatuor Concilia Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Calcedonense, item Euphemii & Macedonii Patriarcharum Constantinopolitanorum Nomina, atque S. Leonis Papæ inseruit. Tunc vero Populus unanimi clamore: *Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit, & fecit Redemptionem plebis suæ!* diu hunc cantum alternantibus Choris continuarunt. Deinde in suggestum ascenderunt Cantores, qui Trisagion voce præiverunt, subsistente Imperatore, ut auscultaret, nam secundum Ritum Liturgiæ Græcæ illud ab initio Missæ ante Epistolam decantatur. Prælecto Evangelio, Missa Catechumenorum finita, portis clausis pro more Symbolum recitatum. Cum jam Diptycha essent legenda, populus Altari circumfusus summo silentio auscultabat, utque Diaconus Nomina quatuor Conciliorum atque Archiepiscoporum Euphemii, Macedonii, & Leonis pronunciavit, omnes altissima voce clamarunt: *Gloria tibi, Domine!* tum Missæ reliqua tranquille peracta. Hæc in magna Ecclesia Constantinopolitana decima quinta, & decima sexta Julii anno 518. contigerunt, & in Acta relata sunt.

Lit. Chrys.

§. XXXVI.

§. XXXVI.

Sæculum VI.
A. C. 518.

Concilium Constantinopolitanum.

Joannes Patriarcha, ut ea, quæ Populus inter tumultus extorserat, authentice confirmaret, quadraginta Episcopos, tunc Constantinopoli versantes, ad Synodum convocavit. Abbates ejusdem Civitatis Patribus obtulerunt Libellum, in quo eadem postulabant. Huic Libello subscripserant quinquaginta quatuor Abbates, omnes Presbyteri, excepto solo Evethio Acemetensium Superiore, qui Diaconus erat. Primus est Alexander omnium Monasteriorum Exarchus, & verisimiliter Abbas ad S. Dalmatium. Secundus est Constans Abbas Diensis, qui sua manu non nisi Crucem efformavit, ipso jubente Nomen ipsius & Subscriptionem apposuit Stratonicus, qui in illo Monasterio secundum gradum tenebat. Diogenes Abbas Monasterii ad S. Thalassium, quod a Discalceatis dicebatur, gravi Senectute impeditus eodem modo Signum Crucis apposuit. *To. 5. Conc. p. 170.*

Patres igitur congregati 20ma ejusdem Mensis Julii anno 518. Indictione undecima, Magno Consule, causam in hoc Libello contentam discutiendam susceperunt. In articulo primo petebatur, ut Euphemius & Macedonius Diptychis restituerentur. Judicio, in quo damnati *p. 163.*

Sæculum VI. A. C. 518

fuerant, ad Examen revocato, ex lectione Actorum apparuit fuisse illegitimum, eosque non ideo fuisse ejectos, quod aliquid in Fidem peccassent. Itaque justam totius Populi, Monachorumque postulationem existimantes, ut æquitati satisfacerent, Memoriam istorum duorum Patriarcharum in Sacris Tabulis restitui jusserunt, sicut olim etiam Memoria S. Pauli, Constantini tempore relegati, S. Joannis Chrysostomi, & S. Flaviani fuisset restituta. Vi hujus Sententiæ decretum, ut illi, qui in Causa Euphemii & Macedonii proscripti, aut ejecti fuissent, revocarentur, & in suas Dignitates postliminio redirent.

Id quoque Concilii Patribus consentaneum Rationi & Ecclesiæ Paci utile visum, ut quatuor Concilia universalia & S. Leonis Papæ Nomen Diptychis inserererentur, quia Concilium Calcedonense æque S. Leonis, ac S. Cyrilli, cujus Nomen in Diptychis recitabatur, Fidem approbaverat. In Causa Severi Anti-Patriarchæ Antiocheni Concilium jussit prælegi ipsius Sermones, in quibus inter alia occurrebant hæc verba: *Illud, quod Calcedone a Concilio tunc ibi congregato, & ab iis, qui Concilium istud defenderunt, definitum est, anathematizamus.* His Severi verbis recitatis, eum Concilium Constantinopolitanum Anathemate

æterno

æterno dignum, omni munere Sacerdotii, Nomine Christiani, & Communione privatum pronunciavit, quod Sancta Concilia blasphemasset, & calumniatus esset. His in Concilio Constantinopolitano super Libello Monachorum statutis, data est Epistola Synodalis ad Joannem Patriarcham, qui non interfuerant, ut quæ acta essent, Imperatori, Imperatrici & Senatui referret. Epistolæ huic subscripserunt Episcopi quadraginta, quorum præcipui sunt Theophilus Heracleensis, Stephanus Nicomediensis, Basiliscus Cyzicenus, Anastasius Nicenus, Marcianus Calcedonensis, Theodorus Gangrensis, Hypacius Claudiopolitanus, & Cyriacus Thyaneus.

Sæculum VI. A.C. 518.

to. 5. Conc. p. 162.

§. XXXVII.

Pax Jerosolymæ acceptatur.

Joannes Patriarcha Constantinopolitanus datis ad Joannem Patriarcham Jerosolymitanum omnesque Metropolitas tunc ibi congregatos litteris, optima nuncia communicavit, scilicet Populi Constantinopolitani acclamationes, Monachorum Libellum, & Decretum Concilii, cujus Acta ipsis diligenter transmisit rogans, ut ea confirmarent. Joannes Constantinopolitanus etiam ad Epiphanium Episcopum Tyriensem dedit Epistolas, & adjuncta Imperatoris Justini Mandata,

to. 5. Conc. p. 186.

ibid.

Sæculum VI. A. C. 518.

data, quibus omnes ab Anastasio proscripti revocari, & Concilium Calcedonense Diptychis inseri jubebantur.

vit. S. Sab. n. 60. p. 326.

Mandatis istis Jerosolymam delatis S. Sabas celeriter advenit. Monachorum Laicorumque infinita multitudine concurrente Episcopi Concilium egerunt, atque die sexta Mensis Aug. Festum celebratum, Mandata Imperatoris publice affixa, & quatuor Concilia Diptychis inserta. Joannes Jerosolymitanus ad Joannem Constantinopolitanum suo & omninum Episcoporum, trium in Palæstina Regionum Nomine, Synodalem dedit Epistolam, cui subscripserunt Episcopi triginta tres. Primi sunt Joannes Cæsarienſis & Theodosius Scythopolitanus, qui tamen Concilio Jerosolymitano non interfuerant, sed Joannes S. Sabam cum quibusdam aliis Deserti Abbatibus ad eos miserat.

tom. 5. Conc. p. 187.

vit. S. Sabæ n. 61.

§. XXXVIII.

Reconciliatio Tyriensium.

Epist. Epip. to. 5. Conc. p. 198.

Populus Tyriensis in neminem magis quam in Monachum, cui nomen Joannes, Ecclesiæ S. Mariæ Mansionarium, irritatus erat. Is Monachus Pactis cum Schismaticis secreto initis Antiochiam se contulit, Severo operam addixit, & sua manu Anathemati contra Concilium Calcedonense, & S. Leonis Epistolam subscripsit.

scripsit. Tyrum deinde reversus Eccle- Sæculum VI.
siam S. Mariæ Schismaticis tradidit, at- A. C. 518.
que conventus illicitos agere cœpit. Baptismum quoque ibi celebrare ausus est ingenti scandalo populi, jam ex duobus locis Neobaptizatos egredi conspicientis, Rem illo usque inauditam. Commota Seditione Schismatici saxa in Cruces conjecerunt, Clerici Laicique vulnerati, & Episcopus Epiphanius vita periclitabatur.

Litteræ in Veterem Ecclesiam 28. *to. 5. Cont.*
Mensis *Lous* anno æræ Tyriensis 643. In- *p. 202.*
dictione duodecima, id est, die Dominica 16. Sept. 518. Constantinopoli allatæ sunt. Evangelio lecto Sergius Diaconus Epistolis Joannis Constantinopolitani, Theophili Heracleensis, & Concilii Constantinopolitani ad Epiphanium Tyriensem: deinde Epistolam Synodalem ad Joannem Constantinopolitanum, in qua contra Severum Antiochenum Anathema pronunciabatur, prælegit. Tum Populus in Ecclesia Tyriensi congregatus exclamavit: *Annos plurimos Imperatori! Annos plurimos Imperatrici! Annos plurimos Senatui, Præfectis, Comiti Joanni, Patriarchæ Epiphanio!* (hunc Titulum Episcopo suo dant) *Soli Deo tantum Beneficium debemus. Hæc est vera Fides. Unus* *p. 203.*
Deus! una Fides! tum ad Epiphanium conversi: *fac, quod Concilium fecit. Qui*

Sæculum VI. A. C. 518.

tacet Fidelis Christianus non est. Longam vitam Patricio Vitaliano! ascende, Severum, & Joannem Monachum anathematiza!

Epiphanio Episcopo suggestum conscendente necdum populus cessabat clamare: *Deus te huc adduxit! unus Deus! una Fides! jube, ut & Episcopi ascendant.* Ascenderunt etiam Joannes Ptolemaidanus, Theodorus Porphyreonensis, & Elias Rachlenensis. Et adhuc populus: *Plurimos annos Patriarchæ Epiphanio! Martyrium sustinuisti more Sanctorum, & Fides tua vicit. Mater Dei Severum ejecit, Ecclesias turbantem. Ejice Schismaticos ex hac Civitate. Ejice Ægyptios. Imperatorem habemus Orthodoxum. Aufer speluncam latronum. Aufer, incende speluncam Schismaticorum.* Et postea: *Ejice Episcopos Hæreticos. Justinus regnat, nihil est, quod timeas. Ejice Acephalos. Si ipsi vicissent, trucidassent nos. Occupa Dei Matrem.* Volunt dicere, Episcopo repetendam esse Possessionem Ecclesiæ S. Virginis, quam Schismatici tenebant. Et ulterius clamant: *Ingredere, emunda S. Domum. Eamus ad Matrem Dei! jube S. Flaviani corpus afferri.* Hic loquuntur de Flaviano Patriarcha Antiocheno, a Severo pulso, & in Exilio mortuo. Et iterum populus: *Eamus ad S. Ma-*

Tyrienses Catholici.

p. 206.

S. Mariam! da nobis Crucem; Schismatici Crucem lapidarunt. Crux triumphavit. Eamus! ingrediamur! Festum celebrandum denuncia. Sæculum VI. A. C. 518.

Epiphanius Archiepiscopus dixit: *Obsecro, modicam patientiam! tempus date, ut Acephalum anathematizemus.* Et addidit: *Fides, quam nos docuerunt Apostoli, & quam ab ipsis acceperunt Patres Nostri tam Niceni quam etiam Constantinopolitani, Ephesini & Calcedonenses, illa ipsa est, quam & nos vobis prædicamus; Hæreticos vero omnes anathematizamus.* Hic omnes illos nominatim memorat, qui Incarnationem impugnarunt. Et subjungit: *Anathematizamus pariter Severum impium, Acephalum & Schismaticum, quod Sanctos Patres Nostros anathematizaverit, & Schismatum Auctor in Ecclesia extiterit.* p. 207. Hæc dicentem populus interpellavit clamando: *Dextera Dei hoc fecit, unus Deus! una Fides! pro Ecclesiarum Pace. Annos plurimos Archiepiscopo Epiphanio! Anathematiza Mandritam.* Archiepiscopus prosecutus est Sermonem: *Anathematizamus etiam Joannem Monachum Apostatam, ex quo Doctrinam impii Severi amplexus est. Ambo Anathema sint, & Maledictum! in Nomine Patris & Filii & Spiritus S. in Cælo & in terra, in hoc Mundo & in altero, Amen!* clamavit

Sæculum VI. A. C. 518.

vit populus: *Amen Amen Amen!* addens plures alias Acclamationes, & inter ceteras: *Sublatus est Anastasius, Justinus imperat. Non est Manichæus sicut Anastasius fuit. Mortuus est Amantius Trinitatis hostis.*

p. 210. Tum Joannes Episcopus Ptolemaidanus ad populum: *Anathematizamus omnes illos, quos sanctissimus Archiepiscopus anathematizavit, & nominatim Severum & Joannem Mandritam.* Et reliquam formulam sicut Archiepiscopus recitavit. Theodorus Episcopus Porphyreonensis quoque Anathema pronunciavit, atque etiam Elias Rachlenensis. Respondit Populus solitis acclamationibus, vehementer instans, ut Officium Divinum in Ecclesia S. Mariæ perageretur. Tunc Archiepiscopus ad populum: *Multum Diei tempus effluxit. Celebranda est Divina Liturgia. Sufficit, plurima enim nobis supersunt legenda. Dominica proxima, volente Deo, reliqua in Ecclesia Dominæ Nostræ legemus, atque iterum Acephalum, & Sectatores ejus anathematizabimus.* Deinde Zacharias Archidiaconus celebrandum Festum annunciavit in hæc verba: *Charitati Vestræ indicamus, quod proxima Dominica, ad Gloriam Domini Nostri JEsu Christi, & Dominæ Nostræ Matris Dei, pro Salute & Incolumitate Imperatoris Justi-*

p. 211.

ni,

ni, & Imperatricis Euphemiæ, Summorum Principum, S. Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Joannis, & Concilii quod ibi congregatum eſt, S. Cœtum in Eccleſia S. Mariæ DE JAMPSOUPHE acturi ſimus. Mane in hoc loco conveniemus, ut hinc cum Cereis & Incenſo cantantes procedamus. Omnes adſint! Archiepiſcopus ſubjunxit: *Sabbato ſub crepuſculum Officium Veſpertinum in eadem Eccleſia S. Mariæ recitabimus.* His conticuere omnes, & celebrata eſt Miſſa.

Sæculum VI. A. C. 518.

§. XXXIX.

Severus accuſatur.

Epiphanius Archiepiſcopus, & Epiſcopi ipſius Suffraganei, datis ad Concilium Conſtantinopolitanum litteris ad Epiſtolam, quam inde acceperant, reſponderunt, approbantes, quod damnatus fuiſſet Severus. Crimina ipſius prolixe referentes dicunt: *Clericos absque conſenſu ſuorum Epiſcoporum excommunicavit, ab aliis Excommunicatos recepit, & Munere ſuo fungi permiſit.* p. 104. *Presbyteros ab Epiſcopis ordinatos, quod eos pervertere non potuiſſet, ad gradum Diaconorum detruſit. In alienis Diœceſibus Chorepiſcopos & Manſionarios (*) ordinavit.* p. 195.

(*) Videntur fuiſſe Oſtiarii.

Sæculum VI. A. C. 518.

navit. Stephano Episcopo Orthoseno licentiam fecit ordinandi in Diœcesi Antaradensi, vivente Episcopo Theodosio. Antiochiæ Severus Ecclesiæ ærarium dissipavit, & opera illorum, qui eleemosynis sustentabantur, ad commovendas Seditiones usus est. Inferius Episcopi profitentur, se recipere quatuor Concilia, & S. Leonis Epistolam. Præterea petunt, ut Flaviani Patriarchæ Corpus Antiochiam revehatur, & Nomen ipsius Diptychis inscribatur. Huic Epistolæ Epiphanius Tyriensis, Andreas Sidoniensis, Joannes Ptolemaidanus, Theodorus Porphyreonensis, Elias Zenopolitanus, & alii Episcopi, qui non nominantur, subscripserant.

p. 199.

Clerici quoque Antiocheni datis litteris ad Patriarcham Constantinopolitanum Joannem, & Synodum ipsius, multorum criminum Severum accusant. Dicunt: *Nemo ignorat, quantum Monachorum numerum Judæorum manibus jugulaverit. Horrendum oculis spectaculum fuit, cernere viros, qui in vitæ Asceticæ rigore incanuerant, jacere projectos nudos, insepultos, numero ultra trecentos, canum & avium rapacitati expositos. Æquali crudelitate Fideles in Nosocomiis miserandum in modum necavit; nam carceres ibi condidit, in quibus miseri per tenebras sub flagrorum ictibus expi*

p. 158. p. 159.

expirarunt. Toti Civitati notum, quam abominandas res apud fontes Daphnis fecerit, ubi magicis artibus intentus Dæmonibus incensum obtulit. Non pepercit sacris Altaribus, nec sacris Vasis, quorum aliqua confracta, alia liquefacta perditissimis hominibus flagitiorum ipsius consciis distribuit. Præter alia Columbas aureas argenteasque supra sacros Fontes & Altaria suspensas abstulit dicens, non decere S. Spiritum in forma Columbæ repræsentari. Ecclesiæ Reditus dissipavit, Domos & Agros optimos Creditoribus oppignoravit, ære alieno in immensum excrescente. Igitur quantum possumus obtestamur! liberate Ecclesiam nostram ab improbo homine, pœnas reo secundum Leges Canonicas & Civiles inferte, pauca Ecclesiæ Bona, quæ supersunt, servate; vobis persuadentibus mittat Imperator celeriter viros probos, qui cohibeant istorum Bonorum Curatores; quippe multa ad Ecclesiam pertinentia in suum quæstum converterunt. Cogantur reddere rationem, &, quæ restant, curæ fidelium virorum committantur. Rogamus vos etiam, ut pro Fratribus nostris Episcopis, Clericis, Monachis & Laicis precibus vestris ab Imperatore obtinere conemini, ut revocentur, & ordini quisque suo restituatur. Ex his videtur, Edictum de revocandis Exulibus Antiochiam

v. Sup. L. XV. §. 36.

tunc

Sæculum VI. A.C. 518.

tunc necdum fuisse delatum. Huic Epistolæ Presbyteri quatuordecim, Diaconi, aliique Clerici Ecclesiæ Antiochenæ, & duodecim Monachi, singuli ex diversis Monasteriis, subscripserunt.

§. XL.

Petrus Apamiensis accusatur.

Episcopi secundæ Syriæ quoque datis ad Joannem Patriarcham & Concilium Constantinopolitanum Epistolis Severum & Petrum Episcopum Apamiensem accusarunt, referentes, se utrumque anathematizasse, deposuisse, & excommunicasse, & rogantes, ut ab hac vexatione Auctoritate Imperatoris liberarentur. Huic Epistolæ subscripserant Episcopi plures; sed quinque, non plura, eorum Nomina leguntur. Ut demonstrarent, Petri Apamiensis crimina vera esse, Acta Judicialia coram Comite Joanne illius Provinciæ Rectore contra ipsum conscripta Constantinopolim miserunt. In iis Testimonio aliquorum Presbyterorum aliorumque Clericorum Ecclesiæ Apamiensis probantur facta sequentia: *Rufino Ecclesiæ Apamiensis œconomo defuncto, Petrus Episcopus convocatis omnibus Clericis jussit, ut singuli coram Deo edicerent, an scirent, ipsum Ministerii sui tempore Ecclesiæ alicujus damni*

p. 215.

p. 219.

damni causam fuisse. Antonius Presbyter exposuit non nullos articulos, ex quibus damnum maximæ pecuniarum summæ conficiebatur. Post longam Partium contentionem Episcopus Rufini Hæredes compulit, ut transigerent, & trecentos aureos solidos dare promitterent, addiditque Anathema contra illos, qui Pactum istud violarent, etiamsi resuscitatus, S. Paulus, veniret, & in Sede illa Episcopali acquiesceret. Nihilominus hujus suæ execrationis immemor Episcopus transactionem fregit, & a Joanne Rufini Hærede Chirographum exegit, quo quinquaginta solidos aureos insuper daturum se spondebat. Sæculum VI. A.C 518.

Sabbato sancto cum solitæ Cæremoniæ in Baptisterio Ecclesiæ Virginis perage-rentur, & Catechumeni jam vestes, & calceamenta deposuissent, Diaconis super eos Exorcismos pronunciantibus, superveniens Petrus Episcopus omnes exire jussit, ut introduceret fœminam, cui nomen Maria Emesena, quæ in Theatris Mimam egerat, & se Sanctimonialem dicebat, revera autem nec baptizata nec Catechumena erat. Ibi Petrus solus cum sola fuit per aliquot horas, sæpiusque eam hoc modo in Baptisterium duxit ablato etiam a Sacris fontibus operculo. In Festo Epiphaniæ, omnibus Clericis in aulam secretiorem convocatis dixit Episcopus ad Julia-

Petrus Apamiensis. p. 231.

Sæculum VI. A. C. 518.

Julianum Diaconum: quare Concilium ſexcentorum triginta Epiſcoporum non anathematizas? nempe Concilium Calcedonenſe. Julianus reſpondit: quia Imperator Catholicus eſt, ſequor Principis Fidem, & anathematizo illos, qui Concilium anathematizant. His Petrus Epiſcopus furore incenſus & e Sede ſua exiliens, Julianum a functionibus Ordinis ſui ſuſpendit. Hæc facta in Actis contra Petrum Apamienſem irrefragabilibus argumentis demonſtrabantur.

Plura alia leguntur in Clericorum Apamienſium libello, qui totius accuſationis & ſequentis Judicii fundamentum fuit. Dumque afferunt factum Mariæ Emeſenæ ſpretis Catechumenis in Baptiſterium introductæ, utuntur his verbis memorabilibus: *Omnes, qui Sacris Myſteriis initiantur, ſciunt, ſi Deum amant, quam Sacro timore horreſcant, dum S. Baptiſmo proximi ſunt, dum Lux vere illuſtrare incipit animas ipſorum, & a dura Servitute Dæmonis liberantur. Totus corporis habitus affectum animi indicat; ſtant demiſſis in terram oculis, junctis manibus, trementes, & adverſus artes Dæmonis pugnantes, cupiunt per Baptiſmum in perpetuum liberari.* Eodem tempore multæ aliæ Eccleſiæ Concilii Calcedonenſis Auctoritatem receperunt, atque Juſtino Imperatore regnante ferme

p. 222.

Dial. Ruſt. Diac. in fin. Bibl. P. P. Paris. to. 4. p. 1047.

me duo millia Episcoporum, & quingenti, qui datis Epistolis illud Concilium confirmarunt, numerabantur. Sæculum VI. A. C. 518.

§. XLI.

Legatio Romana tertia Constantinopolim.

Maximæ molis erat Negotium reconciliationis Ecclesiæ Constantinopolitanæ cum Romana, a qua annis triginta quatuor fuerat separata. Ut concordiam reduceret, jam antea Justinus Imperator Hormisdam Papam certiorem reddiderat, se fuisse electum, datis litteris prima Aug. 518. rogans, ut Pacis desiderio, quo Joannes Constantinopolitanus aliique Episcopi tenerentur, faveret, mitteretque Episcopos, viros tantæ Rei perficiendæ pares. Joannes Patriarcha in sua Epistola, quæ Cæsaris Epistolæ juncta erat, profitebatur, se quatuor Concilia Universalia recipere, & S. Leonis atque Hormisdæ Nomina Diptychis fuisse inserta. Justinianus Comes quoque eadem mente ad Papam scripsit, dicens, nullum jam supereſse obstaculum quam lis de Acacii Nomine. Justinianus Imperatoris ex Vigilantia Sorore Nepos maxima Auctoritate in aula valebat. Has Epistolas vigesima Dec. ejusdem anni 518. Gratus Consistorii Co-

to. 4. Conc. p. 1469.

p. 1472.

p. 1473.

Lib. Pont. in Hormis.

Sæculum VI. A. C. 518.

mes Romæ reddidit, quibus acceptis Hormisdas Papa Ravennam ad Regem Theodoricum se contulit, atque Rege id suadente (*) tertiam Legationem Constantinopolim misit. Legati fuere Germanus Episcopus Capuanus (**) jam semel antea tempore Anastasii Imperatoris illo missus, Joannes alterius Ecclesiæ Episcopus, Blandus Presbyter, Felix & Dioscorus Diaconi. His ferendas tradidit multas Epistolas, ad Justinum Imperatorem, Euphemiam Imperatricem, Joannem Patriarcham Constantinopolitanum, ad ipsius Archidiaconum, & Clericos, ad Justinianum Comitem, ad Celerum & Patricium Purpuratorum præcipuos, ad Præfectum Prætorio, qui Thessalonicæ erat, qua Legatis erat transeundum, & duabus Matronis Illustrissimis Anastasiæ & Palmatiæ, tempore Anastasii Imperatoris Fidei Causa Persecutionem passis. Mandata quoque habebant Legati, similia illis, quæ Legatis in prima Legatione ad Anastasium Imperatorem data, sed in iis conscribendis tanta circumspectione opus non fuerat, cum sciret

Sup. n 22.

Ep. 32. 33.

post. ep. 31. p. 1476. Sup. n. 22.

(*) Theodoricus magis Religione Indifferentista, ut hodie ajunt, quam sincere Arianus, fuisse videtur.

(**) Nempe ille, cujus Animam S. P. Benedictus in cœlum deferri vidit.

sciret Pontifex, aliam jam successisse Rerum faciem, & Justinum Imperatorem Pacem sincere quærere. In his igitur Papa Legatis suis præcipit, ut ad suam Communionem reciperent Episcopos, qui Formulæ, quam ipsi afferebant, subscriberent. Hujus Formulæ initium erat ejusmodi: *Salutis Principium est, Fidei Regulam servare.* In ea omnes Hæretici & Sectatores eorum, atque nominatim Acacius Constantinopolitanus anathematizabantur. Legatis mandatum, ut hanc Formulam Imperatori, si peteret, exhiberent. Sæculum VI. A. C 519. p. 1486.

In reliquis Mandatis deinde hæc legebantur: *Si Imperator in damnando Acacio consentiens credat tamen, Nomina Successorum ejus in Diptychis relinquenda, quod eorum aliqui pro Defensione Concilii Calcedonensis Exilium tulissent* (nempe Euphemius, & Macedonius) *dicetis, non licere vobis quidquam mutare in Formula, quæ Damnatorum Sectatores contineret. Si ab hac postulatione Imperatorem dimovere non possitis, saltem huic petitioni immoto animo insistite; ut postquam Acacius nominatim anathematizatus fuisset, Successorum ejus Nomina silentio premantur, at e Diptychis deleantur. Si hoc impetraveritis Episcopum Constantinopolitanum ad Communionem vestram recipietis. Coram populo jube-* p. 1477.

Sæculum VI. A.C. 519.

bitis prælegi libellum, quem ipse, & alii, quos adjuvante Divina Gratia recipietis, vobis obtulerint; si id fieri nequeat, illum saltem in Aula secreta præsentibus Clericis, & Abbatibus legi curabitis. Imperatorem deinde rogabitis, ut Epistolas suas ad Metropolitanos unacum Epistolis Episcopi Constantinopolitani mittat, quibus significet, hunc Episcopum, cum Fidei Formulam a Sacra Sede missam professus esset, ad Ejusdem Sedis Communionem fuisse receptum, & hortetur, ut exemplum sequantur. Si Imperator tergiversetur, Episcopus Constantinopolitanus mandata ad Episcopos suæ Provinciæ, aliosque Metropolitas mittet, & docebit, quid ipse fecerit, illis, quos & vos ex parte vestra mittetis, præsentibus. Id vero ut faciat, omnino a Constantinopolitano exigetis, ne etiam remotissimi restitutam Concordiam nesciant.

§. XLII.

Legatorum iter.

Suggest. 2. p. 1484.

Ex Italia solventes Legati Aulonam, quæ hodie Valona dicitur, proximum ab Occidente venientibus Portum appulerunt. Episcopus loci Hospites humane excepit, promisitque, se Libellum, qualem Legati exigebant, cum suo Metropolita traditurum. Inde iter terrestre prosecuti per Macedoniam Scampim

perve-

pervenerunt. Trojus Episcopus cum suis Clericis & populo Cereos portante & militibus præferentibus Cruces ipsis obviam venit. Tum simul omnes in Ecclesia S. Petri congregati. Episcopus Formulæ nomine Summi Pontificis sibi oblatæ præsentibus Clericis suis & Optimatibus Civitatis subscripsit. Id Legati a Petro Ecclesiæ Romanæ Notario publice legi jusserunt. Laudabat populus Deum & effusis lacrymis maximam testabatur lætitiam. Germanus Episcopus unus Legatorum Missam celebravit. In Diptychis Hormisdæ Papæ Nomen lectum, nullius autem nomen alterius, qui in Fide suspectus esse posset; promiserunt etiam nullius Episcopi nomen imposterum inserendum, nisi illorum, quos Sacra Sedes recepisset. Finita Missa, hora Cœnæ, ad duos Legatos invisérunt duo Comites Stephanus & Leontius, qui ab Imperatore Legatis obviam missi usque in Italiam profecturi erant, nescientes ipsos jam usque in Græciam processisse. Stephanus sanguine Vitalianum contingebat. Sæculum VI. A. C. 519.

Inde Legati Lignidam, seu Lychnidum profecti ab Episcopo Theodoreto eadem humanitate & benevolentia sicut ante a Scampensi excepti sunt. Is Libellum suum dedit, qui in Ecclesia lectus est, & omnia secundum Papæ Mandata 3. *Sugg.* p. 1485.

Sæculum VI. A.C. 519.

peracta. Legati ista Papæ datis litteris 7. Martii 519. retulerunt. At iisdem Thessalonicæ contra Dorotheum Episcopum, quem semper Schismati addictum omnes ferebant, fortiter certandum fuit. Nihilominus Legatorum argumentis de rei æquitate convictus videbatur, promisitque se Libello subscripturum, sed rem distulit, obtendens, omnes Episcopos Provinciarum suarum non adesse; dixit, velle se ipsos convocare post Pascha, quod non longe aberat, & illo anno 519. trigesima prima Martii celebrandum erat. Igitur pollicitus est, post Festa se Concilium congregaturum, in quo simul omnes præsente Legatorum aliquo ad idipsum Constantinopoli Thessalonicam redituro subscriberent.

Sugg. Diosc. p. 1489.

Sugg. Diosc. Sug. Germ. p. 1487.

Tandem Legati Die Lunæ Majoris Hebdomadæ 25. Martii Constantinopolim pervenerunt. Decem ab urbe milliariis multi viri primi ordinis iisdem obviam processerunt. Inter illos visebatur Vitalianus Militiæ Magister, idem qui in Anastasium Imperatorem arma arripuerat, Pompejus, Justinianus, plurisque alii Senatores; omnesque Ecclesiæ Pacem ardentissime in votis habere testabantur. Legatis urbem ingredientibus maximam lætitiam populus profitebatur, Cereos portabant, & magnis laudibus Papam extollebant. Die altera quæ

erat

erat Martis 26. Martii in conspectum Justini Imperatoris toto Senatu & quatuor Episcopis a Patriarcha Constantinopolitano delegatis præsentibus admissi sunt. Imperator Papæ Epistolas venerabundus accipiens ad Legatos dixit: *Colloquimini cum hujus Civitatis Episcopo, & rem in pace conficite.* Legati responderunt: *Hormisdas Papa non misit nos ut litigemus, sed habemus in manibus Formulam, receptam ab omnibus Episcopis, qui S. Sedi reconciliari voluerunt. Jube, ut legatur, & si quæ objicienda occurrerint, respondebimus.* Lectus est Libellus coram Imperatore & toto Senatu. Tum Legati dixerunt: *Jam quatuor Episcopi, qui ab Episcopo Constantinopolitano Legati adsunt, edicant, an ea, quæ in hoc Libello continentur, Actis Ecclesiasticis non sint consentanea.* Responderunt, omnia esse vera. Tum Legati dixerunt: *Auguste! magno nos metu liberarunt, &, ut Sanctos Episcopos decet, locuti sunt, dum Veritati testimonium reddiderunt.* Imperator ad Episcopos: *Si omnia vera sunt, ergo facite, quæ debetis.* Senatorum aliqui addiderunt: *Nos Laici sumus. Dicitis, hæc vera esse, & facienda, ergo facite, sequemur præeuntes.* Sæculum VI. A. C. 519.

Sæculum VI.
A.C. 519.

§. XLIII.

Ecclesia Constantinopolitana Romanæ reconciliatur.

Die Mercurii nihil actum. In Cœna Domini 28va Martii Patriarcha Constantinopolitanus ad Regiam se contulit, ubi omnes Ordines convenerunt. Patriarcha Legatorum Formulam recepit, volebatque Epistolam potius quam Libellum conscribere, sed postquam leviter repugnasset, consensit, ut præmitteret brevem Præfationem, & deinde Libellum, qualem Papa dictaverat, poneret. Præfatio in modum Epistolæ erat concinnata, in qua Joannes profitebatur se cum Papa in omnibus consentire, quatuor Concilia recipere, & damnare omnes illos, qui quomodocunque his sanctis Conciliis fuissent adversati. Apposuit manum suam & Diem 28. Martii, Indictione duodecima, Justino & Eutharico Consulibus, nempe anno 519. Legati Exemplaria duo, latinum unum, alterum Græcum, Papæ miserunt. Imperator, Senatus, præsentes omnes ob initam Pacem & concordiam tenerrimum lætitiæ affectum profusis lacrymis profitebantur.

p. 1426. *Libell. Joa.*

Ex Diptychis deleta Nomina Acacii, & sequentium Patriarcharum Fravitæ, Euphe-

Euphemii, Macedonii, Timothei, atque Zenonis, & Anastasii Imperatorum. Omnes Episcopi tunc Constantinopoli degentes etiam Libellos suos tradiderunt, eaque fuit Legatorum solertia, ut cum nullo ipsorum, nisi prius Libellum dedisset, communicarent. Omnes Abbates quoque Libellos dederunt, quamvis aliqui dare hæsitaverint dicentes, sufficere, quod Archiepiscopus dedisset. Tandem post longam contentionem victas manus dederunt, & Libellos scripserunt. Sæculum VI. A. C. 519.

Rebus ita compositis, ex Regia itum est in Ecclesiam, ubi affluente populi incredibili multitudine omnes sincerissimum gaudium ita refecit, ut ipse Populus rem insolitam mirari non satis posset. Omnes anguli acclamationibus resonabant. Deus, Imperator, S. Petrus, Papa, laudabantur. Nullum seditionis indicium, nullus tumultus, quamvis funestum exitum Pacis inimici comminati fuissent. Clerici Constantinopolitani, Gratias Deo agentes, dicebant, non se meminisse, unquam alias tantam Hominum multitudinem communicasse. (*) Imperator in Rei Memoriam Epistolas in omnes

Schisma Acacii componitur.

(*) Hæc Reconciliatio est æternum contra ipsos Constantinopolitanos, qui posteriore tempore rursus in Schisma exitiale lapsi sunt, Testimonium.

Sæculum VI. A. C. 519.

omnes Provincias misit. Sua ex parte Legati amplissimam Relationem per manus Subdiaconi Pullionis ad Papam miserunt, addentes, jam nihil restare, quam ut omnis labor ad reducendam Ecclesiam Antiochenam converteretur. Hic fuit finis Schismatis Constantinopolitani, quod a condemnatione Acacii annis 35. duraverat.

Sup. XXX. §. 15.

Epistolis Imperatoris & Patriarchæ adjunctæ erant Epistolæ Justiniani, Pompeji, Julianæ, & Anastasiæ. Pullio Diaconus cum omnibus his litteris 13. Kal. Jul. Eutharico Consule, id est, 19. Jun. 519. Romam pervenit. Hormisdas Papa acceptis lætissimis nunciis datis litteris Imperatori & Joanni Patriarchæ respondit. Utrumque hortatur, ut ad reconciliandas Ecclesias Antiochenam & Alexandrinam operam commodent. Ad Episcopos Hispaniæ quoque litteras dedit, quæ acta fuerant, referens, misitque Acta, & Formulæ Concordiæ Exemplum, ut scirent, quibus conditionibus Orientales ad suam Communionem admittere possent.

p. 1492. 93.

p. 1494.

Ep. 44. 45.

Ep. 51.

Dum hæc feliciter componuntur, Papa etiam datis litteris instantissime petebat, ut Episcopi tres Sedibus suis ideo pulsi, quod omnium primi ad Communionem Ecclesiæ Catholicæ rediissent, restituerentur, nempe Elias Cæsariensis, Tho-

Thomas, & Nicostratus. Sæpius urgenti hanc rem Justinianus respondit; adeo populo carum esse Eliæ Successorem, ut de eo pellendo consilium omnino abjiciendum existimaret. Expectaret Elias, donec eum fata vivis eriperent. Thomam, & Nicostratum restituendos, postquam ceteræ Ecclesiæ ad unitatem rediissent. Plura Pontifex non obtinuit. Justiniani Responsum 7. Jun. anno 520. datum est.

Sæculum VI. A. C. 519.

Ep. 53. 54. 55. *&c.* *p.* 1526.

§. XLIV.

Severus Antiochia pellitur.

Post hæc Ecclesiæ Antiochenæ Episcopus Catholicus datus, frustra illis, qui Ecclesiarum Pacem oderant, omni conatu obsistentibus. Imperatori videbatur, Dioscorum Diaconum, unum ex Legatis Pontificiis huic Cathedræ esse imponendum; quia vero Alexandriæ natus erat, Papa arbitrabatur, hunc virum longe utiliorem fore Ecclesiæ, si Episcopus Alexandrinus ordinaretur, quam si ad remotam, & ipsi ignotam Regionem mitteretur. Legati existimabant, eligendum esse Episcopum ex illis Antiochenæ Ecclesiæ Clericis aliquem, qui ab Anathemate contra Concilium Calcedonense a Severo pronunciato abstinuissent. His se alii opponebant dicentes: *Omnes qui in Communione S. Sedis vivebant, sunt*

Sug. Dios. *p.* 1512. *Ep.* 54. *ad Dios.*

Sug. Germ. *p.* 1514.

Sæculum VI. A. C. 519.

sunt Nestoriani, illis potius fidendum, si modo ad Ejusdem Communionem redeunt. Postquam ultra Menses tres tenuisset contentio, Justinus Imperatoria Auctoritate Presbyterum Ecclesiæ Constantinopolitanæ, cui nomen Paulus, ad tantum munus delegit. Cur istum præ aliis promoveret, inter alia dicebat, ipsum per annos duos Antiochiæ versatum, semper Severo Hæretico fortissimum pectus objecisse. Eadem Catholici omnes de viri constantia testabantur. Cum Paulum Constantinopoli ordinare vellent, obstitit Dioscorus Legatus, dicens, Papam jubere, ut secundum antiquam Consuetudinem in ipso loco & Ecclesia sua ordinaretur. Legati datis 29. Junii 519. litteris Papam de hac Electione certum reddiderunt.

Sug. Diosc.

Evagr. IV. c. 4. Liber. c. 19.

Justinus Imperator Ireneo Comiti Orientis, qui Antiochiæ residebat, mandata misit, ut Severum Anti-Patriarcham comprehensum deferri Constantinopolim curaret, factorum suorum rationem redditurum. Imo Vitalianus dicebatur petiisse, ut ei e gutture lingua avelleretur, quod ad populum dicens se conviciis lacessiviisset. Interim Severus Irenei Comitis industriam fefellit; elusis excubiis Antiochia excessit, & fuga salutem invenit faventibus noctis tenebris Mense *Gorpiée* æra Antiochena 567. id est Mense Sept.

Sept. 519. Seleuciam delatus est, atque inde navigavit Alexandriam, ubi junctus est Juliano Halicarnassensi, jam antea jubente Imperatore Sede sua pulso, quod Concilium Calcedonense rejiceret. Severum & Julianum amicissime excepit Timotheus Episcopus Alexandrinus, qui Dioscoro Juniori successerat. Imperator Xenajam quoque Hierapolitanum, Petrum Apamiensem, omnesque eorum complices in Exilium ejecit. *Theoph. p. 142.*

Sæculum VI. A.C. 519.

§. XLV.

Theodoreti imago honoratur.

Haud diu post hæc, allata sunt ad Imperatorem Justinum Acta coram Defensore Ecclesiæ Antiochenæ conscripta. In iis referebatur; priusquam Sergius Episcopus Cyrensis urbem ingrederetur, Andronicum Presbyterum, & Defensorem, & Georgium Diaconum, Theodoreti Imaginem Currui impositam unacum ipso inter Psalmos in urbem introduxisse. Ipsum deinde Sergium, postquam Sedem Cyrensem cepisset, Festum ad honorem ejusdem Theodoreti, Diodori Tarsensis, Theodori Mopsuesteni, & Nestorii Hæresiarchæ, quem Martyrem appellabat, celebrasse. Econtra Delegati, quos Sergius miserat, Imperatori Acta alia coram Defensore Cyrensi conscripta tradiderunt; nunquam nomini aut honori Nestorii *Conc. v. Coll. 7. p. 560.*

Sæculum VI. A. C. 519.

storii cujusquam festa vel denunciata, vel celebrata fuisse. Insuper Sergius aliique Provinciæ ad Euphratem Episcopi obtulerunt Imperatori Libellum, in quo damnabant Nestorii Memoriam, Sectæ ejus renunciabant, & quatuor Concilia recipiebant.

ibid. p. 550. His Actis coram Imperatore lectis, scripsit Hypatio Militiæ in Oriente Magistro, jubens, ut coram se citaret Sergium Episcopum Cyrensem, milites, qui in Actis Judicii Antiocheni testes adducebantur, Andronicum Presbyterum, & Georgium Diaconum accusatos, quod Imaginem honorassent. In factum istud exacte inquireret, itemque an Episcopus Sergius hoc comperto tamen istos Clericos ad Communionem Sacrorum Mysteriorum admisisset; an pollicitus fuisset, se Festum Theodoreti, Diodori & præprimis Nestorii celebraturum. Epistola hæc septima Aug. Rustico Consule, id est, anno 520. data erat. Imperator unum ex Ministris suis Thomam nomine misit, qui hæc mandata perfici curaret, cumque Sergius Episcopus fuisset convictus, depositus est, & Ecclesia ejectus.

§. XLVI.

Legatis Thessalonicæ vis infertur.

Sug. Germ. p. 1509. Dorotheus Episcopus Thessalonicensis, Synodo, ut Legatis promiserat, convocata,

vocata, jussit conscribi Concordiæ Libel- Sæculum VI.
los, quibus omnes subscripserunt præ- A. C. 519.
sente Comite Licinio; is enim tunc a- *Sup. n.42.*
liorum Negotiorum causa Thessalonicæ versabatur. Sigillum quoque suum Libellis apposuit, &, cum Constantinopolim fuisset reversus, Legatis, quæ acta fuerant, retulit. Etiam Dorothei Apocrisiarius adfuit, qui petebat a Legatis, ut mitterent quemquam, qui Libellos acciperet. Miserunt quidem, ut convenerat, sed serius. Ad hanc profectionem delectus est Joannes Episcopus unus ex Legatis cum Presbytero, cui nomen Epiphanius, eorumque precibus dedit Imperator, ut cum ipsis Licinium Comitem remitteret.

Ubi Thessalonicam pervenerunt, Licinius adventus sui & sociorum certiorem fecit Dorotheum, qui misit ad eos Presbyterum, cui nomen Aristides, & Episcopos duos. Hos Ecclesiarum Reconciliationi solos maxime adversari noverat. Ut advenerunt, litigare cum Romanis cœpere; esse articulos, qui emendatione indigerent. Responderunt Romani: *Id in Potestate nostra non est. Si ad unitatem & Ecclesiam redire vultis, laudetur Deus! sin vero, Salutem vobis dedimus, jamque transibimus.* His illa die separati sunt. Sequenti die redierunt Thessalonicenses, & eundem sermonem

Sæculum VI. A. C. 519.

monem repetebant; ecce autem! antequam Romani respondissent, aut cœpta fuisset disceptatio, furore ardens populus in Joannem Episcopum Pontificis Legatum manus injecit. Ex famulis ipsius duo occisi, ipse in capite bis ictus est & in renibus. Necati fuissent haud dubie omnes, nisi ad Baptisterium Ecclesiæ S. Marci confugissent, & per hanc moram Magistratus vita periclitantibus subvenisset. Nihilominus interfectus & in frusta concisus est aliquis Catholicus, cui nomen Joannes, quod Romanos in ædes suas recepisset, & a Communione Archiepiscopi Dorothei Concilii Calcedonensis causa nunquam non abhorruisset.

Post elapsum aliquod tempus compertum, populum a Dorotheo ad seditionem fuisse sollicitatum, vulgato mendacio, Ecclesiæ Persecutionem imminere. Biduo antequam Romani advenirent ultra duo hominum millia baptizavit extra tempus Paschale, ac si instaret periculum, ne postea infantes sine Baptismo mori sinerentur. Evchariſtiam populo jussit distribui plenis canistris & in tanta copia, ut longo tempore communicare possent. Inde indicium habemus, illa ætate consuetudinem necdum exoleviſſe, ut Laici postulante necessitate Evchariſtiam in Domos suas deferrent, &

Thessalonicensium seditio.

e suis

e suis manibus (*) Communionem ac- Sæculum VI.
ciperent. Postquam populus palam fu- A. C. 519.
rere in Legatos cœperat, Dorotheus vi-
dente

(*) Hier findet man keine Spur, daß die Leute auch das gesegnete Blut Christi mit sich nach Haus genommen; und darum ist es ein Zeugniß, daß die Christen zuweilen nur unter der Gestalt des Brodes den heil. Leib, und Blut Christi genossen. Wie hat sich aber hier unser Uebersetzer verhalten, welcher ein Feind dieses heil. Geheimnißes ist? Er hat die von ihm in seiner Vorrede so sehr verfluchte verwegene Kritick zur Hilfe gerufen, und ein Wort verfälschet, und ein anders hinein geflicket. Nämlich, da es bey dem Herrn Fleury heißt: Ce qui montre, que les Laiques en cas de besoin emportoient encore l' Evchariſtie dans leurs Maisons pour se communier eux-memes. welches ich gegeben, inde indicium habemus &c. hat er auf seiner 149. Seite also übersetzet: Man ersieht daraus, daß es damals noch gebräuchlich gewesen seye, daß die Layen im Fall der Noth das gesegnete Brod und Wein mit in ihre Häuser genommen, um sich selbst untereinander die Communion zu reichen. Den Ausdruck: des gesegneten Brodes, und das hinzugeflickte Wort: und Weines, hat er in der Dummheit seines Vorurtheiles hinzugesetzet: Uebrigens hat er wohl sieben oder achtmal nur in diesem XXXI. Buch den Fleury so nachläßig und ungeschickt übersetzet, daß man den Sinn der Worte nicht errathen kann.

Sæculum VI. A. C. 519.

dente plebe laceravit concordiæ Libellum, quem cum Episcopis suis scripserat, dicens: *Hoc non faciam, quoad vivam, nec patiar, ut alii faciant.* Interim Romanis in Baptisterio delitescentibus Schismatici, postquam quid faciendum esset deliberassent, noctu eos navigiis imponere volebant, in speciem amicitiæ & quasi hospites a tanto periculo liberaturi, revera autem ut in mari demergerent. Demetrius & Andreas Romanorum nomine responderunt: *Nemo ignorat, nos in manibus vestris esse; si liberare nos sincere vultis, curate, ut crastina secreto accersamur a quinque sexve Senatoribus, & Comite Candido, horum Bona, & vitam vadem habebimus; sciant ipsi, quo jam abducendi simus, & quod volent, faciemus.* Tunc quidem Schismatici nihil responderunt; at Die altera ipsis Auctoribus recruduit Seditio, & Legati vix necem effugerunt.

Cum hæc fama Constantinopolim delata fuissent, ingemuere omnes Catholici. Promisit Imperator, non inultum fore facinus, deditque mandata, ut Dorotheus aliique Episcopi rei Constantinopolim adducerentur; Nam Legati coram ipso edixerant, Dorotheum a Pontifice pro Episcopo haberi non posse, nec eum ad Communionem, nec etiam illos, qui cum ipso communicarent, posse admitti.

mitti. Verum Joannes Episcopus & Epiphanius Presbyter, qui adhuc Thessalonicæ erant, Legatis Constantinopoli versantibus miserunt litteras, eosque de præsenti rerum statu edocebant in hunc modum: *Si in pœnam peccatorum nostrorum permittat Deus, ut Episcopi, qui hinc abducti fuere, urbem Constantinopolim ingrediantur, non modo ad Imperatoris conspectum perveniant, sed etiam in Sedes suas restituentur, tantam enim auri vim secum tulerunt, ut ea non obcæcandis hominibus solum, sed etiam Angelis sufficere videatur. Si Civitatem intrent, nobis absentibus, tot fundent mendacia, ut calumniari atrocius vel Diabolus non possit; si enim tanta nobis præsentibus ausi sunt, quid nobis absentibus non dicent? itaque ne hominum istorum improbitati in nos omnia liceat, efficite, ut si coram Imperatore Causa dicenda sit, nos quoque adsimus, & toti orbi patefiat, istos in nos innocentes immisisse latrones. Ceterum eos coram Senatu convincere possumus, esse perditissimos Hæreticos.*

Sæculum VI. A. C. 519.

Indic. p. 1522

§. XLVII.

Hormisdæ Papæ Moderatio.

Hormisdas Papa tristem hujus Legationis eventum alia via edoctus, Lega-

Ep. 62.

Sæculum VI. A. C. 519.

tis suis scripsit. *Non adeo Populi seditione commoveor, Imperatoris enim erit arbitrium, quibus videbitur pœnis injuriam Regni sui Gloriæ, & Episcopo Catholico illatam ulciscí. Quod vero ad nostrum officium pertinet, & maxime vobis curæ sit, illud est, ut caveatis, ne quisquam se convertat causa Religionis non cognita, aut conqueratur, se cogi a Principe ad profitendam fidem, quam, an vera sit, nescit. Cum igitur Episcopus Thessalonicensis Doctrinam vestram recipere noluerit, petite, ut eum Imperator Romam mittat, a Sacra Sede edocendum, ubi etiam ipsius circa fidem dubia a nobis solvenda sunt. Si doceri recuset, palam facit, quo Spiritu ductus Dei præcepto, & exemplo Principis repugnet. Cum eo Imperator etiam Aristidem Presbyterum ad nos mittat necesse est.* Hæc epistola 13. Octobr. anno 519. data est. Postea Papa acceptis Legatorum Litteris iterum rescripsit 13. Dec. 519. comperisse se, ait, jussisse Imperatorem, ut Dorotheus Constantinopolim perduceretur, mandatque, ut ipsum deponi postulent, & prohibeant, ne in ejus locum Aristides Presbyter sufficiatur. Dorotheus ex Mandato Imperatoris interim Heracleam perductus est, donec ipsius Causa agitaretur. Legati Pontificii secundum Mandata, quæ acceperant, petierunt, ut unacum Presbytero

p. 1510.

Ep. 63. *Sug. Germ.* p. 1522.

tero Aristide Romam deveheretur, Doctrinam Catholicam edocendus. Respondit Imperator; non esse rationi consentaneum, ut illo mitterentur, cum enim ipsorum Accusatores ibi non essent, facilius objecta negaturos. Ecce vero! inter hæc Dorotheus subito Heraclea in Sedem suam remittitur, omnibus inexpectatæ mutationis causam ignorantibus. Id Legati ad Papam perscripserunt, simulque, Festum futurum Paschale, de quo dubitabat, in decimum tertium Kal. Maji, id est, 19. Aprilis incidere. Post hæc Imperator Dorotheum compulit, ut Legatos Ecclesiæ suæ Nomine Romam mitteret, qui Papæ satisfacerent. Dorotheus ad Papam Epistolam dedit in speciem officiosissimam; affirmabat, se propriæ vitæ periculo Joannem Episcopum defendisse, idque ex Actis probari se absente conscriptis. Papa dato Responso significabat, sibi bonis verbis illudi non posse, nec Dorothei errata alio modo corrigi, quam si aliorum exempla secutus ad unitatem Ecclesiæ rediret. Hæc epistola 29. Octobr. anno 520. data. Papa deinde hujus Causæ examen Episcopo Constantinopolitano reliquit; ipse Schisma componeret, si Thessalonicenses, quæ debebant, feciissent. Ita Papa hac de re loquitur in sua Epistola ad Epiphanium Constantinopolitanum septimo

Sæculum VI. A. C. 519.

to. 5. *Conc. p.* 155.

to. 4. *p.* 1539.

Sæculum VI. A.C. 519. Kal. Aprilis Valerio Consule id est 26. Martii anno 521. data.

§. XLVIII.

Quæstio Monachorum ex Scythia.

Illo tempore quo Hormisdæ Papæ Legati Constantinopolim pervenerant, Disputatio fervebat circa illam Propositionem: *Unus ex Trinitate crucifixus est.* Pro affirmativa pugnabant Monachi ex Scythia, quibus Comes Vitalianus patrocinabatur. Eorum Monachorum aliquis, cui nomen Leoncius, se Comiti affinitate junctum dicebat. Ceterum Joannes Maxentius inter Ceteros Eruditione eminebat. Hi Monachi aliquos suæ Provinciæ Episcopos, & inter alios Paternum Tomitanum accusabant; item Diaconum, cui nomen Victor, quod in Fide erraret, & Libellum contra ipsum Legatis Papæ Episcopo Constantinopolitano obtulerunt. Habemus Libellum Legatis traditum; queruntur Monachi accusari se, quod Fidei aliquid addant, cum Patrum opiniones contra Concilii Calcedonensis hostes docerent. Fidei suæ expositionem de Incarnatione & Gratia tradunt, & Legatorum Judicio submittunt.

Sug. Dioſc. to. 4. Conc. p. 1612. & p. 1519. Sug. Germ. p. 1514.

Bibl. PP. to. 4. p. 534.

Ubi de Incarnatione agunt, præprimis Nestorium & Theodorum Mopsuestensem refutant. Contendunt, istos efficacius erroris convinci non posse, quam dicen-

dicendo; Unum ex Trinitate passum fuisse. Asserunt etiam ita locutus fuisse Patres, sed verba propria nullius adducunt, nisi Procli in Epistola ad Armenos. In altero Articulo de Gratia; statuunt Peccatum originale, & Necessitatem Gratiæ. Nihil in hac Expositione legitur, quod non Catholicum sit. Sæculum VI. A. C. 519.

Quamvis Legati Pontificis nollent aliud Negotium in se suscipere quam illud, ad quod expediendum missi fuerant, tamen resistere non potuerunt Vitaliani, & Imperatoris Voluntati, invitantium se ut Patriarcham Constantinopolitanum inviserent, Quæstionem istam Examini subjicerent, & litigantesconciliarent. Ergo convenerunt. Patriarcha arrepto Concilio Calcedonensi coram omnibus illud Decretum legit dicens: *Nemo his quidquam aliud addat; hæc credentes Catholici sunt.* Victor Diaconus dixit: *Hæc credo, & recipio Epistolas Leonis Papæ, atque S. Cyrilli, quas Concilium refert. Subscribo manu mea, & juramento affirmo, me aliud nihil defendere.* Monachi Scythæ dixerunt: *addatur: unus ex Trinitate.* Legati Papæ responderunt: *non possumus addere, quod in quatuor Conciliis, & in Epistolis S. Leonis definitum non est.* Hæc Responsio Scythis displicuit. Unus Crucifixus est.

Vitalianus deinde accersivit Victorem coram se, & Patriarcha Constanti-

Sæculum VI A. C. 519.

nopolitano non accersitis Legatis, qui acta inter eos ignorarunt, nisi quod adverterent, Victorem amplius ad se non venire, & causam non fuisse examinatam. Post multa & inutilia inter Legatos, & Monachos Scythas Colloquia, Imperator in Conventu publico præsentibus Legatis Episcopum Paternum & Vitalianum, alterum alteri reconciliavit, jussitque Accusatores ejus tanquam suo Episcopo deinceps subjici, & pro venia deprecari. Quærebantur etiam Monachi, ut ad Pacem ineundam cogerentur; ipsi vero Constantinopoli excesserant, & Romam versus iter capessebant sperantes, ibi ratam habendam Propositionem suam: *Unus ex Trinitate &c.* & aliquas alias Auctoritate Papæ confirmandas. Papa Monachos adventuros didicit ex Legatorum suorum Epistolis 29. Junii 519. datis. Accusabant Monachos Scythas; his ipsis neminem magis obstitisse, quo minus in Locum Severi alius Episcopus eligeretur.

Sug. Germ. p. 1514.

Legati in eadem Epistola de Propositione Scytharum suam Sententiam edicunt. *Ille modus loquendi*, dicit Dioscorus Legatus, *nec in Conciliis, nec in Epistolis S. Leonis legitur, nec eo unquam Ecclesia usa est. Imperator Anastasius Catholicos cogere volebat, ut hanc Additionem reciperent, & Discipuli Eutychis eandem*

p. 1513.

eandem in Concilio Calcedonensi recipi optabant. Mihi vero videtur, ad Pacem Ecclesiarum conservandam utilius futurum, si ipsis respondeatur, Concilium, & Epistolas S. Leonis nobis sufficere. Nec volumus nec possumus quidquam novi in Ecclesiam afferre. Dicent: Recipimus Concilium Calcedonense, sed speramus, curaturos vos, ut nobis hujus Concilii Doctrina explicetur. Astute hoc petunt, nec ea de causa, quod Concilii Doctrinam non satis intelligant, sed ad disputandum nos inducere cupiunt. Si autem cedamus, & quidquam novi adjiciatur, omnia, quæ hactenus ædificata sunt, mea quidem opinione destruentur.

Sæculum VI. A. C. 519.

Comes Justinianus quoque se Monachorum Scytharum Adversarium profiteri cœpit, forte, ut se opponeret Vitaliano eorum Patrono, quem ut æmulum aversabatur. Scripsit igitur Papæ, inter alia dicens; Hos Monachos quietis osores Pacem Ecclesiarum novis & absurdis vocibus turbare velle. Rogat, ut eos habeat, sicut merentur, & procul a se repellat. *Nomina eorum*, inquit, *sunt Achilles, Joannes, Leontius, & Mauritius.* In alia Epistola, postquam, ut credibile est, rem mature pensasset, rogat Pontificem, ut Quæstionem definiat, & hos Monachos dimittat; subjungit: *Lis est de nudis vocibus; omnes Catholici in*

p. 1516. *propitia.*

p. 1517. *ut pleniss.*

Sæculum VI. A. C. 519.

eodem Sensu consentiunt. Sed illud Doctrinam Catholicam credemus, quod Tu definieris.

§. XLIX.

Epistolæ Pontificis.

Epist. 66. Respondit Papa: *Volebam statim Monachos, de quibus mihi scripseras, a me repellere. Ipsi vero testabantur Deum, si Constantinopolim reverterentur, in itinere se vita periclitaturos. Itaque non jussi viros ejici, sed credidi, reditum Legatorum meorum expectandum, ut Disputationis hujus materiam accurate rescirem.* Hæc Epistola secunda Sept. anno 519. data. *Epist.* 67. In alia ad Justinianum Epistola petit Papa, ut Imperator Romam mittat Victorem Diaconum, quem Monachi accusabant, omnesque illos, qui quæstiones periculosas movebant.

Eadem occasione usus Pontifex Legatis suis scripsit; videri sibi optimum, hanc Causam Episcopo Constantinopolitano delegare, qui utramque Partem audiret. Ad hæc Dioscorus Legatus Papæ *Sug. Diosc.* respondit: *hoc consilium mihi placebat, p. 1519. nam qui secura est conscientia, judicium non refugit. Scripsisti mihi, hos Protestationem tradidisse, ne Hæretici se mihi jungerent. Nescio, quos ipsi Hæreticos vocent, nisi illos, qui Concilium Calcedonense recipiunt, & quos ego Catholicos voco.*

voco. Refert deinde, quæ Constantinopoli inter Monachos Scythas, & Victorem Diaconum acta fuerant, & Diaconum fuisse confessum, se Concilium & S. Leonis Epistolas recipere. Tum Dioscorus addit: *An Victor sincere locutus fuerit, vel ficte, quis hoc sciat, nisi qui corda scrutatur, Deus? audivimus verba ista: Dei est cogitationes hominum judicare. Quod vero attinet ad istos Scythas; sciat, Beatitudo tua! ab ipsis haberi pro Nestorianis omnes illos, qui Concilium Calcedonense recipiunt; dicunt enim, hoc Concilio non satis refutari Nestorium, nisi simul ipsorum explicatio recipiatur. Neminem Catholicorum, Deo sint Laudes! latet, quales isti sint, & quod sit ipsorum consilium.* Et inferius: *Maxentius Abbatem se dicit; si vero quis interroget, in quo Monasterio, aut sub quo Abbate vixerit, quid respondeat, non habet. Idem de Achille possem scribere.* Hæ Dioscori Legati litteræ 14. Octobr. 519. datæ sunt, sed Romæ non ante decimam septimam Nov. anni sequentis 520. redditæ. Sæculum VI. A.C. 519.

Eodem tempore & in iisdem Litteris Comes Justinianus Papam rogabat, ut sibi mitteret Reliquias, in Ecclesia Apostolorum, quam in suo Palatio ædificaverat, deponendas. Hac de re Legati data peculiari ad Papam Epistola dicunt: *Ep. propit. p. 1516.*

Filius

Sæculum VI. A. C. 519. Sug. 1515.

Filius tuus Justinianus præter Reliquias Apostolorum etiam aliquas S. Laurentii habere cupit, speratque, se opera nostra eas celeriter accepturum. Ipse quidem hoc petit secundum consuetudinem Græcorum, sed postquam ipsi Sacræ Sedis usum explicavimus, acquievit. Nempe Græci truncabant Sanctorum Corpora, & transferebant partes, quod Romani non faciebant. Legati inferius Papam rogant, ut Justiniani Pietati satisfaceret, atque mitteret SS. Petri, & Pauli Sanctuaria etiam secundæ Cataractæ, id est, talia linteamina, quæ SS. Corpora proxime contigissent. Etiam particulas de vinculis Apostolorum, & S. Laurentii craticula petebat, miseratque Romam Eulogium Magistrianum, qui has Reliquias ex ipso loco acciperet. Legatorum Epistola 29. Jun. 519. data. Papa Justiniano Sanctuaria SS. Petri, & Pauli, misit, quod ex Ejusdem Epistola 2. Sept. eodem anno data dispicitur.

Ep. 66.

Monachis Scythis Romæ morantibus Senator, cui nomen Faustus, consuluit Trifolium Presbyterum super quæstione, quam defendebant, *unus ex Trinitate crucifixus fuit.* Trifolius respondit; hunc loquendi modum Arianis debere originem suam, & esse rejiciendum, cum nec in Concilio Calcedonensi, nec in Patribus occurrat.

to. 4. Conc. p. 1590.

§. L

Sæculum VI.
A. C. 520.

§. L.

Epistola ad Possessorem.

Postquam memorati Monachi plus anno Romæ fuissent, haud æquo animo discedentes Constantinopolim reversi sunt. Papa sapienter prospiciens, homines hos contra se ibi querelas allaturos, per Litteras monuit Episcopum Africanum Possessorem, qui ibi degebat, ut dictum est. Possessor ad Papam Litteras dederat consulens, quid de Scriptis Fausti Rejensis Galli tenendum in hæc verba: *ad Caput nobis confugiendum est, quando membrorum sanitas periclitatur. Aliquibus ex Fratribus nostris Fausti Libri de Gratia offensioni sunt, alii eos defendunt. Mentem meam exquirentibus respondi; Episcoporum Libros non eo loco habendos esse, quo leges, aut Scripturæ Canonicæ, aut Conciliorum Decreta, sed tanti æstimandos esse, quanti valerent, Salva Fidei Regula. Ipsi hoc meum responsum ita acceperunt, quasi sententiam meam candide edicere nollem. Itaque mitto tibi Diaconum meum Justinum, & rogo, ut Auctoritate Apostolica aperias, quid de Libris hujus Scriptoris sentias. Idque te facturum multo magis credo, quod Filii tui Vitalianus Militiæ Magister, & Justinianus, tuo Responso doceri percupiant.* (*) Possessoris Epistola

to. 4. *Conc. p.* 1529.

(*) Justinianus Disputationibus Theologicis nimium

Sæculum VI. A.C. 520.

Epistola 15. Kal. Aug. Rustico Consulatum gerente id est 18. Jul. anno 520. reddita est.

Vitalianus hoc anno cum Rustico Consul erat. Ecce vero! septimo sui Consulatus Mense, nempe eodem Mense Julio, Constantinopoli in Regia septendecim vulneribus confossus nefanda proditione cecidit, nam Justinus Vitalianum sibi esse carissimum in illum usque diem simulaverat. Tetrum facinus ab hominibus Justiniano devotis peractum crediderunt. Etiam populum Constantinopolitanum malorum, quæ Vitalianus regnante Anastasio urbi intulisset, memorem fuisse dicebant.

Marcel. Chr. hic.

Evagr. IV. hist. c. 3.

Vict. Tun. ann. 523. Theoph. an. 2. Just.

Hormisdas Papa Epistola 13. Aug. data Possessori respondit; sed priusquam ad Quæstionem de Gratia mentem explicet, de Monachis Scythiæ scribit; esse Pseudo-Monachos, qui Religionis obtentu execrabile odium explere cuperent. *Putavimus*, inquit, *homines hos nostra Patientia sanari posse; sed sunt rixarum amantes, nova quærunt, erroribus suis pertinaciter inhærentes. Catholicos non reputant illos, qui opiniones Patrum sequuntur, nisi & ipsorum sectentur stultitiam. Homines improbi calumniandi arte, detractio-*

Hormisdæ Papæ Epistola.

nimium delectabatur. Laicum oportet simpliciter credere.

tractionibus, commovendis Seditionibus exercitatissimi. Temerarios hos nec admonitionibus, nec mansuetudine, nec Auctoritate in officio continere potuimus. Eo usque audaciæ prorumpere ausi sunt, ut in Cœtus populi se ingererent, & consistentes apud Imperatorum statuas tumultum excitarent. Et profecto nisi Populus fidelis obstitisset, schismatis causa extitissent; at Deo adjuvante ejecti sunt Pacis hostes. Hæc oblata occasione vobis scribimus, ne si forsitan ad vos devenerint, fallant ignaros, quantum Romæ peccaverint. Hæc de Monachis Scythis Papa. Nullam in ipsos fert Sententiam, nulla Censura perstringit, nihil circa Propositionem, quam defendebant, decidit, quamquam eam damnare videatur. Tum prosequitur, oratione semper ad Possessorem directa: *Quod ad illos spectat, qui te super scriptis Fausti cujusdam Episcopi Galliæ consuluerunt, hæc respondeo: hunc Scriptorem non recipimus, & nullus eorum Scriptorum, quos Ecclesia Catholica Patribus non accenset, ambiguam Disciplinam reddere potest, aut Religioni ullatenus nocere.* Hormisdas Papa in hoc loco videtur advertere ad Gelasii Antecessoris sui Censuram, qua Libri Fausti Rejensis tanquam Apocryphi notantur. Addit Papa: *non reprehendantur illi, qui ejusmodi libros legunt, sed qui Doctrinam sequuntur,*

Sæculum VI. A. C. 520.

Sup. XXI. §. 35.

Sæculum VI. A.C. 520.

tur, nam sæpe illis ad refellendos eosdem errores utimur. Itaque videmus, Librorum Censuram tunc ideo tantum fuisse latam, ut Lectores monerentur, & sibi caverent, non vero, ut ipsa Lectio interdiceretur. Papa ulterius dicit: *Quod Ecclesia Romana* (id est Ecclesia Catholica) *sequitur, & docet de Libero Arbitrio, & Dei Gratia, quamvis ea in diversis Libris S. Augustini unusquisque discere possit, præsertim in Libris ad Hilarium, & Prosperum, nihilominus aliqui hujus Doctrinæ Articuli in Ecclesiæ Tabulis reperiuntur, quos mittam tibi, si non habeas, & id necessarium putaveris.* Hæc Epistola 13. Aug. anno 520. data est.

§. LI.

Joannis Episcopi obitus. Epiphanius Episcopus Constantinopolitanus.

Interea Joannes Patriarcha Constantinopolitanus sub initium ejusdem anni 520. fatis functus erat, cum Sedem hanc tenuisset annis ferme tribus, & in ejus locum 25. Febr. Epiphanius Presbyter ejus Cellularius electus fuerat. Dioscorus Legatus sine mora hæc perscripsit ad Papam, qui Epiphanium amice increpavit, quod cunctaretur sibi scribere, & Legatos pro more mittere. Ita Papa nihil suæ Dignitati, & Potestati detrahi existimabat,

Sup. §. 34. Theoph. an. 2. Just. p. 142. Sug. Dioscor. pag. 1513.

mabat, etiamsi prior scriberet. Fecit quod suum erat Epiphanius, scripsitque Papæ Epistolam, in qua certiorem reddit, se electum Episcopum Constantinopolitanum voluntate Imperatoris, atque Episcoporum, Monachorum, populique consensu. Profitetur, velle se vivere Sacræ Sedi unitum, (*) & Fidem S. Petri sequi. Deinde explicat Fidem suam, quam dicit a se sæpe Catechumenis expositam, nam id Muneris sibi fuisse injunctum. Edicit etiam, se damnare omnes illos, quorum Nomina Papa in Diptychis recitari prohibuisset. Hæc Epistola 17. Sept. 520. Romæ reddita est. Sæculum VI. A. C. 520.

Eadem occasione Pontifex litteras accepit a Justiniano Comite ad se datas, quibus p. 1536.

(*) Ein herrliches Zeugniß, welches ein Patriarch von Constantinopel abgeleget; es sey kein Heyl für diejenigen, so sich an den Römischen Stuhl und den Glauben Petri nicht halten. Was saget hierzu unser Protestantische Uebersetzer? es sind die Worte: Profitetur, velle se vivere Sacræ Sedi unitum, & Fidem S. Petri sequi, weder deutsch, noch französisch, noch lateinisch, noch griechisch bey ihm zu lesen, er hat sie im 5ten Theile auf seiner 156. Seite schlechterdings weggelassen. Das hätte ein anderer auch thun können. Da sieht man wiederum, warum dieser Mensch seinen Namen auf dem Titelblat seiner Uebersetzung nicht einrücken lassen.

Sæculum VI. A.C. 520.

quibus significabat; plurimos Orientales adduci non posse, ut memoriam Episcoporum suorum post Acacium mortuorum damnarent, & paratos esse, in eorum defensione extrema pati. Subjungebat: *Itaque Sanctitas tua aliquam temporis rationem habeat, antiquam hanc litem componat; damnet Erroris Auctores Acacium Constantinopolitanum, Petrum Alexandrinum, Timotheum Elurum, Dioscorum, & Petrum Antiochenum. De ceteris nulla amplius sit mentio, ne dum Animas lucrari volumus, multorum corpora animasque perdamus. Antecessores tui sæpe promiserunt, nihil amplius se petituros, quam ut Acacius, & illi, quos nominavi, damnarentur.*

Justiniani Epistola ad Papam.

Pontificem jam ab aliquo tempore cura angebat, quid factum esset Legatis suis, quorum abitum Imperator jam nona Julii ipsi significaverat. Prima Octobr. comperit, Joannem eorum alterum fuisse diuturno morbo retardatum. Tandem sub finem Novembris advenerunt cum Delegatis Constantinopolitanis, afferentibus Epistolam Synodalem Episcoporum, qui Epiphanium Patriarcham ordinaverant, alteramque ab ipso Epistolam, in qua Papam eadem monet, quæ Justinianus monuerat, scilicet, quanto fervore multæ Ecclesiæ Episcoporum suorum Nomina in Diptychis retinere cuperent,

Ep. 68. 69. *p.* 1527.

p. 1537.

perent, hortaturque, ne nimio rigore hæc Nomina deleri urgeret. Ceterum rogat, ut iis, quæ tres ipsius Legati Joannes Episcopus Claudiopolitanus in Isauria, Heraclianus Presbyter ipsius Cellularius, & Constantinus Diaconus, dicerent, fidem haberet. Eorum etiam Legatorum opera Ecclesiæ Romanæ, Monumenta amoris sui, Calicem aureum gemmis ex omni parte rutilantem, Patenam auream, Calicem argenteum, & duo Vela serica transmittit. Hæc Epistola 30. Nov. 520. Romæ reddita. Adjecta erat Epistola Imperatoris, eadem monentis; quam pertinaciter aliquæ Ecclesiæ in Ponto, in Asia, & præprimis in Oriente Episcoporum suorum memoriam defendere parati essent. *Harum Ecclesiarum Clerici populique*, inquit Imperator, *nec argumentis, nec minis flecti possunt, ut aboleant Nomina Episcoporum, quorum optima apud ipsos semper fama fuit. Prius in mortem ruent, quam hos defunctos damnent. Nos quidem existimamus, leniter esse tolerandos, multo magis etiam ideo, quod Antecessor tuus Anastasius edixerit, sufficere Pacem habere volentibus, si Nomen Acacii supprimerent.* Huic Epistolæ adjunctus erat Libellus, quem Clerici, Abbates, & potentissimi Laicorum ex urbe Jerosolyma, Antiochia, & Secunda Syria Imperatori tradiderant;

Sæculum VI. A. C. 520.

p. 1541.

p. 1542.

Sæculum VI. A.C. 521.

derant; rogabant, ut Ecclesiis Pacem perfectam daret, addiderant Fidei suæ Professionem, recipiebant quatuor Concilia, Nestorianos, Eutychianosque damnabant. Verum Dioscoro Papæ Legato Libellus iste, cum illum Constantinopoli vidisset, non probabatur, & conjicere licet, causam fuisse, quod in eo dicatur; *unum ex Trinitate fuisse incarnatum.*

p. 1543.

§. LII.

Papæ Epistolæ de Orientalium Causa.

Ep. Just. p. 1549. *Epist.* 76. *Epist.* 80.

Legati Constantinopolitani Hyemem Romæ exegerunt; quia vero hæc mora nimis longa Justiniano videbatur, datis litteris instabat, ut eos Papa dimitteret. (*) Tandem dimisit illos sub finem Mensis Martii 521. pluresque Litteras iisdem ferendas tradidit. Duas ad Epiphanium, in quarum altera significat, Legatos adveniisse, & Dona Ecclesiæ S. Petri attulisse. In altera, quæ multo amplior est, mentem suam explicat Papa in Causa tot Ecclesiarum, Episcoporum suorum Nomina delere recusantium. *Id fac*, inquit, *quod faceres, si in meo consisteres loco, si Petri Cathedram teneres, & cogita, de*

to. 5. *Conc. p.* 151. *p.* 154.

(*) Justinianus jam exinde omnia in aula potuisse videtur.

de hac ipsa Causa te Deo rationem reddi- Sæculum VI.
turum. In Litteris tuis nobis illos indi- A. C. 521.
cabis, qui tibi Communione Ecclesiastica, & per te Sacræ Sedi uniti fuerint, & Libellorum, quos tradiderint, Summam inseres. Ita Severus, & socii ejus absolvi poterunt. Dum vero subjicientes se leniter recipis, rejicies perseverantes in Hæresi, aut qui se Catholicos simulant; & non nisi verbis nobis consentiunt. Quod respicit causam eorum, qui sunt Jerosolymæ, de quibus etiam ad nos scripsisti; illud firmiter teneant, quod Patres definierunt, præsertim in Concilio Calcedonensi. Si itaque Sacræ Sedis Communionem sincere desiderant, mittant ad nos Fidei Professionem, quam Legatis nostris Constantinopoli tradiderunt, aut tibi illam tradant, ad nos transmittendam.

Simul & in eadem causa Hormisdas Papa, ad Imperatorem Justinum Epistolam dedit, in qua dicit: *cavendum nobis ab astutia illorum, qui ideo solum in hoc negotio difficiles sunt, ut illa, quæ feliciter composita fuere, solvant; hinc ipsorum in errore perseverantia causa est, quod eis tam leniter ac prius indulgere non possimus. Tandem ad Epiphanium scripsi, ut illos, quos coram Deo dignos judicaverit, & secundum formulam a me transmissam, recipiat.* Istæ Epistolæ omnes eadem die 26. Martii 521. datæ. *Ep.* 78.

Sæculum VI. A. C. 521.

Paulus, quem Imperator Patriarcham Antiochenum ordinari expulso Severo curaverat, a Populo, aliisque Clericis suis accusabatur, & multi apud Imperatorem instabant, ut rem istam in Judicio discuti permitteret. Timuit Paulus, ne, si causa examinaretur in Judicio, pejorem fortunam experiretur, atque stimulante conscientia Libellum obtulit, in quo sponte sua Episcopatum abdicabat, petens licentiam aliquo se recipiendi, ubi quiete reliquum vitæ tempus ageret. Hanc rem Imperator, & Patriarcha Constantinopolitanus Papæ prima die Maji, 521. Justiniano, & Valerio Consulibus perscripserunt. Paulo post hæc Paulus vitam posuit, cum Sedem Antiochenam tenuisset ferme annis duobus. Ipsi successit Euphrasius Jerosolymita, & sedit annis quinque.

Sup. §. 44.

to. 4. Conc. p. 1555.

Evagr. IV. hist. c. 4.

§. LIII.

Liber Joannis Maxentii.

Joannes Maxentius Constantinopolim reversus Librum scripsit contra Papæ ad Possessorem Epistolam; simulat vero se credere, illam ex Pontificis calamo non fluxisse, sed partum esse cujusdam Monachorum Scytharum Adversarii, qui Papæ opus commentus esset. Queritur, ipsos a Papa nullum impetrare potuisse responsum, postquam Mensibus omnino quatuorde-

to. 4. Bibl. PP. p. 547. p. 551.

tuordecim Romæ fuissent commorati, & quamvis toto illo tempore Communione sua dignos habuisset; at Pontificem contra se Dioscori Legati sui suggestionibus præventum, cum eum propediem rediturum expectaret, ipsum voluisse ab infamia liberare, & prohibere, ne publice a Monachis Hæresis convinceretur. Hinc immisisse Ecclesiæ Defensores, qui se vi adhibita ex urbe ejicerent; tunc igitur compulsos se, ut coram Populo in locis publicis protestarentur, ne clam aufugisse accusarentur. Quod ad Doctrinam spectat, Joannes Maxentius ubique defendit, quemcunque, qui non dicit: *Unus ex Trinitate passus est*, Hæreticum, & Nestorianum esse. Tales etiam esse Auctorem Epistolæ, quam oppugnat, Dioscorum Legatum & Possessorem, affirmare audet. Subjungit: *confidenter dico! si Papa non data epistola sed hic loci ipse præsens viva voce prohiberet, hanc Propositionem proferri, nunquam Ecclesia Dei consentiret, nec eum pro Episcopo Catholico haberet, sed execraretur tanquam Hæreticum.* Dicit, fraudem esse, huic Propositioni vocem: *Persona*, addere, & dicere: *Una Persona ex Trinitate passa est.*

Saeculum VI. A.C. 521.

p. 554.

Maxentius Libros Fausti Rejensis Hæreticos, & Possessorem præcipuum illorum Defensorem esse affirmat, hinc conqueritur, quod Papa eorum Lectionem

p. 536.

Sæculum VI. A.C. 521.

non prohibeat. Refert aliquos ex Fausti Libro textus, quos a Semipelagianismi labe purgare res est haud facilis negotii. Nihilominus Fausti Personam nunquam fuisse damnatam legimus, imo legimus, in Ecclesia sua Rejensi inter Sanctos coli; inde scripta retractasse, aut saltem in Ecclesiæ Communione mortuus creditur.

v. Boll. 16. Jan. p. 28. Baron. ap. to. 6. an. 490.

§. LIV.

S. Fulgentii Libri.

ap. Fulgent. ep. 16. edit. Paris. 1684.

Monachi ex Scythia, cum Romæ versarentur, ad Episcopos Africæ a Vandalis in Sardiniam relegatos Epistolam dederunt. Epistolæ præfixum est Nomen Petri Diaconi & Confratrum ejus, qui propter Quæstiones Fidei ex Oriente Romam missi fuerunt. Et quatuor Monachi nempe idem Petrus Diaconus, Joannes & Leoncius Monachi, & Joannes Lector subscripserunt. Hæc epistola duas Partes primam de Incarnatione, secundam de Gratia complectitur, & in Præfatione Monachi ab Episcopis Africæ petunt, ut eam Examini subjiciant, suam edicant Sententiam, & Catholici Orientis, tot Episcoporum Occidentis, propter Fidem Persecutionem patientium, consensu confirmentur. S. Fulgentio ceteris ita decernentibus huic epistolæ respondendi Provincia obtigit. Anni fer-

Ep. 17. Sup. l. XXX.

me

me duodecim elapsi erant, ex quo Sancti Episcopi a Trasamundo Vandalorum Rege, Catholicorum hoste implacabili, in Exilium missi. Fallacissimus Princeps terrebat minis, promissis alliciebat, collationibus intererat simulans cupere se doceri, & responsa ad ea, quæ objecerat, placide audire. Id multis Catholicis ansam dedit, eundem fortissimis argumentis refutandi. Alii, quorum mens perplexis Arianorum objectionibus turbabatur, datis Litteris Episcopos Exules præsertim S. Fulgentium consulebant. Hæc quorumdam operum ipsius Materia fuit. Ita Juvenis, cui nomen Donatus, Religioni Catholicæ fidelissime addictus, sed humanis litteris magis quam Sacris & Theologicis instructus, S. Fulgentium de æqualitate Patris & Filii consuluit, responditque Sanctus Episcopus edito libro, cui Titulus de Fide orthodoxa, in quo eidem Mysterium Trinitatis explicat. Hæc etiam est Materia Libri Felici Notario inscripti, ubi ipsi arma suppeditat, quibus contra Hæreticorum argutias pugnet.

Sæculum VI. A.C. 521.

vit. S. Fulg. c. 21.

Ep. 7.

p. 328.

Trasamundo Regi aliquando quærenti, quis potentissimus Doctrinæ Catholicæ Defensor existeret, responderunt, hunc esse Fulgentium Episcoporum exulantium unum. Illico Rex domesticorum aliquem misit, qui eum Carthaginem adduceret. Hac occasione usus S. Fulgentius maxi-

vit. c. 21.

Sæculum VI A.C. 521.

ma cura Myſterium Trinitatis edocere cœpit Catholicos, qui ad ipſius Diverſorium avidiſſime veniebant, nam gratia eloquendi ſingulari pollebat. Omnibus manſuete reſpondebat, nec ullus unquam ab ipſo ſpretus receſſit. Alios ſemper audire paratus & ab ipſis diſcere. Illos qui ſe ab Hæreticis rebaptizari permiſerant, Eccleſiæ reconciliabat, alios periclitantes a lapſu retrahebat, omnium animos confirmabat. Rex hac de re ab exploratoribus certior factus miſit ei Litteras erroribus ſuis plenas cum Mandato, ut promptiſſime reſponderet. S. Epiſcopus hunc Tractatum, qui erat valde prolixus in aliquot objectiones, & Articulos redegit, ſubjunxitque reſponſiones breves, & ſolidas. Hoc opus illud eſſe creditur, quod dicitur Reſponſum ad decem Arianorum objectiones. Has diu cum viris doctiſſimis examinavit, & etiam populo communicavit; tandem eas ad Regem impatientiſſime expectantem tranſmiſit. Legit eas attente, S. Fulgentii Eloquentiam miratus eſt, & laudavit humilitatem; ſed Hæreſis tamen hæſit. At Populus Carthaginenſis ob Victoriam, quam Fides Catholica reportaverat, triumphabat.

c. 21. S. Fulgentii Libri.

p. 51.

Rex adhuc ſemel experimentum capturus, num S. Fulgentius ſuperari non poſſet, miſit alias quæſtiones, mandavit

c. 23.

davitque, ut una tantum vice ipso audiente legerentur, nec ei licentia concederetur illas describendi; timebat enim, ne S. Fulgentius Scripti sui verba Responsionibus insereret, sicut prima vice factum, & tota Civitas ipsum vicisse agnosceret. S. Fulgentius respondere nolebat, sed Rege instare non cessante composuit Libros tres ipsi Regi Trasamundo inscriptos, quos exorsus est in hunc modum: *Mente tua haud excidisse credo Rex Piissime! nuper te misisse ad me Felicem cum volumine, & mandasse ut statim responderem. Cum longius esset volumen, & ad noctem dies vergeret, vix initium festinanter legi potuit. Ideo rogavi, ut mihi concederetur nox una, qua illud totum legerem; id Tua Clementia districte probibuit. Mandata tua expectavi per dies aliquot; sed Responsiones petiisti, & quæstiones mihi non tradidisti. Itaque ad pauca quæ utcunque initio lectionis audire potui, Responsiones tibi mitto, ne Mandatis tuis superbe resistere, aut Causæ meæ diffidere videar.*

Sæculum VI. A.C. 521.

S. Fulgentius maximam Principi Reverentiam præstans sermonem prosequitur ad Regem Hæreticum, & Catholicorum Persecutorem, laudatque Religionem, & veritatem discendi studium. *Rarum profecto*, inquit, *in hanc usque diem Exemplum! cernere Regem Barbarum, conti-*

Sæculum VI A.C. 521.

continuis Regni sui curis occupatum, ardentissimo desiderio in Sapientiam ferri, quam alias solum homines otiosi, aut Romani serio sectantur. Barbari ignorantiam indoli suæ, quam a natura hauserunt, propriam profitentur. Vandali aliive Romanorum Victores probro non ducebant Barbaros appellari, imo sibi ipsis id nominis tribuebant, quo a Romanis distinguerentur. Tum S. Fulgentius Materiam aggreditur, & in Libro primo de duabus JEsu Christi Naturis in una Persona disserit, præprimis demonstrans in ipso præter Divinitatem esse animam rationalem. In Libro secundo de Immensitate Filii Dei agit, & in tertio de ipsius Passione, præcipue ut ostendat, Divinitatem non fuisse passam. Obstupuit Rex viri Ingenium & argumentorum soliditatem, nec ultra S. Fulgentium quæstionibus vexare ausus est. Major fuit audacia unius ex ipsius Episcopis, cui nomen Pinta; huic S. Fulgentius respondit in peculiari opere, quod hodie desideratur, nam aliud omnino est, quod nostra ætate hoc nomen præfert.

vita c. 23.

ap. Fulg. p. 535.

§. LV.

Secundum S. Fulgentii Exilium.

Rege Trasamundo S. Fulgentium diutius Carthagine retinere volenti instabant Ariani: *Princeps! præsente viro isto zelus*

lus tuus nihil Religioni prodeſt; Epiſco- Sæculum VI.
porum aliquos pervertit, & niſi obſiſtis, A.C. 521.
actum eſt de Religione. Ceſſit Rex monentibus, & S. Fulgentium in Sardiniam c. 25.
remiſit. Ut ipſius diſceſſum populus ignoraret, juſſit eum noctu ad portum deduci; verum contrariis ventis navem in altum provehi per aliquot dierum ſpatium vetantibus tota prope Civitas convenit, ut viro Sancto valediceret, & Communionem de manu ejus acciperet. Cum videret virum virtutis ſtudioſum, cui nomen Juliateus, ob ſuum abitum triſtitia obrutum, ait: *parce lacrymis, brevi redibimus, & Eccleſia Catholica Libertatem recuperabit.* Juſſit autem, ut rem ſilentio tegeret, timens ne tanquam Propheta coleretur. Eodem modo S. Fulgentius omnia dona ſibi a Cœlo gratis data occultabat. Nunquam a Deo petiit, ut Miracula patraret, & ſi languentes, aut aliis calamitatibus preſſi ipſius precibus commendarentur, orabat in hunc modum: *Tu ſcis, Domine! quid Animarum noſtrarum Saluti profuturum ſit. Ante omnia impleatur voluntas tua!* dicere ſolebat: *Miracula non dant Juſtitiam, ſed pariunt famam, quæ ſine Juſtitia noſtram damnationem auget.* c. 26.

In Sardiniam iterum delatus relicta priore Domo, in qua numeroſa erat Congregatio, novum Monaſterium prope Ec- c. 27.
cleſiam

Sæculum VI. A. C. 521.

cleſiam S. Saturnini Martyris procul a Civitatis tumultu remotum ſuis expenſis condidit, obtenta prius, ut oportebat, a Brumaſio Epiſcopo Calaritano licentia. Ibi plus quadraginta Monachis congregatis, illos ad paupertatem præprimis inſtituebat, ut nihil proprium ſibi haberent; in ea enim virtute Monaſticæ vitæ culmen conſtituebat. Dicebat: *contingere poteſt, ut fragilitas corporis Monachum cogat ad uſum cibi lautioris, ſi vero vel minimæ rei Dominium ſibi uſurpet, Superbiæ aut avaritiæ indicium eſt.* Maxima cura ad infirmitates Fratrum attendebat, ut cuilibet, quibus indigebat, tribueret, & etiam præveniret; nam non probabatur ei, ſi ipſi peterent, ſed volebat, ut æquiſſimo animo auxilium Præpoſitorum expectarent. Minus diligebat illos, qui ſolo manuum labore occupabantur, quam in quibus magnum Lectionis, & Scientiæ Spiritualis amorem deprehendebat, etiamſi ob virium tenuitatem ab omni labore abſtinere cogerentur.

§. LVI.

Alia S. Fulgentii opera.

Sub idem tempus S. Fulgentius ad Carthaginenſes dedit Epiſtolam Exhortatoriam. In ea technas & fraudes detegebat, quibus Ariani ad eos perverten-

dos

dos uterentur. Hæc epistola nobis non supereſt, bene vero duo Libri de Remiſſione peccatorum, quos eodem tempore scripsit, ut quæstionibus viri pii, cui nomen Euthymius, responderet; scilicet an non Deus per suam Omnipotentiam quandoque peccata mortuis post hanc vitam remittat. S. Fulgentius respondet; Deum Remissionem peccatorum illis solum concedere, qui vere conversi sunt, in Ecclesia Catholica existunt, & durante hujus vitæ cursu. Verum opus istud legentibus perspectum fit, S. Fulgentium solummodo differere de peccatis, quæ mortis æternæ causa sunt, non vero de pœnis, quæ a justis exigendæ supereſſe possunt; hinc Ecclesia semper pro Defunctis oravit. Ad idem tempus S. Fulgentii Libri tres ad Monimum amicum suum, qui datis sæpius litteris ejus consilium expetierat, referuntur. Sæculum VI. A. C. 521.

In Libro primo agit de Prædestinatione, & demonstrat; Homines a Deo non prædestinari ad peccatum, sed tantum ad pœnam; nam Deum nihil prædestinare, nisi quod vult facere, at ipsum malum non facere, & Pœnam malum non

(*) Hæc est Doctrina Catholica, quam Interpres sine fundamento negat. Addidit hic: perspectum fit *ex S. Scriptura*. Cur fecerit, nescio.

Sæculum VI. A.C. 521.

non esse, sed Justitiæ ejus effectum. Ergo Peccatum in sola Dei Præscientia, non autem in ejus Prædestinatione comprehendi. In Libro secundo probat, Sacrificium offerri Toti Trinitati, & non soli Patri, quod dicebant Ariani. Deinde agit de Missione Spiritus Sancti, quam Ecclesia in Sancto Sacrificio petebat. Sciendum quippe est, tunc temporis Ecclesiam Latinam inseruisse aliquam orationem, quam Græci retinuerunt. Petebatur a Deo, ut S. Spiritus supra hæc Dona descenderet, id est, supra Panem & Vinum & ea in Corpus & Sanguinem JEsu Christi mutaret. Græci hodie hanc Orationem non prius recitant, quam postquam JEsu Christi Verba recitarunt: *Hoc est Corpus meum &c.* Latini eam modo ante modo post hæc Verba recitabant, ut ex antiquo Missali Gothico dispicitur, ubi hæc Oratio in quibusdam Missis statim post Præfationem posita occurrit, & in quibusdam aliis statim post Consecrationem; in plerisque autem omnino non reperitur. Loco illius hodie habemus Orationem, quam statim post Oblationem recitamus: *Veni Sanctificator æterne Deus! &c.*

c. 17. 18. &c.

Liturg. S. Chrys. S. Bas.

Ex hac igitur Oratione Ariani objectionem contra Divinitatem Spiritus S. eruebant, & argutabantur; ipsum Patre, & Filio esse minorem, cum ab illis mittere.

Fulg. ad Mon. II. c. 6. 7. &c.

teretur. S. Fulgentius reſpondet; hanc Miſſionem non eſſe localem ſed ſpiritualem, Totam Trinitatem ad Sanctificationem Evchariſtiæ cooperari, (*) & peculiarem S. Spiritus invocationem ſolummodo indicare Sacramenti effectum, nempe Animarum noſtrarum Sanctificationem per Charitatem. Deinde quartam Quæſtionem tractat a Monimo propoſitam de Operibus ſupererogatoriis, atque de Diſtinctione Præceptorum, & Conſiliorum, ubi oſtendit, in eundem S. Scripturæ locum diverſos ſenſus & omnes approbatos cadere poſſe. In Libro tertio motu proprio refellit Arianorum objectionem, quæ ſibi in memoriam redierat, circa illud Evangelii: *Verbum erat apud Deum.* Et probat, hoc Textu ſignificari: *Verbum erat in Deo.* Atque voces: *In*, & *Apud*, non nunquam nullo diſcrimine poni.

Sæculum VI. A. C. 521.

S. Fulgentius

c. 13. 14. 15.

Eodem ſecundi ſui Exilii tempore S. Fulgentius multas litteras, quibus Proximum ad Pietatem hortabatur, ſcripſit, quales

vita c. 28.

(*) Niſi in Evchariſtia JEſu Chriſti Corpus per Dei Omnipotentiam juxta ſenſum Eccleſiæ Catholicæ poneretur, quid in hoc Myſterio eſſet, totius Sanctiſſimæ Trinitatis cooperatione dignum? Quid ad hoc S. Fulgentii Teſtimonium Proteſtans noſter? Silet.

Sæculum VI. A. C. 521.

quales fuere Epistolæ ad quosdam in Sardinia degentes, aut in Africa, Romam ad Senatores, ad Viduas, ad Virgines optimæ famæ, ad Probam, ad Gallam, & Theodorum. Proba Puella Romana nobilissimo loco nata Virginitatem servabat. S. Fulgentius duas amplissimas Epistolas, seu potius Tractatus eidem inscripsit, ut Virginem in proposito confirmaret. In primo Tractatu agit de Virginitate, & Humilitate, in secundo de Oratione. Galla Soror erat Probæ, Symmachi Consulis Filia, Vidua Consulis alterius, quocum non integro anno in matrimonio vixerat, & reliquo vitæ tempore Continentiam servare statuerat: eam S. Fulgentius Christianæ Viduæ officia edocuit. S. Gregorius postea Gallæ virtutes, & beatum obitum litteris mandavit. Theodorus Senator erat, qui anno 505. Consulatum gessit; exinde totum se Deo dedidit, & consentiente uxore continentiam amplexus est. S. Fulgentius gratulatur ei felicissimam mutationem, dicitque Magnatum Exempla esse efficacissima, cum secum plurimos salvare, vel in exitium trahere soleant.

Ep. 2. Greg. IV. Dialog. c. 13.

Epist. 6.

Sub idem tempus, ut dixi, Episcopi in Sardinia Exules Epistolam Monachorum ex Scythia de Incarnatione & Gratia

Sup. n. 54.

tia acceperunt. Huic S. Fulgentius nomine omnium respondit edito Tractatu ejusdem tituli, ubi quindecim Episcoporum Nomina conspiciuntur. In eo Tractatu S. Fulgentius Monachorum Scytharum Fidem approbat, verumtamen dicit, unam Personam de Trinitate id est JEsum Christum natum esse ex Virgine. Quod dici debere Monachi non concedebant, nam affirmabant, simpliciter dicendum esse: *Unus ex Trinitate, non autem, una Persona.* Secunda Tractatus Parte de Gratia agit contra Semipelagianos id est contra Faustum Rejensem, quem Monachi acriter impugnabant. Conjecturæ locus est, Monachos hosce duos ipsius Libros Constantinopoli ad S. Fulgentium transmisisse. Respondit editis septem libris, qui ad nos non pervenerunt, in quibus magis adnitebatur Doctrinam Catholicam explicare, quam Faustum convincere.

Sæculum VI. A.C. 523.

Ep. 17.

c. 10. *c.* 18.

c. 12. *c.* 13. *&c*

c. 28.

§. LVII.

Episcopi Africæ ab Exilio revocantur.

Sanctus Fulgentius absoluto hoc labore etiam Exilii sui finem vidit, quippe Rex Trasamundus 28. Maji, anno 523. Maximo Consule, e vivis abiit, postquam annis 27. regnasset. Successorem ha-

Sæculum VI. A.C 523.

buit Hildericum Filium Hunerici & Eudociæ Imperatoris Valentiniani Filiæ, quam Genſericus expilata Roma abduxerat. Traſamundus ab Hilderico juramentum exegerat, quamdiu regnaret, non permiſſurum, ut Eccleſiæ Catholicorum aperirentur, aut ipſis Privilegia redderentur. Hildericus a perjurio liberum ſe fore putavit, ſi id ipſum fieri juberet, priusquam Regnum auſpicaretur, id eſt, veriſimiliter priusquam Traſamundus deceſſiſſet. Itaque ubi Regnum capeſſivit, Epiſcopos Catholicos revocavit, & aperiri juſſit Eccleſias; at Religionem Catholicam non profeſſus eſt. Adeo facilis huic Principis Indoles erat, ut deſidiæ accuſari poſſet. Regnavit annis ſeptem, & tribus Menſibus. Reddita Eccleſiæ Africanæ Libertate, ubique Epiſcopos ordinari permiſit. Carthagine electus eſt Eugenius vir eximiæ Doctrinæ. Ita in Africa liberum Religionis Catholicæ Exercitium reductum, ab annis ſexaginta ſex, ex quo Perſecutio regnante Genſerico anno 457. cœpta, interruptum.

Victor. Tun. Chr. Noris. hiſt. Pel. II. c. 21.

vit. S. Fulg. c. 28.

Epiſcopos Exules Carthaginem revertentes Populus tanquam JEſu Chriſti Confeſſores excepit; at S. Fulgentio plus honoris exhibebatur, quem certa-

c. 29.

mina

mina cum Hæreticis inita, cum ipsum Trasamundus vocasset, ceteris magis celebrem reddiderant. Expectans in littore populus navem, unde demittebatur, observabat, utque apparuit vultus ejus, ortus est jucundissimus clamor, & in Dei laudes diversarum Nationum linguæ solutæ sunt. Ubi Episcopi terram contigerunt, ad Ecclesiam S. Agilei procedere cœperunt, circumfusa ingenti populi partim præcedentis, partim sequentis multitudine, & quia præ ceteris concurrentium impetu S. Fulgentius pulsabatur, nam quisque prior a S. Viro benedici gestiebat, viri aliqui prudentes suis corporibus ipsum texerunt, ne nimio calore opprimeretur, & incedenti via daretur. Decidente magno imbre tamen non est dilapsus populus, sed cum S. Fulgentius nudo capite incederet, nobilissimi genere Casulas suas id est pallia super eum extenderunt. Postquam Carthagine amicos suos invisisset, Ruspam urbem suam se contulit, quo in itinere admodum longo populi venienti obviam procedebant, lucernas, faces, arborum ramos portantes, agentesque Deo Gratias.

Sæculum VI. A.C. 523.

Primum opus, quod S. Fulgentius post reditum suum scripsit, fuere tres Libri de Prædestinatione & Gratia, ad Jo- p. 434.

Sæculum VI. A. C. 523.

annem Presbyterum, quem Maxentium esse credunt, & Venerium Diaconum directi. Episcopi duodecim ex illis, qui in Sardinia exulaverant, & Responsum ad Petrum Diaconum dederant, alteram scripserunt Epistolam de Gratia & Libero Arbitrio ad Joannem & Venerium directam, ut Epistolæ, quam ab ipsis acceperant, responderent. Tandem sub finem ipsos exhortantur, ut illos, qui contrarias opiniones defendebant, docerent, librosque S. Augustini ad Prosperum, & Hilarium prælegerent.

ap. Fulg. ep. 15. to. 4. Conc. p. 1591

§. LVIII.

Hormisdæ obitus. Joannes I. Papa.

Hormisdas Papa eodem anno JESU Christi 523. Maximo Consule sexta Aug. Pontificatus sui anno nono obiit. (*) Ipso

(*) Nuncium ex Italia affertur, Sanctissimum Patrem Nostrum Benedictum XIV. in Domino obiisse 3. Maji hujus anni 1758.

Hujus Sanctissimi Papæ Rex Franciæ Lud. XV. in Epistola ad Cardinales in Conclavi congregatos 16. Maji data meminit in hunc modum: *Magnus hic Papa atque sapientissimis maximisque Doctoribus, qui unquam S. Petri Cathedram*

Ipso sedente præter dona a Græcis missa Theodoricus Rex Ecclesiæ S. Petri duo Candelabra argentea librarum septuaginta obtulit. Memoria dignum, oblationem Principis Ariani fuisse receptam. Dona, quæ ipse Hormisdas Papa Romæ aliquibus Ecclesiis obtulit, mille quingentas septuaginta & unam libras argenti conficiunt. Pluribus Ordinationibus Mense Dec. Presbyteros viginti & unum, Episcopos quinquaginta quinque creavit. Cum Manichæos deprehendisset, & convicisset, cæsos proscribi jussit. Id ita accipiendum, quod Ministerio Potestatis Sæcularis factum fuerit. Postquam S. Sedes vacasset dies septem, electus est Papa 13. Aug. Joannes in Thuscia natus Constantii Filius, qui S. Sedem duobus annis & novem Mensibus tenuit.

Sæculum VI. A. C. 523.

Lib. Pont.

Lib. Pontif.

§. LIX.

In Manichæos animadvertitur.

Legem habemus Imperatoris Justini contra Manichæos, in quos regnante

L. 12. de Hær.

thedram obtinuerunt, accensendus singulari sollicitudine Regnum Nostrum fovit, Nosque nunquam non magno solatio Hujus S. Papæ Charitatem, Sapientiam, & Moderationem, quæ Virtutes verum zelum comitari solent, experti sumus.

Sæculum VI. A. C. 523.

Anastasio non fuerat inquisitum; imo incusabatur, quod infandæ Sectæ faveret. Justinus vero jubet, ut ubique abigantur, & morte puniantur. Alios Hæreticos, Paganos, Judæos ab omnis generis muneribus, & Dignitatibus excludit, ut adimeret facultatem Christianos & præsertim Episcopos vexandi. Ab hac Lege eximuntur Gothi, Romanorum Fœderati; nimirum ne Theodoricus offenderetur. Hypacius quoque Patricius Secundini filius, qui illo anno 523. Justini sexto Præfecturam Orientis obtinuit, Manichæos persecutus est, multosque debitis pœnis affecit.

Cedr. tom. 1. p. 364.

Verum longe atrociora eodem tempore Manichæi in Persia a Rege Cabade Perosi Filio passi sunt. Manichæi Cabadis filium tertio genitum, qui *Ftasoursan* vocabatur, spe coronæ deceptum in suas Partes pertraxerant. Suggerebant juveni: *Parens tuus provecta ætate est, si vita functus fuerit, Magi unum ex Fratribus tuis solio imponent, ut Sectæ suæ Auctoritatem concilient; sed arcanis precibus efficere possumus, ut Parens tuus Regnum abdicet, & tibi tradat; sic Religio nostra in omnes Regni Partes invehetur.* Promisit juvenis, quæ volebant, accepta conditione si facerent, ut regnaret.

Theoph. an. 6. p. 145.

gnaret. Cabades re comperta Comitia convocat, solerti consilio vulgans, velle se *Ftasoursan* Regem denunciare. Imperat, ut Manichæi cum Episcopo suo *Indazar* uxoribus & liberis adessent. Magos quoque venire jubet cum Præposito suo *Glonaze*, & Bazanem Christianorum Episcopum, quem, quod in arte Medicinæ excelleret, charissimum habebat. Tum Manichæis propius ad se accedere jussis ait: *Amo Doctrinam Vestram, & volo ut filius meus FTASOURSAN, qui eam amplexus est, me vivo Rex sit. Sejungimini a reliquo populo, & Principem Vestrum recipite.* Cum illi secessissent, ad nutum Regis irruens exercitus Manichæos cum suo Episcopo ad internecionem delevit Magorum Principe, & Christianorum Episcopo præsentibus. His Cabades missis per totum Imperium suum litteris Manichæos omnes, quotquot capi possent, interfici, comburi, Res eorum Fisco suo tradi, & libros flammis consumi jussit.

Sæculum VI. A. C. 523.

Cabadem graviter offenderat Justinus Imperator, quod ad Conversionem Regis Lazorum, quæ anno præcedente 522. Symmacho & Boëtio Consulibus contigit, operam contulisset. Lazi in antiqua Colchide habitantes, erant subjecti Per-

Chr. Pasch. p. 332. Lib. II. p. 55. Theoph. an. 5. p. 144.

Sæculum VI. A. C. 523.

sis, qui ipsis Reges dabant. Rege ipsorum Zamnaxe defuncto filius ejus Zathes sine mora Constantinopolim profectus Imperatori Justino obedientiam promisit, rogans, ut ipsum Regem Lazorum constitueret. Causas præterea defectionis afferebat; quod Christianus esse vellet, nec coronam accipere sustineret a Persarum Rege, qui se ad sacrificandum Diis, & ceteras Ethnicæ superstitionis Cæremonias obeundas coacturus esset. Justinus Imperator inter maximæ lætitiæ signa receptum baptizari curat, in filium adoptat, eique Puellam nobili stirpe ortam conciliat uxorem. Regem Lazorum pronunciavit, deditque coronam ritu Romano & vestem candidam, in qua Imago Imperatoris arte Phrygionia depicta erat, & muneribus cumulatum dimisit. Igitur Rex Persarum querebatur, quod Justinus, dum Regem Lazorum coronasset, Pacem initam, & amicitiam læsisset. Justinus respondit; virum rejicere se non potuisse, qui Gentilium Superstitiones abjicere cupiens, ad Religionem Christianam convertebatur. Eo vero Responso Regi Persarum minime satisfactum. Iberi Lazorum finitimi & Persis subditi jam antea ad Christianorum Sacra transierant.

Procop. 1. Pers. c. 12.

§. LX.

Sæculum VI.
A. C. 523.

§. LX.

Perſecutio Chriſtianorum in Arabia.

Acta S. Arethæ 24. Oct. Sur. ſpec. hiſt. Arab. Poc. p. 62.

Haud modicus Chriſtianorum numerus in Regione *Hemiar* Arabiæ Felicis Parte reperiebatur. Hujus terræ Incolas Græci *Homerites* dicebant. Illa vero tempeſtate Regem habebant Judæum, cui nomen Joſeph *Dounouas* ſeu *Dunaan*, Chriſtianorum hoſtem infenſiſſimum. Huic etiam cognomentum, *Foſſarum Auctor*, hæſit, quod in foveas ignitas conjici juberet omnes, qui perfidam Judæorum obſtinationem profiteri nollent. Anno quinto Juſtini nempe 522. *Dounouas* urbem Negram, ſeu *Nageran*, cujus Cives omnes Chriſtiani erant, obſidione cinxit; cum vero obſeſſos ad deditionem vi compellere non poſſet, perjuria cumulans poſitis quibusdam conditionibus & pactis urbem intravit. Tunc ad pervertendos incolas animum adjecit, & tandem expertus, quod operam perderet, nec adduci poſſent, ut JEſu Chriſto renunciarent, oſſa Pauli Epiſcopi, ante Biennium defuncti, cremari jubet, accenſo ingenti rogo omnes Presbyteros, Monachos, & Sanctimoniales in flammas injicit, Aretham Civitatis Præfectum Virum ſenectute venerabilem, plurimos ex plebe, atque etiam

v. Bibl. Orient. Jahoud p. 475.

Theoph. p. 144.

Niceph. XVII. c. 6.

Sæculum VI. A. C. 523.

etiam fœminas, capite truncat, tandemque utriusque sexus juvenes captivos abducit. Ecclesia Martyrum simul omnium sub *Dunaan* Principe igne consumptorum memoriam colit 27. Julii, & nominatim S. Arethæ 24. Octobr. Præterea memorantur trecenti quadraginta alii Martyres ex urbe *Nagran*, & quædam Mulier, cujus filius quinquennis puerulus in ignem, ubi Mater erat, JEsum Christum confessus insiliit.

Mart. Rom. 27. Jul. & 24. Octobr.

Anno sequente 523. Elesbaan Rex Auxumæ in Æthiopia Religionis Christianæ Cultor zelosissimus, *Dounouas* jam prius infensus, a Justino Imperatore excitatus, atque Ægypti Orientisque viribus subnixus Regem Judæum terra marique invasit, captum cum propinquorum carissimis interfecit, totum ipsius Regnum in Potestatem suam redegit, & tandem relicta corona Monachum induit. Arabes narrant *Dounouas*, cum Abyssini seu Æthiopes imminerent, subditis equo calcaribus in mare sese præcipitasse.

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXXII.

S. JOANNES I. PAPA. JUSTINUS, IMPERATOR, ET THEODORICUS, REX.

§. I.

S. Sigismundi Mors.

Sæculum VI. A. C. 524.

Cum Sigismundus Burgundionum Rex ad secundas Nuptias transiisset, Sigericum filium calumniante Novercа neci dedit. Sera deinde pœnitentia subiit Patrem, & plures dies in jejunio & lacrymis ad S. Mauritii tumulum transigens

Greg. III. hist. c. 5. 6. Mar. Avent. Chr. Greg. de Gl. Mart. c. 75.

Sæculum VI. A.C. 524.

ſigens Deum orabat, ut in hac potius vita quam in altera puniretur. Non incaſſum cecidere preces. Anno ſequente 523. Maximo Conſule Indictione prima a Clodomiro Rege Francorum bello laceſſitus, ipſis Burgundionibus tradentibus captus eſt. Clodomirus cucullo Monaſtico indutum cum uxore & liberis abduxit, & prope Aureliam carceri incluſit. Poſtquam Captivos ibi ſervaſſet usque ad annum ſequentem 524. Juſtino & Opilione Conſulibus, in Burgundiam rediturus, ut Godomaro Sigismundi Fratri bellum inferret, decrevit, ut interficerentur. S. Avitus Abbas Micienſis prope Aureliam Regem hortabatur in hunc modum: *Si captis Principibus parcis propter Deum, tecum erit auxilium ejus, & vinces. Si interimi juſſeris, eandem ſubibis ſortem; tu & uxor & filii tui peribitis.* Clodomirus ſpreto S. Viri conſilio dixit, non adeo inſanire ſe, ut poſt tergum relinqueret hoſtem. Ergo Sigismundo, uxore ejus, & liberis jugulari, & in puteum demergi juſſis in Burgundiam movit. Verum & ipſe in illa Expeditione cecidit, relinquens tres filios tenera ætate Theodebaldum, Guntarium, & Clodoaldum, quos Avia ipſorum S. Clotildis educavit. S. Sigismundi Corpus Agaunum in Eccleſiam S. Mauritii

ritii revectum editis miraculis celebre evasit. Illi præ aliis juvabantur, qui febricitantes (*) ad Sancti honorem Missas legi petebant. Hinc Ecclesia Sigismundum in Sanctorum numerum retulit, ejusque Memoriam prima Maji colit. Sæculum VI. A. C. 524. *Martyr. Usu. & R.* 1. *Maji.*

§. II.

Concilia in Hispania.

Eodem anno 524. aliqua Concilia celebrata. Tria in Regionibus, quæ Theo- *Tom. 4. Conc. p.* 1622.

(*) Im Anfange dieses Buches finden wir gleich ein auserlesenes Stück der Aufrichtigkeit unsers deutschen Uebersetzers. Hier saget Fleury: Où il se fit plusieurs miracles: principalement sur ceux, qui ayant la fievre, faisoient celebrer des Messes en son honneur. Ein aufrichtiger Uebersetzer hätte es geben müssen: Woselbst verschiedene Wunderwerke geschahen; sonderlich an denen, welche das Fieber hatten, und zu seiner Ehre Messe halten ließen. Allein unser Uebersetzer auf seiner 168. Seite im 5. Theile hat es gegeben: Sonderlich aber ließen diejenigen, welche das Fieber gehabt hatten, zu seiner Ehre Messe lesen. Erstlich ist in dieser Uebersetzung eine Falschheit; weil dieses nicht ausgedrückt wird, daß den Febricitanten geholfen wurde, und dann eine Verhöhnung, welche einem redlichen Mann unanständig ist; denn freylich war kein Miracel vonnöthen, diejenigen, welche das Fieber gehabt hatten, zu befreyen.

Sæculum VI. A. C. 524. Theodorico parebant, acta sunt. Eorum primum est Arelatense quartum sexta Junii Opilione Consule, cum aliqua Ecclesia dedicanda esset, celebratum. Præfuit S. Cæsarius, Episcopis duodecim & quatuor Presbyteris, qui absentium nomine intererant, assistentibus. Condiderunt quatuor Canones de Ordinationibus, ut antiquam Disciplinam confirmarent. c. 1. Diaconus annos vitæ numeret viginti quinque, Presbyter aut Episcopus c. 2. triginta. Laicus non ordinetur Diaconus aut Presbyter, priusquam post ipsius Conversionem annus effluxerit. c. 4. Clerici vagabundi non recipiantur.

Reliqua duo Concilia in Ditionibus Theodorici Regis Leriæ & Valentiæ, anno 15. Regni ejus in Hispania, nempe hoc anno 524. celebrata. In Concilio Lerienſi octo fuere Episcopi, & Canones sexdecim condiderunt. In primo constituitur, ut illi, qui ad Altare serviunt, qui JEsu Christi Sanguinem distribuunt, aut Vasa Sacra tractant, a sanguinis humani effusione se abstineant, quæcunque demum occasio se offerat, nec ipsis liceat etiam urbem ab hostibus obsessam defendere. Clerici, qui sanguinem fuderint, duobus annis agent Pœnitentiam, & ad Ordines altiores nunquam possint promoveri. Hic observo, quod inter frequentes Barbarorum in-

to. 4. p. 1620.

curso-

curſiones urgente neceſſitate Civitates defendendi ſenſim Clerici antiquæ Lenitatis Eccleſiaſticæ obliviſci cœperint. Id etiam deprehenditur ex alio Canone, in quo Epiſcopi arbitrio relinquitur, qua pœna caſtigandi ſint Clerici, ſingulare certamen ineuntes. Etiam prohibetur Clericis, ne ſuum mancipium aut Diſcipulum ex Eccleſia, quo confugiſſet, rapiant, ut virgis cædant. Si aliquis ex Miniſtris Altaris in peccatum carnis labatur, Interdicto ſuberit, donec ipſius Pœnitentia Epiſcopus judicaverit eſſe ſatisfactum; ſed omnis ſpes Promotionis præſcindatur. Si relabatur, Communionem niſi in mortis articulo non accipiat. Quod ad Monachos pertinet, Decreta Concilii Agathenſis & Aurelianenſis obſervari jubentur, idque ſolum additur, in Poteſtate Epiſcopi relinquendum, ut ſi videatur, conſentiente Abbate, ordinet, quos Eccleſiæ utiles futuros judicaverit. Epiſcopus Bona Monaſteriis ſine fraude donata relinquet intacta.

Sæculum VI. A. C. 524.

c. 11.

c. 8.

c. 5.

c. 3.

Sup. XXXII n. 1. 8.

Qui fœtum ex adulterio ipſorum editum interemerint; tandem Pœnitentia annis ſeptem peracta Communionem accipient, & nihilominus toto vitæ ſuæ tempore inter Pœnitentes perſeverabunt. Si Clerici ſint, poſtquam ad Communionem iterum fuerint admiſſi, Altari

c. 2.

Sæculum VI. A. C. 524.

non amplius ſervient, ſed in choro cum Cantoribus intereſſe licebit. Venefici non ante mortis articulum Communionem accipient. Inceſti, donec a nefando commercio abſtineant, excommunicati ſint, & ad Miſſam Catechumenorum ſoluṁodo admittentur. Qui Eccleſia exire recuſaverit jubente Epiſcopo ad longius tempus in pœnam inobedientiæ excludetur. In hoc Concilio occurrunt aliqui Canones de Catholicis ab Hæreticis ſcilicet ab Arianis rebaptizatis, qui eodem jure ac Apoſtatæ habentur. In ultimo Canone prohibetur, ne quis Epiſcopi defuncti Bona diripiat. Id ipſum in Concilio Valentiæ acto ſtrictius prohibitum.

c. 4. 6.

c. 10.

c. 9. 13. 14.

p. 1617.

Illi Concilio Epiſcopi ſex non plures interfuere, & ſex tantum Canones conditi. In iis præcipue ſtatuuntur, quæ Sede vacante obſervanda ſunt. Si Deo diſponente Epiſcopus obierit, Clerici ex rebus illis, quæ in Domo ejus, aut in Eccleſia, ſunt, nihil ſibi arripiendum exiſtiment. Si quidquam acceperint, Auctoritate Metropolitæ, & Epiſcoporum Suffraganeorum ad reſtituendum coganc. 6. Sup. L. XXVI. n. 47 tur. In hunc finem obſervetur Concilii Rejenſis Canon, quo præcipitur, ut aliquo Epiſcopo defuncto Epiſcopus vicinior veniat, Exequiis præſit, & curam Eccleſiæ illius usque ad ordinationem Suc-

c. 2.

Concilia in Hiſpania.

Sæculum VI. A. C 524.

Succeſſoris gerat. Infra octavam obitus Diem curabit conſcribi Inventarium, & tranſmittet ad Metropolitam; Is virum deliget idoneum, qui Clericis penſiones diſtribuat, & ſi diutius Sedes vacet, Adminiſtrationis ſuæ rationem Metropolitæ reddet.

Valent. c. 3.

Epiſcopi defuncti affines & conſanguinei moneantur, ne de Bonis ipſius Metropolita & illius Provinciæ Epiſcopis neſcientibus quidquam ſibi auferant, quod periculum ſubſit, ne Res Eccleſiæ cum Rebus ad Hæreditatem pertinentibus confundant. Si quis vero modeſte, quæ ſibi debentur, repetat, Metropolita vel ille, cui Metropolita hoc negotium commiſerit, quod æquum fuerit, faciat. Non nunquam contingebat, ut defuncti Epiſcopi Exequiæ indecore differrentur, quod Epiſcopus Commendatarius ſeu Viſitator, cui Vacantis Eccleſiæ curam gerere incumbebat, abeſſet; ad hoc malum tollendum jubet Concilium, ut Epiſcopus, qui ad Exequias celebrandas invitari ſolebat, Epiſcopum ægrotantem inviſat, moneatque, ut rebus ſuis proſpiciat, quo ipſe ultimam ejus voluntatem exequi poſſit. Quamprimum animam Deo reddiderit, Sacrificium pro ipſo offeret, (*) terræ mandari curabit,

(*) Wiederum eine kurze Anmerkung aus der Gottes-

Sæculum VI. A. C. 524.

& quæ ſuperius ſtatuta fuere, obſervabit. Si Epiſcopus ſubito ex vivis exceſſerit, Corpus defuncti una die & nocte cuſtodietur, & continuo Pſalmi decantabuntur; tum Presbyteri illud feretro imponent, ſed necdum tumulo inferent, donec Epiſcopus invitatus adveniat, qui defunctum ſolemnibus cæremoniis ſepeliat.

§. 5.

Præterea Concilium Valentienſe ſtatuit, ut Clerici vagi officio ſuo fungi prohiberentur, & Epiſcopi neminem ordinarent, niſi promitteret, ſe in loco, in quo ad Dei ſervitium aſſumeretur, permanſurum. Item decernitur, ut in Miſſa legatur Evangelium, antequam oblata afferrentur, & dimitterentur Catechumeni,

---

Gottesgelehrtheit unſers Ueberſetzers. Er ſaget: Dieſe letzten (Gebethsformeln) wie ſie noch jetzo in den *Conſtitutionibus Catholicis* befindlich ſind, enthalten nun keine Spur von einem Fegfeuer, daraus die Seele des Verſtorbenen entweder durch das Opfer des Leibes Chriſti, oder durchs Gebeth errettet, oder ihm eine Erleichterung verſchaffet werden ſolte. Aber wie dumm iſt dieſes Geſchwätz! denn wenn die alten Chriſten nicht geglaubet haben, es gäbe eine Zeit, in welcher den Todten eine Erleichterung könne verſchaffet werden, warum haben ſie denn für ſie den Leib Chriſti geopfert? Warum haben ſie gebethet?

meni, ut Domini Noſtri Præcepta, & Epiſcopi Doctrina non ſolum a Fidelibus, ſed etiam a Catechumenis, a Pœnitentibus & ab omnibus illis, qui ab Eccleſia ſeparati eſſent, audiri poſſent. Etenim aliqui hac via convertebantur. Sæculum VI. A. C. 524. c. 1.

§. III.

Concilia in Africa.

Sub ejusdem anni 524. finem celebratum eſt Concilium Juncæ in Africa in Provincia Bizacena, cui S. Fulgentius tanquam Epiſcopus Ruspenſis interfuit. Ex Epiſcopis aliquis, cui Nomen QuodvultDeus, conqueſtus eſt, quod ſibi Fulgentius præferretur; at omnes Patres pro Fulgentio ſteterunt. Tunc quidem S. Fulgentius tacuit, ne Auctoritati Concilii adverſari videretur. Cum vero adverteret, illum Epiſcopum hac re admodum affligi, timens ne Charitas læderetur, in quodam alio Concilio poſteriore, Suffete (*) celebrato, publice Patribus ſupplex accidit, ut Epiſcopum QuodvultDeus ſibi præponerent, quod Epis- *Tom. 4. p. 1627. vit. S. Fulg. c. 29. n. 59.*

(*) Suffetes Livio ſunt Judices Carthaginenſes. Lib. 28. *Suffetes eorum, qui ſummus Pœnis eſt Magiſtratus.* & Lib. 34. *Cum Suffetes ad jus dicendum conſediſſent.* Hinc credibile quemdam Carthagine locum id Nominis retinuiſſe.

Sæculum VI. A.C. 525.

copi ipsius humilitatem admirati concesserunt.

Bonifacius Episcopus Carthaginensis in illa Civitate Concilium Generale ex omnibus Africæ Provinciis convocavit. Hujus rei causam indicat in Epistola ad Missorem Numidiæ Primatem data; Pacem in Ecclesiam Africæ post tam diram & diuturnam Persecutionem reductam intus turbari ab aliquibus Episcopis Præpositis suis refractariis. Missorem ergo rogat, ut ex sua Provincia mittat Episcopos tres Firmum, Marianum & Felicem, qui in defendendis Ecclesiæ Carthaginensis Prærogativis se adjuvent. Non rogat, ut ipse veniat, quod ipsum gravi Senectute impediri sciret. Pro antiqua consuetudine ipsum certiorem facit, Pascha tertio Calendas Aprilis id est 30. Mart. in quem diem anno 525. incidebat, esse celebrandum. Mittit quoque Episcoporum mortuorum Indicem, & nomina eorum, qui mortuis succesſerant, quod etiam Theophilus Alexandrinus in suis Epistolis Paschalibus feciſſe legitur.

tom. 4. Conc. p. 1630.

Sup. l. XXI. §. 2.

Postquam Provinciarum Legati advenerunt, Episcopi universim sexaginta Carthagine in Aula secreta Ecclesiæ S. Agilei Martyris quinta Febr. anno secundo Regni Hilderici id est anno 525. congregati sunt. Bonifacius initium dicendi

dicendi fecit, agens Gratias Deo, quod Pacem Ecclesiæ dedisset, & jam Episcopis tanto numero convenire licuisset. Episcopi maximum gaudium profitebantur, quod Ecclesiæ Carthaginensi Dignum Pastorem præesse cernerent, postquam Sedes tam diu vacasset, hortabanturque, ut Aurelii Antecessoris sui Exemplo Canonum Auctoritatem tueretur. (*) Tum Bonifacius Litteras suas Episcopis Provinciæ Proconsularis, Tripolitanæ, & Numidiæ prælegi jussit, nam ex his tribus Provinciis Legati aderant. Ex Mauritania Cæsariana unicus aderat; ne plures venirent bellum prohibuerat. Ex Provincia Sitifiensi Optatus Carthaginem venerat, sed tunc ob Regis mandatum aberat. Itaque Bonifacius de sola Provincia Byzacena querebatur, quod Liberatus Primas non adesset, quamvis binas ad ipsum dedisset Epistolas. Rogabant eum Episcopi ut Liberatum usque in diem alteram expectaret. Verum ipse recitari jussit Canones, in quibus Ordo Provinciarum Africæ definiebatur. Lectum etiam Excerptum aliquod ex Concilio prima Ma-

Sæculum VI. A. C. 525.

(*) Id non ita accipiendum, ac si toto temporis spatio nullus Episcopus fuisset. Nam, ut superius vidimus, interim S. Eugenius, etiam in Exilio, Episcopatum gessit.

Sæculum VI. A. C. 525.

ji anno 418. celebrato, unde diſpiciebatur, Provinciam Proconſularem eſſe ordine primam, ſeu Carthaginenſem, ſecundam Numidiæ, & tertiam Byzacenam.

Sup. L. XXIII. §. 49.

To. 2. Conc. p. 1667. to. 4. p. 1635.

Ut præprimis Fides ſtabiliretur, lectum eſt Symbolum Nicenum ſecundum Exemplar olim ab Attico Conſtantinopolitano tranſmiſſum, & omnes Epiſcopi edixerunt; quicunque huic Symbolo non ſubſcriberet, pro Catholico haberi non poſſe. Poſtea ad docendos juniores Epiſcopos legi juſſi ſunt aliquorum Conciliorum Africæ Canones de variis Diſciplinæ Articulis tractantes. Sub Aurelio ſolo viginti Concilia celebrata recenſentur. Tum ſpeciatim de Privilegiis Eccleſiæ Carthaginenſis agi cœptum, & jubente Bonifacio hac ſuper re Canones lecti. Primo lectus eſt Canon Nicenus, in quo generatim de Privilegiis Majorum Cathedrarum agitur, & deinde quorumdam Conciliorum Canones, quibus Eccleſiæ Carthaginenſis Majoritas ſuper omnes Eccleſias Africæ demonſtratur. Inter cœteros lectus eſt Canon Concilii Hipponenſis, quo ſingulis Provinciis Primatem ſuum habere permittitur, ita tamen, ut Eccleſiæ Carthaginenſis Majoratum agnoſcant. His actis, cum nox ingrueret, reliqua in diem alterum dilata, & Epiſcopi ſexaginta illius diei

p. 1637. v. Sup. L. XXIV. §. 10

Nicen. can. 6. Sup. L. XI. §. 20.

p. 1640.

Actis

Actis subscripsere. Januarius Mascula- Sæculum VI.
nus unus ex Numidiæ Legatis non sua A. C. 525.
sed alterius manu, quia senectute debilis erat, subscripsit.

§. IV.

Exemptio Monasteriorum.

Altera die sexta Febr. 525. Episcopis in p. 1641.
eodem loco congregatis Bonifacius dixit: *In Collatione hesterna, quæ nos pene usque ad Vesperum distinuit, omnia, quæ ad utilitatem communem Ecclesiarum spectant, ordinata fuisse puto. Hinc transeundum nobis est ad Causas privatorum.* Gaudiosus Diaconus dixit: *Petrus Abbas cum aliquot Senioribus sui Monasterii ad fores stat, & petit audiri.* Bonifacius dixit: *ingrediantur.* Admissi Libellum tradiderunt contra Liberatum Primatem Byzacenum, atque ut eorum Causa clarius intelligeretur, jussit Bonifacius legi omnia Acta ad eam pertinentia, quæ ex Tabulariis Ecclesiæ Carthaginensis fuere exprompta. Res vero ea ita se habebat; Quidam Monachi ex diversis Africæ Regionibus imo & ultramarinis convenerant, Monasterium in Provincia Byzacena fundaturi, illudque propinquorum suorum aliorumque piorum Fidelium auxilio ædificarunt. Monasterium Ecclesiæ Carthaginensi immediate subjecerunt, & electo sibi ex gre-

Sæculum VI. A. C. 525.

mio ſuo Abbate quodam Subdiacono Provinciæ Byzacenæ, Eccleſiam ſuam a Reparato Epiſcopo Puppienenſi (civitas hæc erat Provinciæ Proconſularis) dedicari curarunt. Sedes Carthaginenſis durante perſecutione Regis Traſamundi vacavit annis 27. Cum vero tam longo temporis ſpatio neceſſarium fuiſſet, ut Presbyteri ad Miniſtrandum in Monaſterio ordinarentur, adierunt Boniſacium Epiſcopum Gratianenſem Byzacenæ Primatem, qui aliquot Monachos ordinavit. Bonifacio fatis functo Liberatus, ipſius in Primatu Succeſſor, Monaſterium ſibi eſſe ſubjectum affirmabat, atque Petrum Abbatem ipſius Jurisdictionem agnoſcere recuſantem cum omnibus Monachis excommunicavit. Fideles illius Provinciæ Mandato Epiſcopi obedientes fugiebant Monachos, & hoſpitio recipere nolebant, etſi Monachi ſua ex parte Hoſpitalitatis leges piiſſime obſervarent. Eccleſiam ingredi volentibus clauſæ fores objiciebantur, aut jam ingreſſi exire jubebantur. Nemo excommunicatis ſalutem dicere, aut ab ipſis accipere audebat.

Eccleſia Carthaginenſi Libertati reſtituta & Bonifacio Epiſcopo ordinato Petrus Abbas eidem Libellos ſupplices obtulit, quibus ejus Patrocinium expetebat,

bat, atque juſtam Monaſterii ſui Exemptionem argumentis pariter & Exemplis probabat. Argumenta afferebat: illorum, qui Monaſterium fundaverant conditionem; fuiſſe enim viros ex variis Provinciis collectos: etiamſi primus Abbas fuiſſet Subdiaconus & Provincia Byzacena, ipſum tamen non tanquam Subdiaconum, ſed tanquam Monachum fuiſſe electum, nec ad ipſum Monaſterii Dominium vel Proprietatem pertinuiſſe; denique tantum ideo Monachos petiiſſe, ut ſibi Presbyteri a Primate Byzacenæ ordinarentur, quia Sedes Carthaginenſis vacabat. Ejusmodi Exemptionis Exempla adducebantur: Monaſterium Preciſinum, quod, licet in medio Diœceſis Leptiminenſis Provinciæ Byzacenæ ſitum eſſet, nihilominus Epiſcopo Vicatarienſi, alterius ejusdem Provinciæ Civitatis ſuberat. Monaſterium Baccenſe prope Eccleſiam Maximiani in Numidia Primati Byzacenæ ſubjiciebatur. Monachi Adrumetini præterito Civitatis Epiſcopo ſemper petierant, Presbyteros ſuos ultra mare ordinari.

Sæculum VI. A. C. 525.

Exemptio Monaſteriorum.

Petrus Abbas, ut Cauſæ ſuæ Juſtitiam demonſtraret, Acta ſequentia producebat; Excerptum ex Sermone ſecundo S. Auguſtini de Vita Communi, ex quo diſpicitur, Monaſteria ab ipſius Diſcipulis fundata

Sup. lib. XXIV. §. 41.

Serm. 356.

Sæculum VI. A. C. 525.

data (*) nec ad Fundatores, nec ad Ecclesiam Hipponensem sed ad Communitatem pertinuisse. Item Privilegium anno 517. cuidam Monasterio Virginum a Bonifacio Byzacenæ Primate concessum, in quo postquam generatim dictum, Monasteria utriusque Sexus secundum Patrum consuetudinem a Clericorum conditione exempta esse oportere, licentiam facit sibi ipsis deligendi Presbyterum, qui in earum Monasterio Mysteria celebret addito Mandato, ut ad Altare Primatis illius Provinciæ memoriam agat. Ultimum, quod refert, est tertii Concilii Arelatensis Decretum, quo Lis inter Episcopum Theodorum & Faustum Abbatem Lerinensem dirimitur, sicut retulimus. Bonifacio Liberatus in hac Causa non satisfeciisse videtur; jamque anno superiore in litteris Liberato significaverat, consuetudines a multis Episcopis observatas a se mutari non posse, alias enim nihil amplius firmum in Disciplina Ecclesiastica futurum. Acta ultima hujus Concilii Carthaginensis nobis non supersunt; aliunde autem certum, quod Sententiam Petro faventem pronunciaverit; & generatim decreverit, Monasteriis libertatem, quam semper habuissent, intactam esse relinquendam. §. V.

to. 4. Conc. p. 1023.

Sup. lib. XXIX. §. 19. p. 1645.

n. 1649.

(*) Hæc ad antiquitatem DD. Canonicorum Regularium demonstrandam facere videntur.

Sæculum VI.
A. C. 525.

§. V.

Joannes Papa Constantinopoli.

Justinus Imperator cogere Arianos volebat, ut converterent se, Ecclesias suas ritu consueto consecrari sinerent, & Catholicis traderent. Hac re comperta Theodoricus Rex Italiæ vehementer excandescens minabatur, eodem rigore Catholicos se persecuturum, dum Italia cæde & sanguine redundaret. Ergo Joannem Papam Ravennam accersitum Legationem Constantinopolim (*) suscipere jussit, & omnem operam impendere, ut illa mandata revocarentur, & Ecclesiæ Arianis restituerentur. Theodoricus Papæ socios

Pontif. Lib. in Joa. Theoph. an. 6. p. 145.

(*) Hier leget unser Protestant aus seiner eigenen Phantasey, denn er bezieht sich auf keinen Zeugen, dem Könige Theodoricus eine pathetische Predigt in den Mund, in welcher er unter andern zum Pabst Joannes saget: Bey meinen Gnadenerweisungen habe ich bisher keinen Unterschied zwischen einem Orthodoxen und Ketzer gemachet. Wenn aber der Kayser seine Maasregeln nicht ändert, so muß ich die meinigen ändern. Leute von anderer Religion mag der Kayser tractiren, wie er will, obwol ein jeglicher Mensch ein natürliches Recht hat, seinem Schöpfer auf die Art zu dienen, die er ihm am wohlgefälligsten zu seyn erachtet. pag. 175. Dieser Regel zufolge hat unser Uebersetzer ein vollkomme-

Sæculum VI. A. C. 525.

socios Legationis dedit Senatores quatuor Theodorum, Importunum & Agapitum, qui Consules fuerant, & alterum Agapitum Patricium. Et tunc quidem prima vice Romanus Pontifex Constantinopolim profectus est. Narrant a cœco rogatum fuisse, cum urbem per portam deauratam ingrederetur, ut ipsi visum redderet, eumque imposita super oculos ipsius manu coram omni populo sanasse; nam magna multitudo venienti obviam processerat, & eximio cultu exceperat. Incolæ omnes cum Cereis & Crucibus urbe excesserant ad duodecim milliaria. Justinus Imperator coram Papa in terram se demisit, (*) & ipsius manibus

Greg. III. Dial. c. 3.

kommenes Recht, ein Mahometaner oder ein Jud zu werden, wenn er will. Da erhellet es, wie weit es kömmt, wenn man nur die Schrift, wie unser Protestant, und nicht auch die Kirche Christi zur Richtschnur seines Glaubens annimmt. Uebrigens, wenn alle Menschen ein natürliches Recht haben, ihrem Schöpfer auf die Art zu dienen, die sie ihm am wohlgefälligsten zu seyn erachten, so haben es auch die Katholicken, und so handelt denn unser Uebersetzer wider das natürliche Recht, und Billigkeit, wenn er in seiner Uebersetzung die Römische Lehre, und sonderlich die Geistlichkeit unverschämt verhöhnet, verlachet, und verachtet.

(*) Hier haben wir die Ursach, warum unser Uebersetzer in seiner vorigen Anmerkung saget, des Kayserl

Sæculum VI. A. C. 525.

nibus denuo coronari voluit. Invitatus ab Epiphanio Patriarcha, ut Officium celebraret, non prius consensit, quam sibi concessum fuisset, primo loco sedere. Itaque Officium solemne lingua latina in Die Paschæ trigesima Martii Indictione tertia Philoxencio & Probo Consulibus id est anno 525. celebravit. Communicavit cum omnibus Orientis Episcopis, (*) excepto Timotheo Alexandrino Concilii Calcedonensis hoste manifesto. Joannes Papa bona fide, (**) quæ sibi mandata erant, perfecit. Cum enim Justino Imperatori ob oculos posuisset periculum quod Italiæ immineret, obtinuit, quod petebat, scilicet, ut Arianis salva esset libertas.

Marc. Chr. 525.

Hist. misc. Lib. 15. *sub fin.*

§. VI.

Kayſers Juſtinus Religionseifer wäre Enthuſiaſtiſch geweſen, und in der folgenden, er ſey vor ſeiner Erhöhung zur Kayſerlichen Würde ein Bauer geweſen, und nach ſeiner Erhöhung ein Bauer verblieben.

(*) Hier wird wiederum unſer Ueberſetzer mit ſeiner groben Lüge beſchämet; da er hingeſchrieben, die Conſtantinopolitaniſche Kirche wäre von der Zeit des Heil. Chryſoſtomus an mit der Römiſchen nicht mehr vereiniget worden.

(**) Hæc verba propter calumniam, quam Interpres Proteſtans in S. Joannem Papam annotatione ſequente allaturus eſt, bene notanda ſunt.

Sæculum VI. A.C. 525.

§. VI.

Boetii & Symmachi fata.

Papa Constantinopoli versante Rex Theodoricus vinculis dedi jussit Senatores duos omnium illustrissimos Symmachum & ipsius Generum Boetium, qui ambo Consulari Dignitate fulserant. Criminis læsæ Majestatis incusabantur, nempe quod Senatus Auctoritatem adversus Theodorici molimina defenderent. Ceterum ea quoque causa subesse potuit, quod Boetius ferventer amaret Religionem Catholicam, quam editis multis libris tuebatur. Libros duos inscripsit Joanni Papæ tunc temporis Ecclesiæ Romanæ Diacono; scilicet unum contra Eutychem & Nestorium de duabus Naturis & unica JEsu Christi Persona, alterum de Quæstione logica, an Pater, Filius & Spiritus Sanctus de Divinitatis Substantia prædicari & affirmari possint. Symmacho Socero suo inscripsit Tractatum alium, in quo demonstrat, Trinitatem unum Deum non vero tres Deos esse. Maxime operam dederat Aristotelis Logicæ, cujus tractatus aliquot vertit & explicavit. Is primus inter Latinos fuisse fertur, qui illius Philosophi Doctrinam Theologiæ accommodare cœperit. Inter opera ejus celeberrimum elegantissimumque est Liber de Consolatione

ne Philosophiæ, (*) quem in carcere concinnavit. In eo de Providentia & Præscientia Dei digne loquitur. Boetius Ticini comprehensus & neci datus est jam anno 524. Justino & Opilione Consulibus Indictione secunda; haud diu postea anno sequente 525. Socer ejus Symmachus in vincula conjectus & necatus est. Sæculum VI. A. C. 525. *Mar. Chr.*

§. VII.

(*) Cum in manibus mihi sit præstantissimum opusculum, juvat illud ex Libro IV. excerpere: *Sed cum ultra homines quemque provehere sola Probitas possit, necesse est, ut quos ab humana Conditione dejecit, infra hominis meritum detrudat Improbitas. Evenit igitur, ut quem transformatum vitiis videas, hominem existimare non possis. Avaritia fervet alienarum opum violentus ereptor? similem lupi dixeris. Ferox, atque inquietus linguam litigiis exercet? cani comparabis. Insidiator occultis surripuisse fraudibus gaudet? vulpeculis exæquetur. Iræ Intemperans fremit? Leonis animum gestare credatur. Pavidus, ac fugax non metuenda formidat? cervis similis habeatur. Segnis, ac stupidus torpet? asinum vivit. Levis ac inconstans studia permutat? nihil ab avibus differt. Fœdis, immundisque libidinibus immergitur? Suis sordidæ voluptatibus detinetur. Ita fit, ut qui probitate deserta homo esse desierit, cum in Divinam Conditionem transire non possit, vertatur in belluam.*

Sæculum VI. A.C. 525.

§. VII.

Joannis I. obitus. Felix III. Papa.

Joannes Papa quoque a Legatione sua reversus Ravennæ jussu Regis Theodorici, cum Senatoribus, qui eum comitati fuerant, carceri datur. Verosimile est, quod crediderit Rex, ipsos Boetii & Symmachi causa implicatos. (*) Maxi-

(*) Da kömmt eine Anmerkung des Uebersetzers, welche mit Galle und Bitterkeit angefüllet ist. Es hat sich jemand eine Critik über seine Uebersetzung angemasset. Das machet ihn bös. Allein wir wollen sehen, wie schimpflich er den Heil. Pabst Joannes antaste. Er hebet die Anmerkung so an: Die Geschichtschreiber kommen in Ansehung dieser Gesandtschaft darinn überein, daß der Kayser den Vorstellungen des Pabstes und der übrigen Gesandten Gehör gegeben, seinen Befehl wiederrufen, und den Arianern die Kirchen wieder eingeräumet. Nichts destoweniger zieht er hernach aus seinem Gehirne eine Muthmassung hervor, warum Theodoricus über den Pabst ungehalten geworden, und saget: Es ist aber noch eine andere nicht unwahrscheinliche Ursach vorhanden, warum Theodoricus auf diese Gesandtschaft so zornig geworden. Wenn man nämlich die Instruction ansieht, die der Theodoricus den Abgesandten und sonderlich dem Pabste gegeben, so fassete sie nicht nur den Punct in sich, daß der Kayser die den Arianern abgenommenen Kirchen wieder einräumen,

Maximi etiam honores, qui Papæ Constantinopoli fuerant exhibiti, Theodorici animum in Pontificem speciatim accenderant; nihilominus cum Justini Imperatoris Indignationem pertimesceret, non ausus est viros occidere, sed in arcto carcere custodiit. In illis vinculis Joan-

Sæculum VI. A. C. 525.

Hist. Misc.

räumen, sondern daß er auch denen, die gezwungen worden von der Arianischen Secte abzutreten, Freyheit gestatten möchte, wieder zu ihrer vorigen Parthey zurück zu gehen. Nun nimmet er diese Muthmassung als eine Richtigkeit an: und saget ferner: Ueber diesen Punct war nun der Pabst entweder hingewischet, oder hatte ihn dem alten Kayser nicht mit gehörigem Ernste vorgestellet ..... so reizte diese Unterlassung den König zu einem heftigen Zorn ..... *Sigonius*, ein Römischcatholischer Scribent, hat über dieses Verhalten des Pabstes in seiner *Delineatione sincera veræ Catholicæ Ecclesiæ p.* 503. sehr nachtheilig geurtheilet. Er entschuldiget die übrigen Gesandten, beschuldiget dagegen den Pabst, daß er nicht als ein ehrlicher Mann gehandelt .... da er doch als ein Christlicher Bischof den Kayser belehren sollen, daß dieses nicht die rechte Bekehrungsart sey, indem Christus sein Reich, als welches nicht von dieser Welt sey, nicht durch weltlichen Arm, sondern durch Geist und Wahrheit ..... erweitert wissen wolle. Ich habe in dem Moreri, und im Graveson, welche beyde

Sæculum VI. A. C. 526.

Joannes Papa morbo defunctus est 27. Maji 526. Olybrio Consule, postquam Sacram Sedem annis duobus & novem mensibus tenuisset. Corpus ejus Romam translatum, & ad S. Petrum sepultum. Diem obitus ejus Ecclesia tanquam S. Martyris celebrat. Joannes Episcopos quin-

Mart. Rom. 27. Maji.

beyde die Schriften des Carolus Sigonius namhaft machen, nachgeschlagen, und keine Meldung von diesem Buche gefunden. Weil es auch ohne dem des Uebersetzers Schuldigkeit gewesen wäre, die eigentlichen Worte Sigonii zu latein herzusetzen, so ist die ganze Beschuldigung einer Verleumdung ganz ähnlich. Ja, so kann sich nur ein ungezogener Lutheraner wider einen Heil. Pabst ausdrücken. Endlich lässet er sich merken, warum er so ungelassen sey, und setzet hinzu: das übrige, das noch empfindlicher lautet, mag ich nicht einmal hersetzen, ersuche aber denjenigen, der sich zu Maynz eine Critik über diese Kirchen-Historie und Uebersetzung angemasset hat, diese Stelle unbeschwert nachzuschlagen; er wird daselbst von einem Sohne der Römischen Kirche eine Lehre finden, die er von einem Ketzer schwerlich annehmen möchte. In diesem Geschwätze leget der Uebersetzer zum Grund, daß derjenige, welcher sich eine Critik über seine Uebersetzung angemasset, der Meynung sey, man soll das Reich Christi und den Catholischen Glauben mit Gewalt erweiteren; dieses aber ist eben so falsch, als die übrigen Grundsätze, welche er in seinen Anmerkungen der Römischen Kirche andichtet.

quinque ordinaverat. Ei succeſſit Felix III. de Gente Samnitium Caſtoris Filius. Felicem Rex Theodoricus poſt maturam deliberationem delegit, Senatus Romanus tanquam digniſſimum recepit. Ordinatus eſt 12. Julii 526. & S. Sedem tenuit annis tribus Menſibus duobus. Sæculum VI. A. C. 526.

S. Felix Papa. *Lib. Pontif. Caſſio. VIII. var.* 15.

§. VIII.

Theodorici Regis fata.

Theodoricus Rex non ultra tres Menſes Joanni Papæ Superſtes fuit. Cum quadam die miniſtri piſcis prægrandis caput menſæ Regiæ inferunt, viſus ſibi eſt conſpicere recentiſſime amputatum caput Symmachi labia ſua admordentis, ipſique furioſo intuitu minitantis. Tanto horrore concuſſus eſt Rex, ut toto corpore frigere cœperit. In lectum ſe projicit, & Elpidio Medico, quid ſibi objectum fuiſſet, narrat, crimen inter lacrymas confeſſus, quod Symmachum & Boetium calumniis violatos interfeciſſet. Sentiens ſe moriturum præcipuos Duces ex Gente Gothorum advocat, jubetque Regem venerari Athalaricum Nepotem octennem puerum ex Filia ſua Amalaſunta & Eutarico tunc defuncto genitum. Ita e vita exiit Theodoricus (*) *Procop.* I. *Gotth. c.* 1. *Jornand.*

(*) Hier fänget unſer Ueberſetzer ſeine Anmerkung an mit den Worten: In dieſem *Theodoricus*

Sæculum VI. A. C. 526.

Olybrio Consulatum gerente Indictione quarta id est anno 526, ætate admodum provecta postquam Regnum annis 33. tenuit. Amalaricum Theodorici ex alia Filia Nepotem Visigothi in Hispania & in illa Parte, quæ Galliis contermina est, usque ad Rhodanum fluvium, Regem receperunt.

§. IX.

Patriarchæ Jerosolymitani & Antiocheni.

In Oriente Joannes Patriarcha Jerosolymitanus e vivis abiit anno 525. cum ab anno 517. Sedem tenuisset annis 7. Mensibus 9. Successorem habuit Petrum Eleutheropoli natum. Antiochiæ Euphrasius Patriarcha terræ motu concussæ Civitatis ruinis obrutus est die Veneris 29. Maji Olybrio Consule Indictione quarta nempe anno 526. In ipsius locum electus est Ephrem genere & lingua Syrus

vit. S. Sab. n. 68.

---

ricus vereinigten sich alle grosse Eigenschaften, und Tugenden ꝛc. Auf seiner folgenden Seite heisset es hingegen vom Kayser Justinus also: Der Ruhm, den *Justinus* hinterlassen, kann nicht einmal zweydeutig genennet werden. Er war ein Bauer aus Illyrien, und blieb es auch bis in seinen Tod. Warum lobet unser Uebersetzer den einen, und beschimpfet den andern? Justinus war ein Catholik, und Theodoricus keiner.

rus, qui variis Muneribus antea bene functus tunc Comitis Orientis Dignitatem obtinebat. Cum illa calamitas urbem Antiochenam affligeret, ipse quibuscunque poterat modis succurrebat miseris; hinc populi amorem sibi conciliavit; nam inter cœteras, quas colebat, virtutes semper charitas in pauperes eminuit. Magno etiam zelo profitebatur Religionem Catholicam, quam pluribus editis libris Græco Sermone, quippe hanc quoque linguam non ignorabat, defendit.

Sæculum VI. A. C. 527.

Sup. XXXI §. 32. Evagr. IV. hist. c. 6. Phot. Cod. 128. p. 773.

§. X.

Justini obitus. Justinianus Imperator.

Justinus Imperator comperta Civitatis Antiochenæ ruina vehementer indolens magnam pecuniæ copiam misit, ut repararetur. Anno sequente, cum haud multum temporis se supervicturum ominaretur, Justinianum Nepotem suum Augustum pronunciavit, eumque cum Theodora uxore coronari jussit prima Aprilis Indictione quinta Mavortio Consule id est anno 527. Justinus exinde circumactis quatuor Mensibus die Dominica prima Aug. anno ætatis septuagesimo septimo vivere desiit, postquam annos novem imperasset. Justinianus annos vitæ numerabat quadraginta quin-

Theoph. an. 9. p. 147. 148. Chr. Pasch. p. 334. & 375. Marc. Chr. an. 526. 527.

Sæculum VI. A. C. 527.

que, regnavitque annis triginta novem. Huic Principi ſtatura corporis erat ſupra mediocrem, oculi valde inſtabiles, aſpectus jucundus, rari capilli. Barbam more Romanorum ſibi radebat. Ita repræſentatur in tabella operis Muſivi, quæ hodieque Ravennæ in Eccleſia S. Vitalis viſitur, & Juſtiniani ætate picta creditur. Hæc ex uno latere Altaris Majoris collocata, ex altero in ſimili tabella Theodora Imperatrix exhibetur, uterque tanquam oblationem ſuam in Eccleſiam portans. Juſtinianus Capitis tegumentum habet, quod cudonis figuram refert, unionibus diſtinctum. Id a Perſis mutuatus fuiſſe videtur, nam dicit de eo Procopius, Juſtinianum Barbarorum veſtibus fuiſſe delectatum. Non multum cibi capiebat, nec ſomnum protrahebat, ſolitus ſæpe de nocte ſurgere, & in Palatio ambulare. In Quadrageſima poſt alteram demum diem ſumebat alimentum, nempe olera Sylveſtria Sale & aceto macerata, eaque ipſa pauca, & ſine pane. Tunc etiam ſola aqua ſitim levabat. Antequam Imperator fuiſſet ſalutatus, omnia Bona ſua Eccleſiis S. Sergii & S. Bachi, atque SS. Apoſtolorum, quas in ædibus ſuis ædificaverat, donavit, ibique ſelectiſſimorum virorum Monaſterium fundavit. Paucis, magno fervore & zelo Religionem colebat.

av. Rub. hiſt. Ravenn. p. 897.

Cang. fam. Byz. in Juſtin. p. 97. *Alam. not. ad Procop. p.* 366.

Proc. Anecd. c. 14. *c.* 8. 12.

Id. 1. *edif. c.* 7.

§. XI.

§. XI.

Sæculum VI.
A. C. 528.

Leges Ecclesiæ faventes.

Ad Justiniani initia refertur Constitutio, quæ ipsius Fidei Professionem de Trinitate & Incarnatione complectitur. Ea quidem integre Orthodoxa est; notari tamen potest, quod exprimat, unum ex Trinitate Carnem assumsisse, quamvis olim Scythiæ Monachos hujus Propositionis Defensores damnasset. Hæreses omnes speciatim autem Nestorium, Eutychem & Apollinarem anathematizat. Edicit etiam omnes illos pœnis, quæ in Hæreticos legibus statutæ sunt, subjici, quos huic Fidei Confessioni contraria credere Episcopi deprehenderint. *L. 5. Cod. de Sum. Trin. Sup. XXXI §. 48.*

Jam anno Regni primo duas Constitutiones circa Episcopos edidit. Prima ad Epiphanium Patriarcham Constantinopolitanum directa, & decimo Calend. Mart. Justiniano secundo Consule id est 21. Febr. anno 528. data. In illa de Residentia Episcoporum agitur, eorumque, quæ Imperator præcipit, Summa hæc est: *L. 43. Cod. de Episc.*

Episcoporum absentia causa est, quod in Ecclesiis ipsorum officium Divinum negligentius peragatur, negotia tractentur somniculose, & Ecclesiæ reditus Episcoporum itineri, eorumque cum Clericis & Domesticis, qui ipsos comitantur, in urbe

Sæculum VI. A. C. 528.

ista commorationi impendantur, ita ut sæpe contingat, ipsos cogi ad pecunias mutuas cum onere præstandæ usuræ, & magno Ecclesiarum damno, accipiendas. Itaque præcipimus tibi, ut omnibus Metropolitis, qui tibi subjiciuntur, notum facias, ne ipsi aut Episcopi ex Provinciis sibi subjectis Ecclesias suas sine Custode relinquant, & suo arbitrio in hanc Civitatem veniant, nisi speciatim a nobis vocati fuerint. Quodcunque supervenerit negotium, nulla tamen recipietur excusatio. Si quid occurrerit, quod eos cogat Clementiam nostram implorare, mittant unum duosve Clericos, qui vel ipsi in conspectum nostrum veniant, vel te Patrono utantur. Promittimus, hac via ipsos, quod petituri sunt, obtenturos. Si vero judicaverimus, necessarium esse, ut ipsi Episcopi in hanc Civitatem veniant, eos venire jubebimus. Si quis contra hoc nostrum mandatum egerit, Nostram Indignationem incurret, & si Metropolita est, a te excommunicabitur, si Episcopus Suffraganeus a Metropolita suo Communione excludetur. Non credidimus utile esse, si Mulctam pecuniæ quoque transgressoribus injungeremus, ne damnum pecuniæ forte Ecclesiæ ferendum sit.

L. 24. Cod. de Episc.

Lex altera ad Atarbum Præfectum Prætorio directa, prima die Martii eodem anno 528. data est: *Si Sedes Episcopalis vacaverit, illius urbis incolæ scripto*

Decreto

Decreto viros tres nominabunt, quorum vitam & optimos mores omnes noverint; ex his dignissimus eligatur. Qui Episcopus ordinandus erit, nec liberos habeat nec nepotes, ne cura Rei familiaris ipsius mentem a Dei Servitio & Ecclesiæ negotiis avertat, & ipse Bona ad pauperes alendos donata in suos profundat. Episcopi nec testamento nec Donatione aut cujuscunque alterius generis alienatione de Bonis post susceptum Episcopatum acquisitis decernere possint, nisi de iis tantum, quæ ipsis hæreditate Patris, Matris, Patrui aut Fratris obvenerint. Reliqua omnia Ecclesiæ adjudicentur, quippe certissimum est, illos qui Episcopis Bona sua donant, in ipsis rationem Sacerdotii considerare.

Sæculum VI. A. C. 528.

Post obitum Episcoporum œconomi Bonorum quæ reliquerint rationem reddent. Œconomi autem maturo examine præcedente constituentur, annis singulis rationem Episcopo reddent, & damnum Ecclesiæ illatum resarcient. Si, antequam rationem reddiderint, moriantur, Hæredes ipsorum reddere teneantur. Hospitiorum Curatoribus, sicut Episcopis, in ea, quæ post munus susceptum, acquisiverint, libera potestas non sit, sed ab ipsis acquisita omnia ad Hospitia pertinebunt, ad quorum emolumenta a Fidelibus donantur, cum omnes certissime credant, Curatores in hæc pia opera etiam Bona sua propria impendere.

Leges.

Sæculum VI. A. C. 528.

dere. Hoſpitiorum cura tunc temporis erat munus Eccleſiaſticum, quod non niſi Presbyteris aut Diaconis exploratæ charitatis committebatur. Ulterius Lex proſequitur in hunc modum: *Quod ex Reditibus Hoſpitiorum ſupererit, ad novos Reditus acquirendos impendatur, ut Fideles ad conferendum magis excitentur. Si Curator hoc munus abdicet, Succeſſor rationem reddi petat, cujus Conſcientiam oneramus.*

Secundum Sacros Canones Epiſcopi, Chorepiſcopi, Viſitatores, Presbyteri & omnes ceteri Clerici gratis ordinentur. Nihil etiam detur ad obtinendum œconomi, Defenſoris Eccleſiæ, aut Curatoris Hoſpitii officium. Qui hac ex cauſa aliquid dederit, aut acceperit, deponatur, & officio ſuo privetur. Omnes Clerici in omnibus Eccleſiis Officium Nocturnum, Matutinum & Veſpertinum cantabunt. Id eſt, ut hodie loqui ſolemus, Matutinos, Laudes & Veſperas, nam Horæ minores necdum publice recitabantur. Ulterius dicitur: *non ſatis ſit ipſis, Eccleſiæ fruges conſumere, & Clericorum Nomen gerere, functiones autem muneris omittere; abſurdum quippe eſt, quod conſtituant Mercenarios, qui ipſorum vices ſubeant & cantent, dum multi Laici ſponte ſua & Religionis amore Laudi Divinæ interſunt. Epiſcopo, duobus Archipresbyteris, Archon-*

ti

ti seu Exarchæ & uniuscujusque Ecclesiæ Syndico præcipimus, ut hæc a Clericis observari curent, illosque Clericorum ex ordine ejiciant, qui raro Officiis Divinis intersunt, secus enim Fundatorum voluntati non satisfieret. Omnibus cujuscunque conditionis hominibus licentiam reos denunciandi facimus.

Sæculum VI. A. C. 528.

In Italia sub Nomine novi Regis Athalarici promulgata Lex fuit, quæ Clericis Romanis favebat. In ea more antiquo confirmato dicit Rex: *Si quis contra Ecclesiæ Romanæ Clericum Actionem movere vult, primo Papam adeat, qui vel ipse judicabit, vel Judices delegabit. Si Actori non fuerit satisfactum, ad Judicem Sæcularem convertetur, postquam probaverit, Justitiam a Papa sibi fuisse denegatam. Qui vero ad Nos venerit contempta Sacræ Sedis Auctoritate causa cadet, & mulctam decem Librarum auri pendet, quas Papa manibus suis in pauperes distribuet.* Hæc illa ætate Papæ Jurisdictio in Clericos fuit Romæ in Causis profanis, si Clericus in Judicio reus esset, poteratque ab eo ad Judicem Sæcularem appellari. (*)

ap. Cass. VIII. var. c. 24.

§. XII.

(*) Hæc placent nostro Protestanti, qui Annotatione addita dicit: Es ist aber wohl zu merken, daß sich dieselbe (Verordnung) blos auf

Sæculum VI. A. C. 528.

§. XII.

Concilia in Gallia.

EOdem anno 528. Juſtiniani primo Felix Papa ad S. Cæſarium Arelatenſem Epiſtolam dedit, qua confirmat illud Decretum, ne Epiſcopi ordinentur, niſi prius inter Clericos Eccleſiæ miniſtraverint. Anno ſuperiore 527. ſexta Nov. S. Cæſarius Concilio ſexdecim Epiſcoporum, ſi & ipſe adnumeretur, Carpentoracte celebrato præfuit. In illo Concilio decretum, ut, ſi Eccleſia Cathedralis opibus valeat, quæ Parochiis ruralibus donata fuerint, ad ſuſtentandos Clericos, qui ibi miniſtrant, aut in ſarta tecta Eccleſiæ, impendantur. Si Epiſcopi Reditus ad expenſas neceſſarias non ſufficiant, Parochiis illa tantum relinquentur, quæ ad alendos Clericos & reparandas Eccleſias requiruntur; reliqua Epiſcopus accipiet. In annum ſequentem indi-

Ep. III. 10. 4. *p.* 1657. *p.* 1663.

---

auf bürgerliche Sachen erſtreckte. Denn in Criminal-Sachen hatte ſich die Cleriſey nicht die geringſte Ausnahm zu verſprechen. Wer in den Kirchengeſchichten nicht gar ein Fremdling iſt, der weiß, wie es in Criminal-Sachen mit der Cleriſey allezeit gehalten worden. Heut zu Tage aber iſt es auch jedermann bekannt, daß ein Clericus in Criminal-Sachen ſich nur vor ſeiner geiſtlichen Obrigkeit verantworten müſſe.

indicatum est Concilium eadem die sex- Sæculum VI.
ta Nov. Vasione celebrandum, sed de- A.C. 529.
mum post annos duos Patres convenerunt. p. 1666.

Interim aliud Concilium Arausione actum 3. Jul. Decio juniore Consule, cui cognomentum Basilius, nempe 529. Huic Concilio celebrando occasionem dedit Dedicatio cujusdam Ecclesiæ, quam Liberius Præfectus Prætorio in Galliis in Civitate Arausionensi ædificaverat; nam ad illud Festum condecorandum multos Episcopos invitavit. Tredecim Episcopi adfuere, quorum primus est S. Cæsarius, & ceteri sunt ferme iidem, qui in Concilio Carpentoractensi adfuerant. In hoc Concilio Arausionensi Patres loquuntur in hunc modum: *relatum est ad nos, aliquos ex animi simplicitate in materia de Gratia & libero Arbitrio opiniones fovere Fidei Catholicæ non consentaneas; unde justum & rationabile nobis visum, aliquos articulos a S. Sede ad nos transmissos & ex SS. Scripturis atque antiquis Patribus de hac Doctrina excerptos proponere, iisdemque subscribere.* (*)

Tum

(*) Hic P. Balduinus a Fleurio sensum Concilii truncatum dicit, & affert verba Concilii: *Pervenit ad nos &c. . . . . unde & Nobis secundum Auctoritatem & Admonitionem Sedis Apostolicæ justum & rationabile visum est, ut pauca Capitula*

Sæculum VI. A. C. 529.

Tum ponuntur viginti quinque Articuli, quorum octo, qui priores occurrunt, ad modum Canonum scripti sunt, anathema autem non est adjectum, sed ex Sacræ Scripturæ verbis probantur. Horum articulorum Summa est. Adami peccatum non solum corpori, sed etiam animæ nocuisse. Item illud peccatum non soli Adamo fuisse noxium, sed posteris quoque communicatum. Gratiam Dei non illis dari, qui Deum invocant, sed Gratiam facere, ut invocent. Libe-
c. 9. 10. &c. rationem a peccato & initium Fidei non a nobis sed a Gratia procedere. Paucis, nos sine Gratia non valere quidquam agere, aut cogitare, quod ad Salutem conferat. Reliqui articuli septendecim numero non tantum Canones esse videntur, quam Axiomata ex S. Augustino & S. Prospero excerpta, quæ Gratiæ prævenientis necessitatem probant. Positis his viginti quinque articulis Patres Concilii Arausionensis prosequuntur in hunc modum: *Igitur docere tenemur & credere; Liberum Arbitrium per peccatum primi hominis*

pitula ab omnibus servanda proferre, & manibus nostris subscribere deberemus. Ego non invenio diversitatem dignam, ut vir, qui aliunde in suis Excerptis Auctoritatem Summi Pontificis in universam Ecclesiam centies demonstrat, mala fidei argui possit. Judicet Lector.

Sæculum VI. A.C. 529.

bominis ita fuisse debilitatum, ut exinde nemo potuerit Deum amare, ut decet, in eum credere, aut Bonum amore ipsius facere, nisi a Gratia præventus. Ideo credimus, Abel, Noe, Abraham aliosque Patres illam Fidem, quam S. Paulus in ipsis laudat, non a Natura, sed a Gratia accepisse. Nam post Domini Nostri Adventum Gratia in illis, qui Baptismum desiderant, non a Libero Arbitrio, sed a JEsu Christi Misericordia est. Credimus etiam, omnes baptizatos posse & teneri cum Auxilio & Cooperatione JEsu Christi illa implere, quæ ad obtinendam Animarum ipsorum Salutem conducunt, si fideliter laborare velint. Aliquos a Dei omnipotentia ad malum prædestinatos fuisse, non solum non credimus, sed si quis credat, detestamur, eique anathema dicimus. Credere debemus, Fidem boni latronis, Cornelii Centurionis & Zachæi non a Natura sed a Gratia habuisse originem. Huic Fidei Definitioni non solum Præsules subscripserunt, sed ut Laicis quoque errandi occasio adimeretur, voluerunt, ut etiam viri illustres, qui Dedicationi adfuerant, scilicet Liborius Patricius & septem alii subscriberent. S. Cæsarius hanc Fidei Confessionem Armenio Presbytero & Abbati Romam deferendam tradidit, ut eam Papa approbaret. Ad idem tempus refertur Concilium Valentiæ etiam super Doctrina de

Hebr. 11. Concilium Arausionense.

Bonif. ep. 2. *p.* 1687.

Sæculum VI. A.C. 529. Gratia celebratum, cui S. Cæsarius morbo impeditus non interfuit; at Cyprianus Episcopus Telonensis ibi Fidem Catholicam fortiter defendit.

vit. S. Cæs. Lib. 1. n. 35.

Concilium Vasionense ante annos duos indictum septima Nov. hoc anno 529. celebratum est. Adfuere S. Cæsa-

com. p. 1679. rius & undecim Episcopi. Postquam Canones pro more perlecti, nemo habuit, quod contra Episcopos præsentes afferret. Itaque in illo conventu nihil actum, nisi quod mutuo conspectu levarentur, & conservaretur Charitas. Nihilominus

c. 1. antequam recederent, quinque Canones condiderunt, in quibus statuitur, ut Presbyteri rurales secundum consuetudinem utilissimam, in tota Italia receptam, juvenes Lectores, qui uxorem non habent, in domos suas suscipiant, cura paterna educandos. Hos doceant psallere, & S. Scripturam legere, eisque Legem Dinam explicent, ut sibi dignos aliquando Successores præparent. Si quis eorum, postquam ad ætatem maturiorem pervenerit, matrimonium inire voluerit; id

c. 2. faciendi libera ei facultas sit.

Ad majorem populi profectum Presbyteris permittitur, ut non tantum in urbibus, sed etiam ruri in omnibus Parochiis prædicent. Si Presbyter aliqua corporis infirmitate prædicare prohibeatur, Diaconi Patrum Homilias prælegant.

Tum

Tum prosequuntur Patres in hunc modum: *Ut sequamur exemplum S. Sedis & multarum Provinciarum tam in Oriente quam in Italia, ubi sæpe & devotissime Kyrie eleison recitatur, illud in Nostris quoque Ecclesiis ad Matutinum, ad Missam & ad Vesperas dicatur. In omnibus Missis, etiam in Quadragesima & in Missis pro Defunctis, ter SANCTUS dicatur, sicut in Missis publicis.* (*) *In nostris Ecclesiis Nomen Papæ recitetur, & post Gloria Patri addatur: Sicut erat in Principio, quod Romæ etiam, in Africa, & in Italia, ad confundendos Hæreticos, dicentes, Filium Dei originem habuisse in tempore, additur.* Id nempe dicebant Ariani, quorum maximus in illis Provinciis numerus erat.

Sæculum VI. A.C. 529.

c. 3.

c. 4.

c. 5.

§. XIII.

S. Benedicti initia.

Antiquissimum, quod nobis hodie supereſt, Breviarii Ecclesiastici exemplar in Occidente est Regula S. Benedicti

(*) Eximium hoc est contra Protestantes de Antiquitate Missarum privatarum, quibus hic distincte Missæ publicæ opponuntur, & Missarum pro Defunctis Testimonium! quod ut Interpres Protestans suis Lectoribus subtraheret, illa verba: *& in Missis pro Defunctis*, reddidit: Und bey der Beerdigung .... soll man das Kyrie eleison singen. Egregie!

Sæculum VI. A. C. 529.

sub illud tempus scripta; quippe celeberrimi ejus Monasterii Montis Cassini Fundationem ad hunc annum 529. referunt. S. Benedictus circa annum 480. in Nursia nobili genere natus est Patre Eutropio & Abundantia Matre. Litterarum addiscendarum causa Romam missus, cum a pravis adolescentum contubernalium moribus abhorreret, clam aufugit, & Nutricis quoque, quæ alumnum secuta fuerat, decepta industria ad locum, qui Sublacus dicebatur, quadraginta milliaria Roma dissitum venit, ibique in Specu valde angusto se occuluit. In hac solitudine S. Juvenis tres annos moratus est nemine conscio, nisi uno Monacho, cui Nomen Romanus. Is, cum sibi fugiens Benedictus occurrisset, percepto ejus proposito, habitum Monasticum ipsi dedit, omne auxilium contulit, & arcanum servavit. Romanus in Monasterio Vicino sub Abbate Theodato degens, portionem panis sibi pie subtractam sæpe ad S. Benedicti latibulum deferebat. Ceterum nulla semita erat, quæ a Monasterio Theodati ad S. Benedicti specum duceret, sed sublimis montis vertex attollebatur; quamobrem Romanus panem longo funi illigatum cum tintinnabulo, quo moneretur Benedictus, demittebat. Posteriore tempore S. Romanus in Galliam profectus, prope Civitatem Antissiodoren-

S. Greg. II. Dial. c. 1.

v. Itin. Ital. Mabill.

Acta SS. Bened. tom. 1. p. 81.

dorensem Monasterium rexit, ibidemque fatis functus est. Sæculum VI. A. C. 529.

S. Benedictus in antro suo latitans nequidem quam diem transigeret sciebat. Cum quadam die Presbyter in loco remoto habitans sibi ipsi cibum præparasset, Deus ipsi revelavit locum, in quo Servus suus pene inedia emoriebatur. Non sine magno labore invento indicavit, illo die Festum Paschale celebrari, quo ipsum jejunare non oporteret, & obsonium, quod attulerat, famelico præbuit. Sub idem tempus Pastores in specu hærentem invenerunt, & quia pellibus tectum inter fruticeta videbant, brutum esse putarunt; postquam vero cognoverunt esse Servum Dei, magna eum veneratione sunt prosecuti. Multi mitescere cœperunt, ad frugem redierunt, Fidemque amplexi sunt. Exinde S. Benedictus toti illi Regioni innotuit. Multi ad eum invisebant, & alimenta afferebant, pro quibus salutiferam ab ipso Doctrinam referebant. Quadam die, cum esset solus, species mulieris, quam olim viderat, tam vehementem in juvene concupiscentiam excitavit, ut animo vacillaret, an Deserto vellet valedicere; sed sibi redditus, vidensque, circa se magnam urticarum spinarumque copiam rigescere, abjectis vestibus in iis nudus procubuit, & tamdiu corpus volutavit, donec pluri-

S. Benedictus.

c. 2.

Sæculum VI. A. C. 529.

mis vulneribus erumpens sanguis libidinem restinxisset. Ab illo tempore nulla unquam Benedictum turpis rei tentatio invasit.

Tunc vero multi relicto Sæculo sub ejus Regimine vivere exoptarunt, quippe jam tum Fama viri Sancti increbuerat. Haud procul inde in loco, quem *Vicovarro* dicebant, inter Sublacum & urbem Tiburtinam posito, erat Monasterium. Abbate defuncto tota illa Congregatio ad Benedictum venit, instanter rogans, ut Monasterii Regimen in se susciperet. Diu hanc Spartam recusavit Benedictus, dicens, ipsorum vitæ rationem a genio suo abhorrere. Tandem precibus permoveri se passus est. Dum autem depravatos Monachorum illorum mores emendare nititur, & Regulæ eos subjicere, pœnitentia subiit, quod ipsum vocassent, cumque malos habitus nollent corrigere, severum Patrem mortem tollere statuerunt, & vinum veneno dilutum propinaverunt. Mensæ accumbenti poculum vitreum pro more illius Monasterii benedicendum offerunt. Ipse manu protensa Signum Crucis format, & illico poculum, quamvis esset remotum, ac si illud conjecto lapide pulsasset, confractum est. Intellexit Vir Dei, quid rei subesset; itaque surgit, & convocatis Monachis tranquillo vultu dicit: *Deus vobis parcat, Fratres*

c. 3.

Fratres mei! cur tantum malum mihi inferre volebatis? nonne prædixeram vobis, fieri non posse, ut inter nos conveniret? igitur quærite vobis Præpositum, qui ad vos regendum idoneus sit. His Benedictus ad dilectam suam Solitudinem rediit. Sæculum VI. A.C 529.

Diu ibi versantem virtutes eximiæ, & miracula edita celeberrimum reddiderunt. Quamobrem tantus confluxit Discipulorum numerus, ut duodecim Monasteria ædificare potuerit; in singula duodecim Monachos sub uno Præposito distribuit. Eorum loca & nomina adhucdum hodie indicantur. Paucos apud se Monachos retinuit, quibus ulteriore cura sua opus esse credebat. Nobilissimi Romanorum filios suos Benedicto informandos tradebant. Ita Equitius Filium suum Maurum, & Tertullus Patricius Placidum puerulum Sancto viro educandos crediderunt. Quadam die Placidus egressus ad lacum, ut aquam hauriret, cum vas plus justo demisisset, trahente pondere & ipse in aquas lapsus, atque a terra ad teli jactum abvectus est. S. Benedictus in Monasterio existens illico pueri periculum cognovit, & compellato Mauro inquit: *Frater mi! curre cito! puer iste in aquas cecidit.* Maurus petita Benedictione cucurrit, usque ad locum ubi Placidus undis abripiebatur, & *c. 7.* S. Benedictus.

Sæculum VI. A.C. 529.

capillis apprehensum trahens strenue ad ripam regreditur. Ut terram attigit, respexit, & cognoscens, quod super aquas fuisset ingressus, obstupuit. Rem narrat S. Benedicto, qui hoc Miraculum ipsius obedientiæ præmium fuisse dixit; at S. Maurus illud Sancti Patris imperio tribuebat, contendens, ipsum non patrasse miraculum, quin sciret, quid faceret. Placidus amicam litem composuit dicens: *dum ex aquis extrahebar, supra caput meum videbam Melotam Abbatis, & ipsum Abbatem, me juvantem.* (*) Melota erat pellis

(*) Eine Theologische Anmerkung unsers Lutheraners in ihrem vollem Inhalt: Diese Entscheidung war sehr schlecht, und der Ehrwürdige *Benedictus* hätte seinen Lehrling billig eines andern unterweisen, und zu ihm sagen sollen, daß er diese Errettung der Vorsehung Gottes zu danken habe. Aber es rührt diese Erzählung von einem solchen her, der abergläubig genug war, dem Schaffell, das *Benedictus* in aller Unschuld getragen, eine wunderthätige Kraft zuzueignen. Und der Absicht zufolge konnte freylich die Entscheidung des *Placidus* nicht anders ausfallen. Dieser niederträchtige Heuchler will hier den Heil. Benedictus und Placidus beschuldigen, als wenn sie nach dieser Errettung alles ihren Verdiensten und nichts GOtt dem HErrn zugeschrieben hätten. Wir Katholicken wissen wohl, daß weder ein Mensch, noch ein Schaf-

fell

pellis ovina, qua Monachi humeros circumdabant. Placidus vero tunc temporis tam tenera erat ætate, ut necdum habitum aut Tonsuram Monasticam gereret. Sæculum VI. A.C. 529. *Sup. XX. §. 8.*

Paulo post S. Benedictus, ut Presbyteri cujusdam, cui nomen Florentius, invidiæ cederet, omnia sua Monasteria illis Præpositis, quos ipse dederat, gubernanda relinquens cum paucis Monachis discessit. Dum de loco in locum migrat, venit Cassinum parvam Civitatem Regionis *c. 8.* *v. Itin. Ital. Mabill.*

fell Miracke wirke, sondern GOtt der HErr. Wir wissen aber auch aus der Heil Schrift, daß GOtt in Ansehung einiger frommen und ihm gefälligen Personen solche wirke. Denn warum hätte sonst der Schatten Petri und nicht eines andern Juden die Kranken geheylet? Act. 5. 15. GOtt hat durch das Schweißtuch Pauli Teufel ausgetrieben, und die Leute von Krankheiten befreyet. Act. 19. 12. Warum hätte GOtt nicht durch das Schaffell Benedicti auch Wunder wirken können? Und wenn dieses der junge Placidus geglaubet, warum soll es ein Aberglaube gewesen seyn? Dieser Uebersetzer soll erst zu einem Katholischen Dorfschulmeister in die Schule gehen, und lernen, was Aberglaube sey, und wenn dieser mit ihm zufrieden seyn wird, so kann er wieder kommen und fragen, ob er im Stande sey, vom Aberglauben in einem gesunden und Theologischen Verstande zu schreiben. Andere Fehler in dieser Version kann man nicht zählen.

Sæculum VI. A.C. 529.

gionis Samnitium in prælti montis declivitate extructam. Ibi vetustissimum Apollinis templum visebatur, quod Numen ruricolæ adhucdum adorabant. Circum erant nemora Idolo sacra, in quibus Sacrificia offerebant. Postquam illo pervenit S. Benedictus, Idolum comminuit, Aram evertit, lucos succidit, & in templo ipsius Apollinis Oratorium S. Martini, itemque aliud S. Joannis in loco ubi Idolorum Altare steterat, extruxit; porro prædicatione continua illius Regionis populum ad Fidem perduxit. Ibi postea permansit, ædificato Monasterio, quod totius Ordinis sui fuit celeberrimum, & anno 529. fundatum creditur.

§. XIV.

Regula S. Benedicti. Officium Divinum.

Reg. S. B. c. 1. v. Cass. coll. 18. Sup. l. XX. §. 5.

Sanctus Benedictus sub illud tempus absolvisse creditur Regulam suam postea ab omnibus Monachis in Occidente receptam. In Exordio quatuor genera Monachorum enumerat; Cœnobitarum, qui in Congregatione sub Abbate vivunt, Anachoretarum seu Eremitarum, qui postquam in Congregatione longo tempore fuissent exercitati, recedebant, ut in Solitudine ad altiorem Perfectionis gradum eluctarentur. Alia duo Monachorum genera

genera perverſi erant homines, Sarabaitæ, qui bini aut terni aut etiam ſinguli arbitrio ſuo vivebant & nullam ſequebantur Regulam, & Gyrovagi ſeu vagabundi, qui ſemper de uno Monaſterio in aliud divertentes gulæ illecebras, & voluptates quærebant. Hi ultimi omnium erant deterrimi. Sæculum VI. A.C. 529.

Officia Divina S. Benedictus ordinat in hunc modum: In hyeme id eſt Cal. Nov. usque ad Paſcha octava noctis hora ſurgant, id eſt, hora ſecunda. Ipſe Abbas horam operis Dei annunciet, vel hanc curam cuidam Fratri diligentiſſimo committat. Quod poſt vigilias usque ad lucem ſupererit temporis, addiſcendis Pſalmis, aut Meditationi, aut lectioni neceſſariæ impendatur. S. Benedictus Vigilias appellat Officium Nocturnum, quod nos Matutinum dicimus, & Officium Matutinum ſub crepuſculum, quod nos Laudes dicimus. In æſtate, id eſt, a Paſchate usque ad initium Novembris horam incipiendis Vigiliis non determinat, ſed ſolum vult, ut omnia ita temperentur, ut Laudes, dum illuceſcit, recitari poſſint. *Reg. c. 8. p. 47.*

Singulis diebus ad Vigilias duodecim Pſalmi cantentur poſt Hymnum, quem S. Benedictus appellat Ambroſianum, quia plerique Hymni S. Ambroſium habebant Auctorem. Dictis ſex Pſalmis Fratri-

Sæculum VI. A. C. 529.

Fratribus omnibus ſedentibus per vices ſuas legent tres lectiones, & poſt quamlibet earum cantabitur Reſponſorium. Deinde ſex alii Pſalmi dicantur cum *Alleluja*, quam ſequatur Lectio Apoſtoli ex memoria recitanda cum verſiculo & Litania id eſt *Kyrie eleiſon*. Ita Officium Nocturnum abſolvetur. In æſtate, quia

§. 10. breviores noctes ſunt, Lectiones omittantur, ſed ex memoria recitabitur una tantum veteris Teſtamenti, quam Reſponſorium breve ſequetur. Lectiones Vigiliarum ex S. Scriptura vel de expo-

§. 9. ſitione Patrum ſumentur.

Diebus Dominicis maturius ſurgant,

§. 11. & poſtquam ſex Pſalmos cantaverint, legentur quatuor Lectiones cum ſuis Reſponſoriis. Deinde cantabuntur ſex alii Pſalmi, & legentur iterum quatuor Lectiones. Sequentur tria Cantica ex Prophetis, & quatuor Lectiones ex novo Teſtamento. Poſt ultimum Reſponſorium Abbas Hymnum: *Te Deum*, incipiet. Si (quod abſit) tardius ſurrexerint, ali-

Breviarium. quid de Lectionibus vel Reſponſoriis omittendum eſſet, ut diluculo ſemper incipiant Matutinos. In Feſtis Sanctorum aliisque Solemnitatibus Officium peragetur ſicut Die Dominica; at Pſalmi, Antiphonæ & Lectiones illius Feſti propriæ recitabuntur.

Ad

Ad Matutinos præter Psalmos unum Canticum ex Prophetis excerptum recitabitur, sicut psallit Ecclesia Romana. Ita loquitur S. Benedictus, & inde indicat, se hujus Ecclesiæ Consuetudinem sequi. Canticum: *Benedicite*, quod Diebus Dominicis dicitur, *Benedictiones* appellat, & *Laudes* vocat tres ultimos Psalmos, qui singulis diebus dicuntur, & quorum initium est vox: *Laudate*. *Pater Noster* elata voce post Matutinos & Vesperas recitetur, ut si quis fratrum rancorem arcanum contra fratrem aleret, ignoscere cogeretur, admonitus illis verbis: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* c. 14.

Sæculum VI. A. C. 529.

c. 12. 13.

Præter hanc aliquam aliam fuisse Orationem, qua illa ætate Officia claderentur, nullum apparet vestigium.

S. Benedictus, ut cujuslibet Horæ finem indicet, utitur vocibus: *& Missæ fiant.* Vult dicere, Officio finito dimittendam esse Congregationem. Minutatim pro singulis Horis Psalmos distribuit, sicut hodieque in Ipsius Ordine observatur, & addit: *Si cui hæc Distributio displicuerit, aliter ordinet, si modo singulis septimanis Psalterium ex integro recitetur, ne omnino iners Devotionis nostræ esset servitium, cum legamus, Patres nostros uno die illud strenue impleviſſe.* c. 16. 17. c. 18.

Alias

Sæculum VI. A. C. 529.

Alias Orationes S. Benedictus non præscribit. Nullatenus vero dubitat, fore, ut Monachi sponte sua ad Orationem mentalem incumbant, dum dicit;

c. 20. *Et ideo brevis debet esse & pura oratio, nisi forte ex inspiratione Divinæ Gratiæ*

c. 52. *protendatur.* Et iterum; finito Officio omnes ex Oratorio exire debere, ne si qui forte sibi peculiariter velint orare, impediantur, & qui secretius orant, non in clamosa voce orent, sed in lacrymis,

vit. c. 4. & intentione cordis. In ipsius quoque vita legitur, Monachos decantatis Psalmis in orationem se dedisse, & unum ex illis ob suggestionem Dæmonis in ea perseverare non potuisse, sed solitum fuisse ex Oratorio exire.

§. XV.

Labor.

Reg. c. 48. Oratione completa Monachi reliquum diei tempus labori aut lectioni dabant. In æstate, id est, a Paschate usque ad primam Octobr. mane exibant ad laborem ab hora prima usque ad quartam, nempe a sexta usque ad decimam; horas vero pro diversitate & mensura lucis diurnæ vel producebant, vel contrahebant. Quatuor horis in labore exactis, ut dicit Regula, Lectioni vacabunt duabus horis usque ad horam ferme sextam. Post sextam & prandium

in

in lectis suis in silentio acquiescent. Si quis legere voluerit, ita legat, ut alios non perturbet. Nonam anticipabunt, & hujus horæ preces in medio horæ octavæ id est media secunda dicent, & laborabunt usque ad Vesperam. Hic dispicimus hos Monachos saltem horis septem laborasse, & horis duabus Lectioni vacasse. S. Benedictus addit: *Si autem necessitas loci aut Paupertas exegerit, ut ad fruges colligendas per se occupentur, non contristentur, quia tunc vere Monachi sunt, si labore manuum suarum vivunt, sicut & Patres nostri & Apostoli.* Sæculum VI. A.C. 529.

In Hyeme, nempe a Calendis Octobr. usque ad Quadragesimam septem horis continuis laborabant. Primo legebant usque ad horam secundam id est usque ad octavam matutinam, tum Tertia agebatur, & deinde laborabant usque ad Nonam. Post quietem vacabant Lectioni aut dicendis memoriter Psalmis. In Quadragesima legebant usque ad tertiam, & ab hora nona matutina, nempe a tertia, usque ad quartam pomeridianam laborabant. In principio Quadragesimæ singulis dabatur ex Bibliotheca liber, quem ex integro legerent. Cum hora esset Lectionis unus aut duo Seniores Monasterium circumibant, ut viderent, an inveniatur frater acediosus

aut

Sæculum VI. A. C. 529.

aut dormiens, qui fabulis vacaret, & aliis impedimento esset. Die Dominico omnes Lectioni vacabant, exceptis his, qui variis officiis onerati erant. Si quis non poterat meditari aut legere, ei opus, quod faceret, injungebatur. Imbecilli vel delicati facile opus jubebantur perficere, ne violentia laboris opprimerentur.

c. 50. Fratres, qui in loco remotiore laborabant, & hora competenti ad Oratorium venire non poterant, ibi, ubi operabantur, flectebant genua, & opus Dei agebant. Qui in itinere constituti erant, ut poterant, servitutis pensum non negligebant reddere.

Labor manuum. Nullus fratrum sibi ipsi opus deligebat, sed illud a Præpositis injungebatur.

c. 57. Artifices in Monasterio non poterant artes exercere, nisi jussisset Abbas, & cum omni humilitate. *Si quis*, inquit S. Benedictus, *pro scientia artis suæ extollitur, quod videatur aliquid conferre Monasterio, talis avellatur ab ipsa arte. Si quid ex operibus Artificum venumdandum est, illi, per quorum manus res transit, attendant, ne in fraudem Monasterii de pretio quidquam sibi retineant, & dum vendunt, ne subrepat avaritiæ malum, sed semper aliquantulum vilius detur, quam ab aliis sæcularibus, ut in omnibus glorificetur Deus.* Ex hac Artificum distinctione cogno-

cognoscimus, plerosque Monachos fuisse opifices, quales sunt operarum vulgus, atque viros nobilissimos sanctæ Humilitatis studio se ipsos ad vilitatem infimæ plebis demisisse. Non opus erat studio, quo linguam latinam, scilicet illa ætate adhucdum vulgarem, addiscerent. Sæculum VI. A. C. 529.

Monachi illi erant simplices Laici, & nullum apparet indicium, S. Benedictum aliquo Ordine Clericali fuisse initiatum. Hoc non obstante Verbum Dei prædicabat, cum constet, ipsum Fideles suis sermonibus ad Fidem convertisse. Monachos quoque suos sæpe mittebat, ut ad Sanctimoniales in vicino loco degentes sermonem haberent. *Si Presbyter*, inquit S. Benedictus, *in Monasterium suscipi petat, non citius quam Laicus admittatur, si autem in supplicatione perstiterit, sciat, se in nulla re a Disciplinæ rigore fore immunem, ei tamen concedetur primo loco post Abbatem stare, benedicere, & officio præesse, si jusserit Abbas. Si autem Congregatio ob negotia temporalia convocetur, in illo loco stabit, qui ei ordine Professionis in Monasterio competit. Si quis Clericorum inferiorum in Monasterium velit recipi, in loco mediocri collocabitur. Si Abbas aliquem Presbyterum vel Diaconum ordinari voluerit, inter suos eliget, quem ea Dignitate condecorandum judi-* vit. c. 19. Reg. c. 60. c. 61.

Sæculum VI. A. C. 529.

caverit. Presbyter tamen ordinatus non idcirco minus subjectus erit Disciplinæ Regulari & Præpositis suis. Si refractarius sit, castigetur, imo & ex Monasterio, sed non sine consensu Episcopi, pellatur. Horis singulis ita opus suum denotat Regula, ut per Hebdomadam tempus Missæ non inveniatur; inde pronum est credere, solum Diebus Dominicis Monachos Sacris interfuisse.

§. XVI.

Alimenta.

Quod ad alimenta spectat, S. Benedictus ad quamlibet Refectionem duo pulmentaria cocta concedit, ut, qui ex uno non possit edere, ex altero reficiatur.

6.39. Vox: *Pulmentarium*, qua utitur, proprie legumina, seu grana in pultem, aut jus densum, redacta significat, quamvis etiam ad omnis generis obsonia elixa extendi possit; at Monachorum paupertas credere non sinit, sub hac voce etiam comprehensos fuisse pisces, quos cibis lautissimis Veteres accensebant. Regula etiam tertiam portionem pomorum, aut nascentium in illo loco leguminum indulget. De die una tantum panis libra id est duodecim unciæ, sive tempus unius, sive duarum Refectionum sit, conceditur. In potestate Abbatis sit, aliquid addere, si supervenerit labor solito

lito major. Pueris non eadem dabitur mensura, sed minor. A carnibus quadrupedum omnes, exceptis infirmis, abstineant. Potus mensura omnibus per diem sit Hemina vini, id est, secundum explicationem verisimiliorem, medium congium, nisi labor aut calor amplius aliquid concedi poposcerit. S. Benedictus illos, qui a vino abstinere poterant, laudat, & addit: *Licet legamus, vinum omnino Monachorum non esse, sed quia nostris temporibus id Monachis persuaderi non potest, saltem non usque ad satietatem bibamus. Ubi autem ea est Regionis conditio, ut vinum non possit inveniri, qui ibi habitant, benedicant Deum, & non murmurent.*

Sæculum VI. A. C. 529.

c. 40.

Horæ Refectionis in hunc modum disponuntur. A Pascha usque ad Pentecosten ad sextam reficiant Fratres, & ad seram cœnent. Reliqua æstatis parte diebus Mercurii & Veneris jejunent usque ad Nonam, nisi agrorum labores, aut fervida tempestas eos perturbet. Aliis diebus ad sextam prandeant. Ab Idibus Sept. usque ad Caput Quadragesimæ semper ad Nonam prandeant, in Quadragesima vero ad Vesperam; ita tamen temperetur hora, ut lumine lucernæ reficientes nunquam indigeant. In illa Italiæ Regione, ubi S. Benedictus degebat, nunquam tardius quam media

Sæculum VI. A. C. 529.

quinta sol occidit. Tum S. Benedictus Monachos exhortatur ad peculiarem in Quadragesima abstinentiam, si modo cum Abbatis consilio id fiat. Ad mensam sedentibus liber prælegatur, & Lector non secundum Fratrum ordinem, sed talis eligatur, qui ad implendum munus aptus sit.

c. 49.
c. 38.

Monachi sibi ipsis invicem ministrabant, singuli vice sua per unam septimanam coquinariam exercebant. Inde demonstratur, quam simplici cibo usi fuerint, quem unusquisque ipsorum apparare posset. (*) Maxima infirmorum erat

c. 35.

(*) In Monasterio Boni Solatii in Thuscia prope Florentiam, quod est Trappensium Colonia, si Festum S. Patris Benedicti in Quadragesima in talem diem incidat, qua Monachis illis Consuetudo est in pane & aqua jejunandi, id etiam Hoc Festo sine ulla Dispensatione strictissime observant, & postquam in Choro longius ac alias protracta est Psalmodia, ad mensam in solo pane & aqua heluantur. Sunt hæc verba Defuncti Reverendissimi Abbatis Bartholomæi Neuner, antea in Monasterio nostro Ettalensi Professi, in Epistola anno 1756. ad nos data. Extremus profecto est istorum Italorum rigor, si non nimius. Econtra ad alterum Extremum deflectitur in nostra Germania, optandumque est, ut in ejusmodi Festis, quæ solemnius celebrantur, secundum SS. Fundatorum Spiritum, tam

erat cura. In loco separato manebant, & unus fratrum ipsis famulabatur. Carnes ægrotantibus ministrabantur, & concedebatur lavacrum, quoties opus erat, sanis autem & præcipue juvenibus balnei usus raro concedebatur. Sæculum VI. A. C. 529. c. 36.

§. XVII.

Vestes &c.

De vestitu Monachorum Abbatis erat decernere pro diversitate Climatis calidi aut frigidi. *Credimus*, inquit S. Benedictus, *in Regionibus temperatis sufficere Cucullam & Tunicam, Cucullam in hyeme villosam, in æstate puram aut vetustam, & scapulare propter opera.* Hoc vestitu a longo jam tempore pauperes incedebant, & Ruricolæ. c. 55.

S. Benedictus indumentorum nec colorem præscribit nec longitudinem, quam haud dubie ejusmodi esse oportebat, ut commode laborare possent. Scapulare latius erat & brevius quam hodie, habebatque Capitium; nempe Scapulare erat indumentum exterius, cum laborarent, illudque deponebant deinde, ut reliquo diei tempore Cucullam gestarent. Singuli habebant duas tunicas,

tam de Conviviorum prolixitate, quam de obsoniorum multitudine & lautitia non nihil demeretur.

Sæculum VI. A. C 529.

& duas Cucullas, partim ut nocte mutari, partim ut lavari possent. Has de Vestiario accipiebant, & reddebant vetustas. Pannis utebantur, qui in illa Provincia vilius comparari poterant. Ut vitii proprietatis amputaretur occasio, Abbas omnia necessaria, id est, præter vestimenta sudariolum, cultellum, acum, stilum seu graphium & tabulas, si quid scribendum esset, singulis dabat.

Stramenta lectorum erant culcitra straminea acu puncta, pannus grossior, stragulum & capitale seu Cervical. Singulis suus lectus erat, sed omnes in uno loco, aut si id Monachorum multitudo prohiberet, saltem deni vel viceni dormiebant. Candela tota nocte in dormitorio ardebat, & semper aliquis Senior, qui aliorum factis invigilaret, aderat. Ut semper ad Chorum possent promptissime surgere, vestiti dormiebant, & cincti cingulis coriaceis, aut funibus. Solum cultellos deponere debebant, ne vulnerarentur dormientes. Post Completorium nemo loquebatur, & noctu silentium strictissime observabatur. Etiam de die raro loquebantur. Scurrilia, verba otiosa, & risum moventia, æterna clausura in omnibus locis erant damnata. Nulla in Regula S. Benedicti de tempore recreationis fit mentio, sed jubet, ut omni tempore post cœnam fra-

c. 22.

c. 42.

c. 6.

tres

tres in uno loco consideant, & aliqui eorum Collationes, vitas Patrum, aut Librum, qui ædificare possit audientes, legat. Sæculum VI. A.C. 529. c. 41.

Monachis sine Abbatis mandato nec litteras nec munuscula a quocunque hominum & nequidem a Parentibus accipere licebat. Absque ejusdem licentia ex Monasterii septis non exibant, atque ut omnis vagandi foras tolleretur prætextus, Monasteria, si poterat fieri, in hunc modum ædificabantur, ut omnia necessaria, aqua, hortus, Molendinum, Pistrina, & Cellæ exercendis variis artibus aptæ, intra claustra essent. Portæ præficiebatur Senex sapiens & maturus, qui responsum congruum pauperibus aliisque advenientibus dare posset. Si qui Fratres extra Monasterium mitterentur, totius Congregationis orationi se commendabant, & post reditum suum in Oratorio omnium pedibus in quolibet horarum officio prosternebantur, ut mentis distractiones aliosque errores foris admissos eluerent. Ceterum severissime prohibebatur, ne foris visa vel audita vulgarent. c. 54. c. 61.

Advenientes Hospites magna charitate, & veneratione exceptos ad Oratorium ut orarent deducebant, deinde prælegebant aliqua, quibus ædificarentur; tum omnis generis ipsis exhibebatur huc. 53.

Sæculum VI. A. C. 529.

manitas. Aquam lavandis manibus Abbas dabat, & cum ipsis mensæ assidebat; hinc coquinam & mensam habebat diversam, ut omni hora excipi possent, quin turbaretur Congregatio. Nemo Hospitibus loquebatur nisi ille Monachus, cui ipsos excipere præceptum erat, quippe Hospitum Cellæ a cœteris erant separatæ.

§. XVIII.

Regimen.

c. 64. Abbas, qui Monasterium regeret, a tota Congregatione, vel a saniore Parte eligebatur, & Meritorum non vero ætatis aut gradus habebatur ratio. Quod si omnis Congregatio consensisset in eligendo Abbate perverso, Episcopum Diœcesanum, Abbates, aut etiam vicinos Christianos oportebat tantum malum avertere, & Monasterio dignum Pastorem præficere. Abbas electus ab Episcopo vel aliis Abbatibus ordinabatur. Oportebat esse doctum in Lege Divina, magna charitate, prudentem, discretum, omnibus suo exemplo viam monstrare, tantum ea exequi, quæ jubet Regula, & curare, ut exacte servaretur. *Meminisse*

c. 65.

c. 2. *debet Abbas*, inquit S. Benedictus, *quod in se susceperit regere Animas; caveat igitur sollicite, ne parvipendens salutem animarum sibi commissarum majorem gerat*

rat sollicitudinem de rebus temporalibus, sed firmam spem in Dei Providentia ponat. Omnia cum consilio aliorum faciat. Si quæ minora occurrerint, tantum Seniorum consilia requiret, si fuerint majora, totam vocabit Congregationem; dicet, qua de re agatur, & singulorum sententiam petet, ita tamen, ut ipsius sit quæstionem decidere, & omnes ipsi obediant. Sæculum VI. A. C. 529. c. 3.

Post Abbatem Monasterium plerumque regebat Prior seu Præpositus, & plures Decani. In quibusdam Monasteriis Præpositus ab Episcopo, vel Abbatibus sicut & ipse Abbas ordinabatur. Inde illis superbiendi nascebatur occasio, dum se secundos Abbates existimarent, & obedire nollent. Quamobrem S. Benedictus hanc consuetudinem rejicit, & vult, ut Monasterium sub Abbate Decani regant, quorum Auctoritas divisa minor esset. Si autem videatur melius, ut constituatur Præpositus, ab Abbate ordinabitur, & erit ipsi subditus. Decani illi dicebantur, quibus cura erat demandata, ut decem Monachos in labore manuum & aliis exercitationibus regerent, & Abbatem, qui omnibus sufficere non poterat, adjuvarent. Non secundum majorem ætatem, sed vitæ merita deligebantur, & ter admoniti, nisi errorem emendassent, deponi poterant. Hi e- c. 21.

Sæculum VI. A. C. 529.

rant Ministri Monasterii Regimini præfecti.

Alii diversis officiis erant admoti, nempe Cellerarius, Rector infirmorum, Curator Hospitum, & Ostiarius. Cel-
c. 31. lerarii curæ commissa erat annona, & supellex totius Monasterii. Is omnia necessaria omnibus secundum præceptum
c. 32. Abbatis distribuebat. Abbas habebat Commentarium omnium rerum mobilium & vestium Monasterii, ne quidquam aliorum incuria perderetur. Vitium proprietatis etiam rei minimæ, unius libri, tabellæ, graphii severissime reprehendebatur.

§. XIX.

Susceptio Novitiorum.

Qui in Monasterium suscipi cupiebant, non nisi postquam rigide probati
c. 58. fuissent, admittebantur. Adveniens per quatuor aut quinque dies portam Monasterii pulsans non audiebatur, & tam difficilis ei reddebatur ingressus, ut etiam injurias pati cogeretur. Si perseverasset, paucis diebus ei in Cella Hospitum esse licebat, tum deducebatur ad Cellam Novitiorum. Seniorum aliquis constituebatur, qui examinaret, an a Deo vocatus esset, eumque doceret, quam arcta via in Cælum duceret. Elapsis duobus mensibus prælegebatur ei Regula, rur-

rursus post menses sex, & tertio post menses quatuor. Si per annum perseveraſſet, recipiebatur. Professionem in Oratorio coram tota Congregatione emittebat, & nihil aliud promittebat, quam Stabilitatem, Conversionem morum suorum & Obedientiam. (*) Dabat Petitionem manu sua scriptam, & super Altare ponebat. Bona, si quæ haberet, Pauperibus vel Monasterio solemni Donatione conferebat. Tunc induebatur vestibus Monasterii, ipsius autem vestes reponebantur in Vestiario, ut ei reddi possent, si suadente Diabolo aliquando e Monasterio egrederetur. Parentes quoque poterant filios suos offerre in Monasterio recipiendos. Nomine filiorum Petitionem scribebant, quam Mappa Altaris unacum oblatione sua & manu infantis involvebant. Nihil poterant puero donare, sed tantum Monasterio,

Sæculum VI. A.C. 529.

c. 59. *v. Mabill. liturg. Gall. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 10. *c.* 61.

(*) Liquet, veteres Monachos de Sensu, Definitione, Explicatione votorum non ita fuisse sollicitos, ac hodie aliqui Scriptores Ascetæ sunt; semper tamen creditum, Monachum de Monasterio exeuntem contra Religionem peccare. Sed antiqui Obedientiam, Castitatem & Paupertatem, strictissime observabant, dum hac nostra ætate de Votorum Essentia & Proprietatibus ferventior est Disputatio, & minor illarum Virtutum cultus.

Sæculum VI. A. C. 529.

sterio, ut omnis occasio cupiditatis tolleretur. Si Monachus peregrinus tanquam hospes in Monasterio habitare cuperet, recipiebatur tanto, quanto volebat, tempore. Audiebatur, si quæ consilia afferret, & si talis esset, ut ipsius exemplo alii erudiri possent, rogabatur, ut in Monasterio persisteret. Nullus vero Monachus noti cujusquam Monasterii absque consensu illius Abbatis recipiebatur.

Peregrini.

c. 63. In Monasterio ordo ingressus servabatur. Juniores Seniores suos verebantur, & appellabant *Nonnos* id est Patres, venientibus assurgebant, & Benedictionem petebant.

c. 69. Prohibitum erat, ne alter alterum defenderet, ne quis alium verberibus

c. 70. castigaret, aut privata Auctoritate excommunicaret. Si quis peccaret in Re-

c. 23. gulam, aut Præpositis non obediret, eum Seniores secreto bis admonebant, si non

c. 30. emendasset errorem, publice corripiebatur & tum excommunicabatur, si ali-

c. 43. 45. 46. quis esset, qui intelligeret, quanta Ex-

c. 24. communicationis pœna sit; si quis non intelligeret, vindictæ corporali subdebatur, id est, jejuniis affligebatur, vel afficiebatur verberibus. Eadem Regula infantibus habita ætatis ratione adhibebatur. Minores culpæ levius puniebanban-

bantur, si reus se ipsum primus accu- Sæculum VI.
saret. A.C. 529.

Regula Excommunicationem vocat quamcunque a Congregatione separationem, quæ pro culparum modo diversa erat. Quibusdam interdicebatur, ne Psalmum vel Antiphonam inciperent, aut in Choro Lectionem recitarent. Aliqui soli & tardius quam cœteri prandere jubebantur. Aliqui a mensa simul *c. 25.* & ab Oratorio excludebantur, nemini loqui licebat, in rebus omnibus & etiam in labore manuum separabantur. S. Benedictus ad hanc integram separationem illa verba Apostoli trahit dicentis, Excommunicatum traditum esse Satanæ; *1. Cor. 5. 5.* inde de vera Ecclesiastica Censura loqui creditur. Præcipit vero, ut Abbas singularem sollicitudinem circa excommunicatum gerat. Si quis adhibitis om- *c. 28.* nibus correptionibus etiam verberum non fuisset melior factus, consumtis frustra omnibus remediis de Monasterio expellebatur, ne alios corrumperet. Si rediisset, & emendationem promitteret, tertia etiamnum vice recipiebatur. *c. 29.* Hæc est Regula S. Benedicti, qui dicit: *In qua Institutione nihil asperum, ni-* *Prol. c. ult.* *hilque grave nos constituturos speramus*; eamque initium Conversationis vocat, remotissimam a Perfectione, quæ in Collationibus Cassiani, Vitis Patrum, & S. Basi-

Sæculum VI. A. C. 529.

S. Basilii Regula continetur. Hanc Regulam satis prolixe referre volui, quia adeo discretione plena fuit inventa, ut eam subsequentibus temporibus omnes Occidentis Monachi receperint. (*)

§. XX.

(*) Hier beschliesset der Uebersetzer eine Anmerkung mit den Worten: Man fragt was das Wort Communio (in der heil. Regel des heil. Benedictus) für eine Bedeutung habe, ob es die Communität der Priester, oder *Eucharistiam* bedeute. Man fragt endlich was das Wort *Missa* in dieser Regel für eine Bedeutung habe. Denn obwohl die natürliche Verbindung zeiget, daß es vom Beschluß des Gottesdienstes gebrauchet worden; so gibt es doch andere, die es durchaus von einer solchen Messe verstanden haben wollen, dergleichen izo im Pabsthum üblich ist. Daß der heil. Vatter durch das Wort Communionem cap. 38. die heil. Eucharistia verstehe, läugnet niemand meines Wissens; denn wie solte sich die Communität der Priester hierher schicken? Daß man auch das Wort Missa bisweilen nur von dem Beschluß des Gottesdienstes verstanden, wie der übergelehrte Uebersetzer saget, ist zwar auch richtig, aber was für eines Gottesdienstes? nämlich des heil. Meßopfers; welches aus diesen Kirchengeschichten hundertmal erhellet. Diese Wahrheit zu verdunkeln gebrauchet sich der Uebersetzer sehr oft solcher Worte, welche nicht die Wandlung, sondern

§. XX.

Sæculum VI.
A. C. 529.

S. Equitius Abbas.

Sub idem tempus sed in alia Italiæ parte, quæ tunc Provincia Valeriana, hodie vero Aprutium ulterius dicitur, S. Equitius degebat, multorum Monasteriorum Pater. Is adhucdum juvenis, cum acerrimis carnis tentationibus fatigaretur, constantius orationi cœpit incumbere. Noctu conspicuum sibi habuit Angelum, quo præsente ipsi videbatur, illius mali originem a se rescindi, atque ex eo tempore ejusmodi tentationum vehementiam non est expertus. Itaque auxilio Divino confirmatus præter virorum Regimen, quod susceperat, etiam Virgines, quibus præesset, collegit, monens Discipulos suos, ne exemplum hoc temere sequerentur. Præterea etsi tot Monasteriorum curam gereret, tamen etiam populis verbum Dei prædicabat, in urbes, in Oppida, in domos privatorum se conferens. Vestimenta viri paupertatem redolebant, & totus habitus tam vilis erat, ut si quis eum de facie non noviſſet, vix salutanti salutem reddidisset. Si quis strigosus

Greg. 1. Dial. c. 4.

dern nur die Austheilung der Evchariſtia vorſtellen, und verfälſchet den Fleury, wie wir oben in der Anmerkung N. XII. geſehen haben.

Sæculum VI. A. C. 529.

sus esset in Monasterii stabulo equus, hoc vehebatur, & tunc capistrum pro fræno, atque vervecinæ pelles pro ephippio erant. Ubique secum libros sacros in saccis deferebat, & quocunque devenisset, explicabat.

S. Equitius prædicans.

Felix vir nobilis ex Provincia Nursiæ aliquando ad eum: *Tune Verbum Dei prædicare præsumas, nullo sacro Ordine initiatus, & nulla accepta ab Episcopo Romano, cui subjiceris, licentia?* S. Equitius respondit: *Hæc ipsa, quæ modo ingeris, apud me reputabam, cum mihi nocte una vir juvenis pulcherrimus apparens linguam meam scalpello vulneravit, & dixit: posui verba mea in ore tuo, vade, & prædica! ex illa die cohibere me ipsum non possum, quin de Deo verba faciam.* Cum ipsius Prædicationis fama Romam fuisset delata, Ecclesiæ Romanæ Clerici dixerunt ad Papam: *Quis est iste homo rusticus, qui Potestatem prædicandi usurpat, & functiones tuas sibi arrogat, rerum divinarum rudis? mitte, qui comprehendant temerarium, ut intelligat quantum in Disciplinæ Ecclesiasticæ Leges peccaverit.* Annuit Papa, misitque Julianum tunc temporis Ecclesiæ Romanæ Defensorem, & postea Episcopum Sabinensem cum mandato, ut Virum Dei, sed honorifice, adduceret.

Julia-

Julianus celeriter ad Monasterium delatus Monachos describendis libris occupatos invenit. Quærit, ubi esset Abbas. Respondent: *Est in hac valle, & fœnum succidit.* Erat Juliano famulus ferox, quem misit, ut Abbatem accerseret. Is propere pratum ingressus & singulos fœnisecas intuens interrogabat, quis eorum esset Equitius. Ubi vero eundem digito ipsi ostenderunt, quamvis satis remotum, ita omnibus artubus trepidare cœpit, ut vix pedibus suis consistere valeret. Advenientis deinde S. Abbatis genua amplexus ait, advenisse Dominum suum ut eum inviseret. S. Equitius dixit: *Accipe fœnum equis vestris pabulum, sequar te, quamprimum modicum laboris quod supereſt confecerim.* Julianus mirans, quod servus suus moraretur, multo magis obstupuit, dum redeuntem & fœno oneratum vidit. Dixit: *Num te misi, ut fœnum afferres? vel ut hominem adduceres?* Respondit Servus: *Ecce venit:* Sequebatur enim Equitius, ocreas ferreis clavis munitas in cruribus habens, & falcem in humerum reclinatam gestans. Tam vili habitu incedentem spernebat Julianus, jamque dura ingerere parabat; cum vero sibi proximum vidit, tantus eum artuum tremor corripuit, ut vix satis verba proferre posset, & quæ sibi man-

Sæculum VI. A. C. 529.

Sæculum VI. A. C. 529.

data fuerant, indicare. Tum subito ad ejus pedes prostratus se ipsius precibus commendavit, dixitque, cupere Papam ipsum videre.

S. Equitius Deo gratias egit, quod sibi Summus Pontifex salutem mitteret, & convocatis Fratribus jussit, ut confestim equi sternerentur, urgebatque Julianum, ut absque omni mora se in viam darent, reposuit Julianus: *Supra vires meas est, quod exigis, oppido fessus sum ab itinere, hodie proficisci nequeo.* S. Equitius dixit: *Graviter affligis me, Fili mi! si enim hodie non proficiscimur, nunquam abibimus.* Eventus verum dixisse docuit, nam cum vix altera illuxisset dies, adest cursor afferens Juliano Epistolam cum mandato, ne Servum Dei e Monasterio suo educeret. Juliano subitæ mutationis causam exquirenti narratur, Papam oblata sibi visione perterritum, quod virum Dei adduci jussisset, mandatum revocasse. Equitius Julianum aliquamdiu apud se retentum omnibus charitatis officiis cumulavit, coegitque, ut itineris suscepti mercedem acciperet. S. Equitius circa annum 540. obiisse creditur, ejusque sepulchrum Monachis inter Longobardorum incursus asylum fuit. (*) §. XXI.

Act. SS. Bened. to. 1. p. 658.

(*) Mehrmal eine Anmerkung, die der Uebersetzer

§. XXI.

Sæculum VI.
A. C. 259.

Felicis Papæ obitus. Bonifacius II. Papa.

Felix III. Papa e vivis abiit 12. Octobr. 529. postquam annos tres & menses duos Pontificatum obtinuisset. Romæ in via Sacra Ecclesiam SS. Cosmæ & Damiani ædificavit, & S. Saturnini Basilicam incendio consumtam e cineribus excitavit. Duabus Ordinationibus Mense Febr. & Martio creavit Presbyteros quinquaginta quinque, Diaconos quatuor & Episcopos viginti novem. In Felicis locum suffectus est Bonifacius II. Romanus nativitate Sigisvulti filius, proinde Gothorum ex genere. Simul factio alia aliquem elegit Dioscorum nomine, qui in Basilica Constantini ordinatus est, dum Bonifacius in Basilica Julii 15. Octobr. ordinabatur. Verumtamen Dioscoro 12. Nov. fatis functo Schisma vix ultra unum mensem tenuit. Nihilominus

Lib. Pont.

Schisma VI.

ter also beschließet: So fragt eine von ihm redend eingeführte Person; wie es denn zugegangen, daß ein so grosser Pabst sich an einer so vortrefflichen Person (an dem heil. *Equitius*) irren können? Und *Gregorius* antwortete darauf ganz treuherzig: *Fallimur, quia homines sumus.* Dieser unsinnige Uebersetzer muß in der Meynung seyn, als wenn die Katholicken glaubten, der Pabst sey ein GOtt.

Sæculum VI. A.C. 529.

tam acerbe Bonifacius exarsit in æmulum, ut etiam defunctum damnari & anathematizari jusserit. Hujus rei Actum, a Clericis per fraudem impetratum, sigillo signari mandavit, illudque in Ecclesiæ Archivis deposuit.

Postea Bonifacius Concilio in Basilica S. Petri convocato obtinuit, ut Patres subscriberent Decreto, quo ipsi Potestas nominandi sibi Successorem fiebat; tum Episcopos compulit, ut datis litteris juramento confirmatis consentirent, eum Vigilium Diaconum futurum esse. Sed haud multo post alia coacta est Synodus, in qua abolitum est hoc Decretum, quod contra Canones esset conditum, & Sacræ Sedis Dignitati repugnaret. Bonifacius Papa se ipsum læsæ Majestatis (*) reum confessus est, haud dubie ideo, quod Regi in Electione Pontificis pars aliqua competeret. Igitur Decretum illud Episcopis, Clericis & Senatu præsentibus igne consumsit. Laudatur vero Bonifacius, quod Beneficus in Clericos suos fuerit, iisque

(*) Hier vertheidiget der Uebersetzer in einer Anmerkung den Theodoricus, und will des Baronius spotten. Allein es kann eines so wenig geläuguet werden als das andere; erstlich, daß Theodoricus sich zu viel in der Wahl eines Pabstes heraus genommen, und dann, daß unser Uebersetzer einmal nicht im Stande sey, den Cardinal Baronius zu widerlegen.

iisque in famis periculo magnam annonæ copiam ſubminiſtraverit. Sæculum VI. A. C. 531.

§. XXII.

Concilium Toletanum.

Sedente Bonifacio Concilium Toleti anno quinto Regni Amalarici æra 565. ſexto Kal. Jun. id eſt 17. Maji anno 531. celebratum. Huic Concilio Montanus Epiſcopus Toletanus præfuit, cui quinque alii Epiſcopi aderant. Quinque Canones conditi, quorum primus Interſtitia Ordinationum notat in hunc modum: *Pueri, quibus Parentes Ordinem Clericorum deſtinant, primum tonſurentur, & Ordini Lectorum inſerantur, ut in ædibus Eccleſiæ præſente Epiſcopo ab illo, qui præfectus fuerit, erudiantur. Poſtquam annum decimum octavum expleverint, eos Epiſcopus præſentibus Clericis & populo interrogabit, an velint uxorem accipere, non enim hos juvenes libertate ab Apoſtolo conceſſa privare poſſumus. Si libere promittant, continentiam ſe ſervaturos, (*) anno ætatis vigeſimo Subdiaconi, & anno 25. exacto Diaconi ordinabuntur. Si uxores habeant,* & *to. 4. p. 1734.*

(*) Aus dieſem erhellet wiederum, wie ungeſchickt unſer Ueberſetzer die Rede des Biſchoffes Paphnutius in dem Concilio Niceno wider die Katholicken angezogen.

Sæculum VI. A.C. 531.

c. 2.

& matura ætate continentiam ſervare conſentientibus uxoribus promittant, ad Ordines Sacros admitti poterunt. Tales unius Eccleſiæ alumni ad aliam Eccleſiam tranſire non poſſint, durum quippe eſt, ut Epiſcopus Confratri ſuo auferat juvenem, quem maxima cura ex infantiæ ſorditie & ruſticitate extraxit. Cœteri hujus Concilii Ganones confirmant alios antiquiores de Continentia Clericorum, de Bonorum Eccleſiaſticorum conſervatione, & Matrimonio inter propinquos, cujus impedimentum ad omnes gradus extendunt, quamdiu aliqua affinitas cognoſci poſſit.

Iſid. Illuſt. c. 20. 21. To. 1. Bibl. Patr. Paris. p. 609.

Mart. Rom. 28. Maji.

Præter Epiſcopos quinque, qui huic Synodo interfuerant, & alii duo, nempe Nebridius Egarienſis, & Juſtus Urgellenſis, qui tardius Toletum venerant, ſubſcripſere. Hi Fratres Germani erant, habebantque duos alios Fratres etiam Epiſcopos, quorum Eccleſiæ non nominantur. Omnes quatuor aliqua opera litteris mandarunt, ſed eorum nihil amplius nobis ſupereſt, niſi Cantici Canticorum explicatio Juſti Urgellenſis, cujus memoriam Eccleſia 28. Maji honorat.

§. XXXIII.

Sæculum VI.
A. C. 531.

§. XXIII.

Concilium Romanum. Appellatio Stephani Lariſſæi.

Eodem anno 531. poſt Conſulatum Lampadii, & Oreſtis, ſeptima Dec. Bonifacius Papa Concilium Romæ in Conſiſtorio S. Andreæ, quod in Vaticano prope Eccleſiam S. Petri erat, convocavit. Cum Papa aderant quatuor Epiſcopi. Horum ſecundus erat Abundantius Demetriadenus ex Theſſalia. Reliqui tres erant Itali. Aderant etiam quadraginta Presbyteri, inter quos ſecundo loco poſitus Mercurius, poſteriore tempore Papa, & quatuor Diaconi, quorum ſecundus, nempe Agapitus, etiam poſt hæc ad Papalem Dignitatem evectus eſt. *to. 4. p. 1691.* *v. Not. Holſt.*

Primus inter Diaconos, cui nomen Tribunus, dixit, Theodoſium Epiſcopum Echinuntinum ex Theſſalia foris ſtare, & petere, ut admitteretur. Bonifacius Papa dixit: *Ingrediatur*, & interrogavit, quid peteret. Theodoſius Interpretis opera uſus dixit, afferre ſe Libellum ſupplicem Stephani Epiſcopi Lariſſæi Theſſaliæ Metropolitæ. Hunc Papa a Mena Notario legi juſſit.

Stephanus cauſam ſuam exponebat in hunc ferme modum: *In cohortibus noſtræ Provinciæ merebar, fruebarque* *p. 1692.*

Sæculum VI. A C. 531.

mediocri fortuna. Proclo Episcopo Lariſſæo vita defuncto Clerici & Populus hujus Metropolis viros tres delegerunt; ego cæteris prælatus ſum, omnesque Decreto ſubſcripſerunt. Cum igitur ſecundum antiquam conſuetudinem Ordinationem in ipſa Civitate fieri oporteret, congregata eſt Synodus Provincialis, & ego omnibus Electionem approbantibus, atque etiam Probiano Epiſcopo Demetriadeno, qui mihi in Eccleſia Panegyricum pronunciavit, ordinatus fui. Nihilominus Antonius Presbyter & meæ Eccleſiæ Oeconomus, dictus Probianus Epiſcopus, & Demetrius Epiſcopus Sciatenus neſcio quo inſtinctu contra me excitati ſubito Conſtantinopolim ſe contulerunt, atque Actionem adverſum me coram Archiepiſcopo Epiphanio moverunt, dicentes, ordinationem meam contra Canones factam, & volentes, ut alius Epiſcopus in Sedem meam ordinaretur. Epiphanius Andream Diaconum & ſuæ Eccleſiæ Notarium miſit cum Monitorio, quo mihi præcipitur, ut a Sacro Miniſterio recedam, & Epiſcopi hujus Provinciæ, & Clerici meæ Eccleſiæ a mea Communione ſuſpenduntur. Nequidem mihi licet de Bonis Eccleſiæ accipere, unde vivam. Denique Cauſa non cognita habeor, ac ſi convictus fuiſſem. Id quoque mihi in Monitorio imperabatur, ut coram Archiepiſcopo Epiphanio

Concilium Romanum. p. 1693.

phanio cum Eustachio Episcopo Gomphensi, Elpidio Thebano, & Stephano Laminensi tanquam Ordinationis meæ Auctoribus comparerem. Sæculum VI. A. C. 531.

Andreas Diaconus, cum me Larissæ non invenisset, Clericis, & omnibus illis quos congregare potuit, Monitorium, & datas ab Epiphanio ad ipsos litteras prælegit. Conscripserunt Indicem Vasorum Sacrorum & Bonorum Ecclesiæ, atque Antonius Oeconomus, qui Andreæ Diacono in omnibus consentiebat, aliquos Viros ab Administratione istorum Bonorum amovit. Idem Andreas venit Thessalonicam, ubi cum Episcopis Elpidio, & Stephano eram, & quæ mandata attulisset, aperuit. Tunc vero Actis publicis conscriptis professus sum; si in ordinationis meæ Causa judicandus essem, id non Constantinopoli, sed coram Te & Sacra Sede fieri oportere. (*) *Nihilominus invitus Constantinopolim perductus, etiam carceri datus fuissem, nisi viri Charitate pleni se Vades obtulissent. Itaque opem tuam imploro, tuam* p. 1694. p. 1695. *inquam, cujus est Canonum & Decretorum Tuæ Sanctæ Sedis in omnibus Ecclesiis* (**) *præcipue vero in Provincia tua Illyrica Auctoritatem conservare.*

(*) Nihil luculentius pro Auctoritate Summi Pontificis in Ecclesias Orientales afferri possit.

(**) Testimonium irrefragabile, quo S. Pontificis

Sæculum VI. A. C. 531.

Tunc Abundantius Episcopus Demetriadenus unus ex illis quatuor Episcopis, qui Synodo Romanæ intererant, assurgens dixit: *Probianus hic, de quo mentio facta,*

---

ficis Jurisdictio in universam Ecclesiam confirmatur!

R. P. Florianus Bahr des Collegii S. J. zu Pekin in China Rector, hat eine gründliche Widerlegung vieler ungleicher Berichte und Irrungen, wider den Herrn Johann Mosheim Kanzler zu Göttingen, 1755. verfasset, welcher die Vorrede seiner Erzählung der neuesten Chinesischen Kirchen-Geschichten mit den Worten beschliesset: Hat der Heyland der Welt seine Christen-Gemeind in allen Theilen des Erdbodens der Herrschaft und Aufsicht eines einzigen Bischofs in Europa unterworfen; so hat er einem Menschen weit mehr aufgegeben, als hundert bestreiten können, und eine der unvollkommensten Regierungsarten gewählet.

Wenn der Herr Mosheim von der Gewalt eines Pabstes einen richtigen Begriff hätte, so würde er nicht so geschrieben haben. Denn erstlich schicket sich das Wort Herrschaft nicht daher; daß aber Christus der HErr dem H. Petrus und seinen Nachfolgern die Aufsicht über alle Kirchen in der Welt aufgetragen, ist ein Amt, welchem ein einziger Bischof gar wohl vorstehen kann; wenn nur der Herr Mosheim in dem Bezirke des Päbstlichen Gewaltes nicht alle Schulfragen einschliesset, über welche man unter den Katholicken disputiret, sondern nur

facta, ille ipse est, qui Sedem meam invasit meæ absentiæ occasione usus, dum iter ingressus fueram, ut ad Tuam Sanctitatem venirem. Is igitur Episcopus vocari non potest,

Sæculum VI. A. C. 531.

nur dasjenige, was alle Katholicken, zum Exempel Fleury in seinen Kirchengeschichten, eingestehen. Ein Römischer Pabst hat das Recht vieles zu thun, sonderlich in den nahgelegenen Provinzen, welches nicht unmittelbar aus dem göttlichen Worte, sondern aus einer uralten Gewohnheit: Jure Consuetudinis, hergeleitet wird. Es regieret ja auch ein Römischer Pabst die ganze Kirche nicht allein und unmittelbar; es regieren mit ihm die Erzbischöfe und Bischöfe. Quos posuit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam Dei. Act. 20. Nur alsdenn gebrauchet sich das Oberhaupt der Römischen Kirche desjenigen Gewaltes, welchen ihm JEsus Christus mitgetheilet, wenn es zur Erhaltung des wahren Glaubens, oder der allgemeinen Kirchendisciplin nothwendig ist. Es hat aber Christus der HErr seiner Kirche ein sichtbares Oberhaupt gegeben, nicht nur allein damit solche von ihm regieret werde, sondern auch, damit durch die Gemeinschaft mit demselben die unumgänglich nothwendige Einigkeit erhalten würde. Wenn etwan in Japon oder in America eine Christliche Gemeinde entstünde, die einen Bischof hätte, welcher mittelbar oder unmittelbar mit der Römischen Kirche in Gemeinschaft wäre, so wäre sie rechtgläubig, und keine nähere Päbstliche Regierung nothwendig. Eine solche Aufsicht nun eines einzigen Bischofes ist nicht nur allein

Sæculum VI. A.C. 531.

poteſt, ſed adverſus ipſum a Sacra Sede Juſtitiam peto. Theodoſius Echinuntenſis nomine Stephani Lariſſæi tradidit alterum Libellum, in quo dicebat: *Cum Archi-*

---

allein möglich und bequem, ſondern auch ſie wird aus den Kirchengeſchichten tauſendmal dargethan, welches der Herr Mosheim gar wohl ſehen könnte, wenn er ohne Vorurtheil wäre. Die Römiſchen Päbſte haben zu allen Zeiten eine Jurisdiction über alle Kirchen der Welt ausgeübet. Sie haben allezeit für die allgemeine Diſciplin in der Kirche geſorget. Es iſt keine allgemeine Kirchenverſammlung als verbindend angeſehen worden, ehe ſie von der Römiſchen Kirche beſtätiget war. Es iſt niemal eine Ketzerey auf eine entſcheidende Art, als nur vom Römiſchen Stuhle verdammet worden. Unter allen Proteſtantiſchen Kirchen in der Welt hat keine ein ſolches Anſehen, daß ſie eine Ketzerey verdammen könnte, denn wird ſolche zum Exempel in Holland verdammet, ſo fraget man in Schweden nichts darnach. Geſchiehet in Deutſchland ein Ausſpruch, ſo ſagen die Engelländer: was gehet es uns an? Und endlich, was die ſo nothwendige Einigkeit betrift, ſo iſt niemal durch fünfzehn hundert Jahre hindurch eine Kirche als rechtgläubig angeſehen worden, welche nicht in Gemeinſchaft mit der Römiſchen geſtanden. Darum haben auch alle Proteſtantiſche Kirchen keine Auctorität; denn frage ich den Herrn Mosheim, warum man glauben ſoll, daß ſeine Kirche rechtgläubig ſey, ſo wird er mir zur Antwort geben: weil man darinn das reine Wort GOttes prediget. Verlange ich aber ferner,

Archiepiscopus Constantinopolitanus Epis- Sæculum VI.
copos in illa Civitate tunc temporis præ- A.C. 531.
sentes convocasset, iterum edixi; Causam p. 1696.
meam secundum consuetudinem antiquam nostræ Provinciæ a Nemine nisi a Sacra Sede esse judicandam. Ipse vero hæc dicentem repulit affirmans, se Ecclesiarum Thessaliæ esse judicem. Itaque Libellum meum ad te misi, ut autem Responsum tuum anteverterent, pronunciata Sententia me a functionibus Sacerdotii suspenderunt. Rogavi, ne Sententiam contra me ferrent, prius-

---

ferner, er soll mir einen Grund anzeigen, warum ich glauben soll, daß seine Kirche das Wort GOttes besser und reiner als die Arianer predigen, so kann er keinen darbringen, wenn er nicht zu dem Zeugniß der Römischen Kirche seine Zuflucht nimmet. Also dann ist die Hierarchia in der Römischkatholischen Kirche keinesweges, wie es der Herr Mosheim vorgiebet, unbequem und mangelhaft, sondern es ist hingegen die Einrichtung seiner eigenen abentheurlich; denn betrachtet man die Protestantischen Kirchen einzel, so ist eine jede nur eine Winkelkirche, wie einstens die Kirche der Donatisten in Africa. Betrachtet man sie aber alle zusammen, und hält sie gegeneinander, nämlich die Deutschen, die Rußischen, die Englischen, die Holländischen, die Schweizerischen, so ersieht man nicht nur in dem Regiment, sondern auch in den Glaubensartikeln so viel Unordnungen, Verwirrungen, und Widersprüche, daß sie unmöglich JEsum Christum zum Urheber haben können.

Sæculum VI. A. C. 531.

priusquam de causa mea ad te relatum fuisset, sed hac mea admonitione multo magis irritati sunt, quasi vero Sacram Sedem nominando Ecclesiæ Constantinopolitanæ jura læsissem. Sententia recitata

p. 1697. *iterum ad Te appellavi. Ipsi me Ecclesiæ Defensoribus custodiendum tradiderunt; sed viri timentes Deum vades se pro me dederunt, sub gravissimæ mulctæ conditione polliciti, me Civitate non excessurum; nam Persecutoribus meis maximæ curæ est prohibere, ne hinc abeam, & Sanctitatis Tuæ pedibus advolvar.* Hæc in prima Sessione Concilii Romani acta sunt.

§. XXIV.

Vicariatus Thessalonicensis.

Sessio secunda post biduum celebrata. Theodosius Echinuntinus tertium Li-

p. 1698. bellum tradidit Nomine Elpidii, Stephani & Timothei ejusdem Provinciæ Thessalicæ Episcoporum. Querebantur, quod Constantinopoli contra Metropolitam suum contempta Jurisdictione Sacræ Sedis, cujus Auctoritatem implorabant, Sententia fuisset pronunciata. Hoc Libello perlecto Theodosius Echinuntinus dixit: *videtis, quantum in Canones peccatum fuerit, nam quamvis constet, quod*

p. 1699. *Sacra Sedes optimo jure in omnibus Mun-*

di

di Eccleſiis (*) *Primatum teneat, tamen ad regendas Illyrici Eccleſias jure ſingulari gaudet, & quamvis etiam Anteceſſorum tuorum Decreta minime ignores, produco aliquot Epiſtolarum Exemplaria, quæ cum Epiſtolis in Romanis tabulariis aſſervatis, conferri peto.* Tum Bonifacio Papa jubente Epiſtolas illas Menas Notarius legit. Viſuntur Epiſtolæ duæ Damaſi Papæ ad Acholium ſeu potius Aſcolum Epiſcopum Theſſalonicenſem datæ. Una Siricii ad Anyſium. Duæ Innocentii, ad Anyſium una, ad Rufum altera. Bonifacii tres ad Rufum, & duæ ad Epiſcopos Theſſaliæ. Epiſtola Honorii ad Theodoſium juniorem cum Reſponſoria. Una Epiſtola S. Cœleſtini ad Epiſcopos Illyrici. Tres Sixti III. Epiſtola Marciani ad S. Leonem de Dignitate Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & S. Leonis Epiſtolæ ſeptem. Præterea plures aliæ Epiſtolæ lectæ. Sed reliqua Acta hujus Concilii Romani non habemus, & ſuo loco de iſtis Epiſtolis mentionem feci.

Sæculum VI. A. C. 531.

Sup. XVIII §. 12.

Lib. XXIV. §. 31.

Lib. XXVI. §. 39.

§. XXV.

Bonifacii II. obitus. Joannes II. Papa.

Paulopoſt Bonifacio Papa Menſe Dec. fatis

(*) Ad ejusmodi teſtimonia Interpres noſter Proteſtans obtumeſcit. Quid enim contra afferre poſſet?

Sæculum VI. A. C. 531.

fatis functo electus est Joannes cognomento Mercurius Patria Romanus antea Tituli (*) S. Clementis Presbyter. Ordinatus est 21. Jan. anno secundo post Consulatum Orestis & Lampadii nempe anno 532.

Lib. Pont. & inscript. ap. Holst.

Inter hæc Defensorum Romanæ Ecclesiæ aliquis ad Regem Athalaricum querelas detulit, quod Sacra Sede Vacante quorumdam ambitu & factione contingeret, ut ante Electionem pollicitationes de danda parte Bonorum Ecclesiæ extorquerentur, & ideo etiam Vasa Sacra conspecta fuissent publice venalia. Ut hic abusus tolleretur, Rex ad Joannem Papam, ad omnes Patriarchas & Ecclesias Metropolitanas Epistolam dedit, qua præcipiebat, ut observaretur Senatus Decretum, Sedente Bonifacio Papa editum, quod statuebat, ut si quis per se vel per alium ad obtinendum Episcopatum aliquid dare pollicitus fuisset, contractus ille pronunciaretur nullus, & si quid datum fuisset, restitueretur.

to. 4. Conc. p. 1748. ap. Cassiod. IX. var. 15.

Rex tamen Ministris Palatii sui facit licentiam, si necessarium fuerit, accipiendi ter mille solidos, unde etiam Tabulariis

(*) *Tituli S. Clementis.* giebt der Protestant: aus dem Orden des Heil. Clemens. Und im folgenden §. *in Festo Epiphaniæ.* vom Epiphanius. Solche Fehler sind unzählig.

bulariis mercedem dare teneantur, si in Electione Papæ discordia animos dividat. Illi autem Ministri, qui opibus valent, nihil de Ecclesiæ Bonis accipiant, cum sint Patrimonium pauperum. In Electione Patriarcharum, id est, Archiepiscoporum, Solidorum duo millia accipere poterunt, & in Electione Episcoporum quingentos Solidos in plebem spargi licebit. Præcepit Rex Romanæ Civitatis Præfecto, ut hoc Edictum marmoreis tabulis incidi, & in vestibulo S. Petri ingredientibus objici curaret. Sæculum VI. A. C. 531. *Lib. IX. 16.*

§. XXVI.

Conversio Barbarorum.

Justinianus Imperator magno desiderio convertendi Infideles & Hæreticos tenebatur. Sub initium Regni sui Herulos seu Eluros, nam isto quoque nomine, quod in locis palustribus habitarent, nuncupabantur, in fœdera pertraxit. Terras ipsis excolendas dedit, adjecit magna munera, persuasitque, ut Religionem Christianam, quippe Pagani erant, amplecterentur. Rex illorum Graitis Constantinopolim venit, & in Festo Epiphaniæ anno Justiniani primo seu Christi 528. cum duodecim aliis viris partim Consiliariis, partim Propinquis suis baptizatus est. Imperator e Sacro fonte ipsum levavit, & jam sua sorte contentum dimi- *Theoph. p. 149. Evagr. IV. c. 20. & 61. Vales.*

Sæculum VI. A. C. 531.

sit. Quamvis vero Heruli post Religionis Christianæ professionem non nihil nativæ ferociæ amisisse, & sensim mansuescere viderentur, tamen adhucdum mores præferebant corruptos admodum, & inita fœdera sæpe frangebant; hinc justa suspicio est, Justinianum, quo citius fœderatos haberet, negotium Conversionis ipsorum præcipitasse.

Proc. Goth. II. c. 14.

Eodem anno Gordas quoque Rex Hunnorum illorum, qui Bosphoro proximi erant, cum Romanis fœdere inito, Christianam Religionem suscepit, & Imperatore e fontibus levante baptizatus est. Ipsum Justinianus deinde magnis muneribus cumulatum ad suos dimisit cum mandato, ut Imperii limites custodiret. Gordas reversus coram Movagero Fratre suo Imperatoris humanitatem & munificentiam laudavit; tum Hunnorum Idola ex argento aliove metallo pretiosa colligit, & conflari jubet. Hac re Hunni in furorem acti consentiente Movagero Gordam interficiunt, Movagerum Regem proclamant, & in Romanos arma arripiunt. Illo etiam ferme tempore ad Fidem conversi feruntur Armeniæ populi, *Zanes* dicti, quos Justinianus Ducum suorum opera devictos eo adduxit, ut aliquid de morum feritate deponerent, & Religionem Christianam amplecterentur. Iisdem Ecclesiam ædificavit.

Theoph. p. 149.

Proc. III. ædif. c. 6.

In

In Æthiopia, qua Ægypto contermina est, Blemyani & Nobates Romanorum Tributarii præter Deos alios Isidem, Osirim, & Priapum adorabant. Blemyani humanas victimas Solis honoribus jugulare solebant. At Narses, cum ibi exercitum haberet, jubente Justiniano destructis templis, & Sacrificulis in vincula conjectis, Idola Constantinopolim misit. Sæculum VI. A. C. 531. *Id.* 1. *Pers.* c. 19.

§. XXVII.

Leges contra Hæreticos.

Justinianus ereptas Hæreticis, quas habebant, Ecclesias omnes Catholicis reddidit. Anno tertio Regni sui Indictione octava id est 530. Paganos & Hæreticos severissime perquiri jussit, eorumque Bona Fisco addixit. Macedonius Referendarius, & Asclepiodotus olim Præfectus, accusabantur, quod Pagani essent. Asclepiodotus timore perculsus factus est Christianus, atque haud diu postea vitam posuit. Pegasus Heliopolitanus cum Liberis suis judicium subire coactus. Craterus Patricius, Thomas Exactor aliique comprehensi, & omnes Acatholici terrore repleti. Jussit quoque Imperator, ut soli Catholici exclusis Paganis & Hæreticis Munia publica obirent, iisque trimestre ad deliberandum, num convertere se vellent, concessit. *Theoph. an.* 1. *p.* 150. *id. p.* 153.

Sæculum VI. A. C. 531.

Proc. Anecd. c. 11.

Pelag. ep. 10. to. 5. Conc. p. 798.

Erant qui Justiniani zelum avaritia mixtum dicerent, quia ereptas privatorum facultates in suum ærarium conferebat; sed Ecclesiarum Bona Hæreticis adempta dabat Catholicis; (*) Ecclesiæ vero Hæreticorum præprimis Arianorum erant opulentissimæ. Magnum illæ Ecclesiæ vasorum Sacrorum & Rerum mobilium pretiosarum thesaurum possidebant; multos agros domosque habebant, quarum largis reditibus privati multi etiam Catholici sustentabantur. Fuere præterea, qui dicerent, multorum conversionem præmature & metu extorqueri, inde nasci multos hypocritas & transfugas, qui ad exteras Regiones migrarent. Sæpe etiam rudissimi Seditionem movebant. Aliqui superante desperatione sibi ipsis violentas manus inferebant. Montanistarum aliqui in Phrygia se ipsos in suis Ecclesiis incluserunt, & subjecto manibus suis igne conflagrarunt. (**)

Justinianus etiam Astrologos persecutus est, nam quidam Senes Constantinopoli

(*) Hier und sonst hundertmal setzet der Uebersetzer das Wort: rechtgläubig an statt katholisch. Dieser Fehler ist erheblicher, als man denket, denn er machet einen Protestantischen Leser irre, daß er nicht beobachtet, es wären niemalen andere die Rechtgläubigen als die Katholicken genannt worden.

(**) Nimius Justiniani in Hæreticos rigor fuisse videtur.

poli camelis impositi & ob hoc solum crimen ludibrio habiti. Leges severissimas contra blasphemantes & impudicos diversis Regni sui annis edidit. Anno Imperii secundo ipso jubente severe puniti fuere Isaias Episcopus Rodensis & Alexander Episcopus Dispolitanus in Thracia ob scelera, quæ genus humanum abominatur, depositi & in statum Laicorum redacti. Mutilati per Civitatem deducti sunt clamante Præcone: *Episcopi! nolite inquinare habitum vestrum Sacerdotalem!* multi alii pudendæ veneris graves pœnas dederunt, quod magnum terrorem omnium animis ingessit. Lupanaria præsertim in Civitate Constantinopolitana claudi jussit, & Monasterium fæminarum pœnitentium collatis magnis redditibus fundavit.

Sæculum VI. A. C. 531.

Nov. 77.

Theoph. p. 151.

Nov. 14.

Procop. 1. *ædif. c.* 9.

§. XXVIII.

Samaritanorum Seditio.

In Samaritanos idem rigor ac in alios Hæreticos adhibitus in Palæstina horridæ Seditionis causa extitit. Cæsareæ quidem & in aliis Civitatis multi Christianam Religionem amplexi sunt, aliqui bona, plures autem simulata fide, maxime indignati, quod sibi vis inferretur. Non nulli ad Manichæos aut ad Paganos defecerunt. Qui vero agros colebant seditiose congregati Mense Majo anno

Sæculum VI. A. C. 531.

530. Ecclesias & integra oppida incenderunt, & omnes Christianos, quotquot fortuna in eorum manus tradebat, sine ullo discrimine exquisitis tormentis cruciatos necarunt. Nulla viis publicis securitas erat. Tantæ crudelitatis exempla maxime circum Civitatem Napolim seu Samariam ediderunt; huic Zeno Imperator militum præsidium imposuerat, ut commotam seditionem puniret, in qua Terebinthius Episcopus vix mortem evaserat. Ergo vicinum montem *Garizim* iis eripuit, ibique S. Virginis Ecclesiam ædificavit, muro circumdatam, impositis decem militibus, qui eam defenderent. Verum in subjectam Civitatem Samariam validum immisit præsidium. Anastasio imperante Samaritani subito incursu Ecclesiam occuparunt; at Civitatem inferiorem milites in potestate retinuerunt. In ista Seditione, regnante Justiniano, Samaritæ Civitate Samaria ad deditionem compulsa Sociorum suorum unum, cui nomen Julianus, coronant Imperatorem, Ammonam Episcopum jugulant, captos Presbyteros & in frusta concisos unacum Martyrum Reliquiis igni impositos frigunt. Ergo Justinianus Imperator justum exercitum in seditiosos mittere coactus est. Initum est prœlium, multi, atque etiam Julianus, illius Seditionis Auctor, occisi. Tunc non

Proc. anecd. c. 11. vit. S. Sabæ. c. 70. Chr. Pasch.

non pauci baptizati sunt, & Christianos se esse simularunt. Diu autem ipsis vetus Superstitio inhæsit, & si severus ipsis obtigisset Præfectus, speciem Christianorum externam referebant, si negligentem aut avarum haberent, ipsi aperte Samaritani & Christianorum hostes infensissimi erant. Sæculum VI. A.C. 531.

Dum hoc bellum fervet, quidam nomine Silvanus, vir inter Samaritas potentissimus, cum Scythopolim nullo Imperatoris mandato munitus intrasset, a Christianis captus, & in medio urbis, sicut S. Sabas ante annos decem vaticinatus fuerat, flammis traditus est. Illo tempore Constantinopoli versabatur Arsenius Silvani filius, ex ordine illorum, qui titulo Illustrium honorabantur, tam Imperatori quam Imperatrici gratus. Cum igitur Parentis sui necem defleret, & postularet vindictam, Principum indignationem contra Christianos in Palæstina degentes excitavit. Interim Petrus Patriarcha Jerosolymitanus ipsiusque Provinciæ Episcopi S. Sabam rogarunt, ut iter Constantinopolim in se susciperet, & primæ atque secundæ Palæstinæ tributorum remissionem ab Imperatore habita ratione damnorum a furentibus Samaritis illatorum impetraret. Itaque S. Sabas Mense Aprilis Indictione nona, id est, anno 531. annum vitæ agens nonagesimum

v. S. Sabæ c. 61. ibid. c. 70.

Sæculum VI. A. C. 531.

mum tertium, Constantinopolim secundo profectus est. Ante biennium amicorum optimum amiserat S. Theodosium Abbatem, qui 11. Jan. nempe die illa, qua Ecclesia ejus Memoriam colit, ad Cœlestia translatus fuerat.

Mart. Rom. 11. Jan.

§. XXIX.

S. Sabas Constantinopoli.

Petrus Patriarcha S. Sabam venturum, atque in itinere esse, Constantinopolim perscripserat; quo accepto nuncio lætissimus Imperator Tiremes emisit, quibus vir Sanctus exciperetur. In illis Epiphanius Patriarcha, Hypacius Episcopus Ephesinus aliusque Episcopus, cui nomen Eusebius, venienti obviam provecti sunt. Hi exceptum S. Senem ad Imperatorem deduxerunt, qui, cum eundem cum Episcopis intra Siparium admisisset, S. viri Caput fulgidissimæ lucis corona cinctum conspicere sibi visus, obviam processit, prostravit se in terram, & surgens osculatus est caput ejus, & Benedictionem accepit. Tum S. Senem ad Theodoram Imperatricem deduxit, quæ & ipsa ante pedes ejus prostrata ait: *Pater mi! ora Deum pro me, ut mihi Filium donet!* S. Sabas respondit: *Dominus Gloriæ Imperium Vestrum conservet, atque Pietatem & Victoriam.* Afflixit admodum Imperatricem, quod prolem masculam non promi-

c. 71.

promisisset. Postquam egressus esset, Patribus, qui eum comitabantur, hujus rei causam scisscitantibus dixit: *credite mihi, Patres mei! ex utero isto non prodibit fructus, ne in Doctrina Severi enutriatur, & Ecclesiæ majora mala, quam olim Anastasius creet.* Sæculum VI. A.C. 531.

SS. Abbatibus in Regia manere licuit, cumque S. Sabas Libellos supplices Ecclesiarum Palæstinæ Imperatori tradidisset, concepta ira in Samaritas versa est. Condidit Constitutionem, qua ipsis prohibebatur, ne Synagogas haberent, ne munia publica susciperent, ne alter alteri in Bonis relictis succederet, aut quidquam Donatione alterius possent acquirere. Aliqui etiam præsertim Seditiosorum Duces capite plexi. Arsenio quoque moriendum fuisset, sed postquam aliquamdiu latuisset, opem S. Sabæ adhucdum Constantinopoli morantis imploravit, atque cum omnibus suis Baptismum recepit. *L. 17. Cod. de Hær.*

Diebus aliquot elapsis Imperator accersito S. viro ait: *Pater mi! audivi quod plura Monasteria in Deserto condideris; Reditus pete, quantos volueris, quibus Monachi sustententur, ut pro nobis & Imperio nostro orent.* S. Sabas respondit: *non opus est Monachis his Reditibus. Pars ipsorum est Dominus, qui in Deserto Panem de Cælo super Populum rebellem pluit. Hæc solummodo pro Fidelibus Palæstinæ a* S. Sabas.

Sæculum VI. A. C. 531.

te petimus; Tributorum remissionem, Ecclesiarum, quas Samaritæ incenderunt, reparationem, opem Christianis, quos latrones bonis spoliarunt, & ad exiguum numerum redegerunt, Hospitium Jerosolymæ pro Peregrinis ægrotantibus ædificandum, Perfectionem Ecclesiæ Matris Dei ab Elia Patriarcha ædificari cœptæ, & tandem ut ad repellendas Saracenorum irruptiones in Deserto infra Monasteria, quæ fundavi, Arcem munitam construas. Si quinque hæc opera perfeceris, confido, mercedem fore, ut Deus Imperio tuo addat Africam, Romam & Ditiones reliquas, quas Honorius possedit, & Antecessores tui amiserunt. Sed & hanc conditionem adjicio, ut a triplici monstro, seu Arii, Nestorii & Origenis Hæresi Ecclesias liberes. S. Sabas Arianorum nomine Gothos & Vandalos indicabat, & Nestorianorum Defensores Theodori Mopsuesteni; horum enim aliquos inter Monachos ipsius Comites reperire erat. Præterea unus erat, scilicet Leontius Constantinopolitanus, qui Concilii Calcedonensis defendendi specie Doctrinam Origenis tuebatur. Hunc vero S. Sabas a sua Societate revulsit.

Imperator omnia, quæ petierat, con-
c. 73. cessit. Missis ad Petrum Patriarcham Jerosolymitanum & Palæstinæ Magistratus litteris mandavit, ut Antonius Episcopus

copus Aſcalonenſis & Zacharias Epiſcopus Pellanus viſerent vicos a Samaritis incenſos in prima & ſecunda Palæſtina, iisque pro ratione damni, quod unumquodque oppidorum illorum paſſum fuiſſet, mille trecenti ſolidi aurei de Tributis nonæ & decimæ Indictionis id eſt annorum 531. & 532. remitterentur. Iisdem Epiſcopis præceptum, ut Eccleſias exuſtas explorarent, & omnia illis reſtaurandis neceſſaria ex ærario publico, aut ex Bonis Samaritanorum acciperentur. Stephanus Comes in omnibus his Epiſcopos adjuvare juſſus eſt. Mandavit quoque Imperator, ut in media Civitate Jeroſolymitana ædificaretur Noſocomium, & huic primum contulit reditus 1850. Solidorum aureorum, quibus lecti centum compararentur. Poſtea parem Summam comparandis centum aliis adjecit. Item Jeroſolymæ Eccleſiam novam S. Virginis cura Patriarchæ & Barachi Epiſcopi Bacatheni, qui operis præfuit, ædificavit. Hujus Structuræ annis 12. perfectæ & magnifice decoratæ Architectus Theodorus fuit. Tandem etiam Juſtinianus Caſtrum Monachorum S. Sabæ Præſidium extruxit, milites impoſuit, & ſtipendia decrevit. Itaque quinque opera a S. Saba petita implevit. Quadam die dum Tribuniano Quæſtori colloquens varia imperat, S. Sabas relicto Imperatore ſeceſſit,

Sæculum VI. A.C. 531.

S. Sabas Conſtantinopoli.

Procop. 5. ædif. c. 6.

Sæculum VI. A. C. 531

cessit, ut Tertiam recitaret. Jeremias Diaconus majoris Lauræ incola unus ex Discipulis ipsius dixit: *Pater! cum Imperator omnibus, quæ petis, clementissime annuat, quare a latere ejus avelleris?* S. Senex respondit: *Fili! illi quod ipsorum est, & nos, quod nostrum est, peragimus.*

§. XXX.

S. Sabæ obitus.

c. 74. Sanctus Sabas acceptis Imperatoris mandatis reversus Mense Septembri Indictionis nonæ eodem anno 531. in Palæstinam pervenit. Contulit se Jerosolymam, Mandata Imperatoris aperuit, & allatas Constantinopoli pecunias in sua Monasteria distribuit. Tum Patriarchæ

c. 75. & Episcoporum precibus dedit, ut iret, eadem Mandata Cæsareæ & Scythopolis civibus manifestaret, & effectui dari curaret. Inde rediit Jerosolymam, ut Sacra loca viseret, quasi valedicturus, tum tandem ad magnam suam Lauram delatus, paulopost in morbum incidit. Hoc comperto Petrus Patriarcha ad eum invisit, cumque in ejus cellula nihil, quo ægrotans refocillari posset, nisi siliquas, & veteres Dactylos inveniisset, Lecticæ impositum ad ædes Episcopales deferri jussit, ubi manibus suis ministrans ejusdem curam gessit. Viro Sancto Cœlitus revelatum, se post pauculos dies morituru[m];

rum; id igitur Patriarchæ aperiens rogavit, ut se ad Cellam suam dimitteret. Patriarcha volens ei in omnibus morem gerere, suppeditatis omnibus, quæ erant necessaria, ad Lauram suam dimisit. Ibi Vir Sanctus in Turri sua exigua decumbens initio Decembris convocatis Lauræ Patribus, iisdem Melitam Berytensem Abbatem dedit, ipsum hortatus, ut Monasteriorum suorum traditiones, quas scriptas obtulit, conservaret. Tum cum dies quatuor nemini loquens & cibum non sumens exegisset, Sabbato nocte imminente petita & accepta Communione reddidit animam, quinta Dec. Indictione decima Regni Justiniani anno sexto, seu anno 531. annum vitæ agens nonagesimum quartum. Dicunt Græci, se hodieque in officiis Divinis Ordinem in Laura S. Sabæ institutum servare.

Sæculum VI. A.C. 531.

Mart. Rom. 5. Dec.

§. XXXI.

Schisma Alexandrinum.

Ecclesia Alexandrina diro Schismate scindebatur. Eutychiani quidem dominabantur, sed in duas Sectas divisi quarum origo hæc fuit. Cum Severus Anti-Patriarcha Antiochenus inde fugiens Alexandriam se recepisset, aliquis Monachus ex eo quæsivit, an Corpus JEsu Christi corruptibile vel incorruptibile dicendum esset. Severus respondit, Patres

Sæculum VI. A.C. 531.

Patres Christi Corpus dixisse corruptibile; alias enim negari veritatem Ipsius Passionis, eique Corpus phantasticum & imaginarium affingi, quod Manichæi facerent. Eadem Quæstio Juliano Halicarnassensi in alia Ægypti Parte latitanti proposita. Ipse Eutychis principiis inhærens dixit: *Corpus JEsu Christi semper incorruptibile fuit; quia si dicimus, fuisse corruptibile, Distinctionem inter Corpus JEsu Christi & Verbum Dei admittimus, ex quo sequeretur, nos in JEsu Christo duas Naturas admittere. Quam vero aliam ob causam Concilium Calcedonense impugnamus?* Cum deinde quisque suam opinionem vellet defendere, atque alter adversus alterum libros ederet, Alexandrinæ Civitatis Populus in Partes abiit. Sectatores Severi dicti sunt *Corrupti Cultores*, id est, Corrupti Adoratores, & Juliani Assectæ *Incorruptibiles* seu Phantastici vocati. Aliquis Diaconus Alexandrinus, cui nomen Themistius, alterius Schismatis Auctor fuit, seque separavit a Communione Timothei Patriarchæ, modo huic modo alteri Parti faventis.

Lib. rev. c. 19.

Justinianus Imperator datis litteris Timotheum Constantinopolim venire jussit, compulsurus virum, ut ad sinum Ecclesiæ Catholicæ rediret, aut Sede sua dejecturus. Dum autem Timotheus, quæ ad profectionem necessaria erant, parat,

Sup. XXXI §. 44.

moritur,

ritur, postquam annos ferme octodecim in Episcopatu egisset. Post ipsius obitum majores vires cepit funestum Schisma, duorum æmulorum ambitu. Clerici & Potestates Sæculares favebant Theodosio, viro docto, Severi Discipulo, de Secta *Corruptibilium*. At Monachis & Populo Gajanus Archidiaconus Juliani Discipulus & Secta Phantasticus placebat. Ea Alexandriæ consuetudo servabatur, ut Neo-Electus Episcopus apud corpus defuncti Antecessoris sui vigilaret, manum capiti imponeret, ipse sepeliret, & tum S. Marci Pallio collum inserens Sedis Episcopalis possessionem caperet.

Sæculum VI. A.C. 531.

Lib. brev. c. 20.

Theodosius ordinatus est sub Vesperum in Ecclesia Cathedrali, vi Decreti a Clericis editi, id postulante Calotychio Cubiculario, qui Imperatricis partes sequebatur, accedente Dioscori Præfecti & Aristomachi Ducis Auctoritate. Dum vero ad corpus sui Antecessoris Cæremonias funebres inchoare parat, a Populo Monachisque, quibus in ejus Electione nulla pars fuerat, prohibitus est, ex Ecclesia pulsus, atque Gajanus introductus. Gajanum aliqui ex Clericis, Civium opulentissimi, Artificum ordines, Milites, Nobiles, & tota Provincia, tuebantur, quorum favore trium Mensium Episcopus fuit. Interim Imperatrix Theodora missо

Schisma Alexandriæ.

Sæculum VI. A.C. 531.

so Imperatoris nomine Narsete Cubiculario Theodosium tanquam prius ordinatum in Possessionem reduxit. Gajanus primum Carthaginem in Exilium missus, deinde in Sardiniam. Quænam postea fata expertus fuerit, nescimus. Theodosius anno uno & Mensibus quatuor Alexandriæ permansit. Pauci autem cum ipso communicabant, pluribus Gajano inhærentibus.

Imo Gajani Fautores Narsetis milites aggredi ausi sunt; Mulieres quoque e domorum tectis, quidquid præ manibus erat, in subeuntes conjiciebant. Nonnulli utrinque occisi. Tandem Theodosius tot Seditionibus fatigatus Constantinopolim profectus est, & ab Imperatrice honorifice exceptus. Promiserat illa Imperatori, Theodosium Concilium Calcedonense recepturum; cum vero id constanter recusaret, urbe excedere, & in loco sex Milliariis distante quasi in Exilio subsistere jussus est.

§. XXXII.

Collationes Constantinopoli.

Interim Justinianus Imperator Sectatores Severi ad unitatem Ecclesiæ reducere cupiens, Constantinopolim accersivit Hypacium Archiepiscopum Ephesinum, Joannem Vesinensem, & Innocentium Maronienſem. His junxit tres alios, qui

Collat. to. 4. Conc. p. 173.

qui jam antea Constantinopoli versaban- Sæculum VI.
tur, nempe Stephanum Seleucienſem, A. C. 532.
Antonium Trapezuntinum, & Demetrium Philippenſem, qui numero ſex ad colloquium congrederentur cum aliis ſex Epiſcopis Severi Sectatoribus, ſcilicet, Sergio Cyrenſi, Thoma Germanicienſi, Philoxeno Dulichio, Petro Theodoſiopolitano, Joanne Conſtantinenſi, & Nonno Cereſinenſi. Verum quinque ſolum adfuere Epiſcopi Catholici, nam Demetrium Philippenſem morbus venire prohibuit. Imperator priusquam ad Colloquium convenirent ad ſe vocatos hortatus eſt, ut omni manſuetudine & patientia poſſibili ſententias conferrent, & addidit: *nolo ut me præſente colloquantur, ne Severi Sectatores nimio pudore onerentur, ſed Strategius Patricius intererit.*

Convenerunt itaque in aliqua Palatii Cæſarei Aula. Cum quinque Epiſcopis Catholicis aderant Euſebius Presbyter & Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ærario Præfectus, Heraclianus & Laurentius Presbyteri & Epiphanii Patriarchæ Cellularii, Hermeſigenes, Magnus & Aquilinus Presbyteri œconomi ab Antiochenis delegati, & tandem Leontius a Monachis Jeroſolymitanis miſſus. Poſtquam omnes conſederunt, Strategius Patricius ad Orientales, id eſt, ad Severianos dixit: *Imperator vos convocavit, non ut*

Sæculum VI. A.C. 532.

Auctoritate compelleret, sed affectu paterno moveret, atque dubia vestra super Doctrina Catholica ore Episcoporum istorum resolverentur. Ergo ea proponite non in Spiritu contentionis, sed ea lenitate, quæ viros Dignitate sua venerabiles deceat.

Orientales dixerunt: *Imperatori Libellum tradidimus, in quo Fidei nostræ Professio continetur. In eo omnia, quæ nobis offendiculo sunt, exposuimus.* Catholici ore Hypacii Episcopi Ephesini responderunt: *vidimus hunc Libellum. In eo contra Concilium Calcedonense adversus Hæresin Eutychis celebratum querelas affertis. Ergo edicite nobis, quid de Eutyche sentiatis!* Orientales dixerunt: *censemus fuisse Hæreticum, imo Hæresiarcham.* Subjunxit Hypacius: *quid vero sentitis de Dioscoro, & secundo, quod ipse congregavit, Concilio Ephesino?* Orientales dixerunt: *hos viros credimus ortbodoxos.* Repositit Hypacius: *Si Eutychem damnatis, quomodo recipitis Dioscorum & Concilium ipsius, quod Eutychem recepit?* Orientales dixerunt: *forte Pœnitentem receperunt.* Hypacius dixit: *si Pœnitentem receperunt Eutychem, quare ergo vos ipsum anathematizatis?* Cum turbati ad hæc respondere cunctarentur, Hypacius subjunxit: *tantum abest, ut ipsum Doctrinæ perversæ pœnitentia subierit, ut antequam acta integra Constantinopoli-*

Collatio Constantinopolitana.

Sup. lib. XXVII. §. 40. to. 4. Conc. p. 223.

nopolitana contra ipsum perlecta fuissent, ipsum absolverint, Flavianum autem & Eusebium damnaverint. Si Eutyches pœnitentiam professus fuisset, rogandi erant, & non damnandi. Ab Eutyche petebatur, ut in JEsu Christo duas Naturas confiteretur. Dioscoro econtra probabatur, quod Eutyches diceret: confiteor, duas habuisse Naturas ante Conjunctionem, sed post Conjunctionem unicam Naturam admitto. Quid jam vobis videtur? Orientales dixerunt: *Dioscorus ab Eutyche petere debebat, ut JEsum Christum Matri suæ consubstantialem confiteretur. Si hoc non confitentem tamen absolvit, cœcitatis error fuit.* Hypacius dixit: *jam quæ dicta sunt, repetamus! an dicitis, Eutychem fuisse Hæreticum, vel Catholicum?* Responderunt: *Hæreticum. Ergo*, subjunxit, *Eusebius ipsum jure accusavit, & Flavianus damnavit.* Orientalibus etiam istud fatentibus, addidit Hypacius: *ergo necessarium erat aliud universale Concilium, quod in Concilio Dioscori perperam acta rescinderet?* dixerunt fuisse necessarium. Unde Hypacius intulit; *bene ergo factum, quod Concilium Calcedonense convocatum fuisset.* Orientales dixerunt: *justum erat & necessarium, ut convocaretur, sed supereſt quæstio decidenda, an etiam hujus Concilii finis fuerit legitimus.* Hæc prima die acta sunt.

p. 1765.

Sæculum VI.
A.C. 532.

§. XXXIII.

Dies Secunda.

Secunda die Hypacius Archiepiſcopus, poſtquam Statum Quæſtionis reduxiſſet, interrogavit Orientales, quid ipſis in Concilio Calcedonenſi diſpliceret. Reſponderunt: *primo, nova de duabus Naturis Doctrina. Nam S. Cyrillus & Anteceſſores ejus docebant, ex duabus Naturis poſt conjunctionem Unam Naturam Verbi Dei Incarnati coaluiſſe.* Hypacius dixit: *non omne, quod novum, malum eſt. An Novum iſtud malum eſſe dicitis?* Reſponderunt, *malum eſt; quandoquidem, cum S. Cyrillus, S. Athanaſius, Felix, & Julius Epiſcopi Romani, S. Gregorius Thavmaturgus, & S. Dionyſius Areopagita definierint, poſt conjunctionem unicam eſſe Verbi Naturam, Calcedonenſes contempta omnium horum Patrum Auctoritate dicere auſi ſunt, poſt conjunctionem duas eſſe Naturas.* (hic prima vice de Libris S. Dionyſio adſcriptis mentionem invenimus) Hypacius reſpondit: *Iſtorum Patrum Auctoritas tam falſo adducitur, ut eorum S. Cyrillus nullibi meminerit. Epheſi contra Neſtorii Blaſphemias attulit duodecim Patrum Textus, quorum nullus Unitatem Naturæ affirmat, cum ibi tamen præprimis præſente Concilio afferendi fuiſſent.*

p. 1766.

Orien-

Orientales dixerunt: *Hem injuriam! tu vero nos hos Textus corrupisse insimulas?* Hypacius: *non in vos sed in Apollinaristas hæc suspicio cadit.* Deinde ad Scripta S. Dionysii transiens dixit: *Textus autem illos, quos Dionysii Areopagitæ esse dicitis, qua ratione ostenditis, esse genuinos? Si Dionysii essent, hos S. Cyrillus ignorare non potuisset. Sed quid S. Cyrillum memoro? S. Athanasius, si constans fuisset, hos libros esse Dionysii, eos ante omnia utique in Concilio Niceno contra Arium produxisset. Si vero Antiquorum nemo de his Textibus mentionem fecit, nescio profecto, quo pacto vos probare possitis, ea revera esse Dionysii.* Sæculum VI. A. C. 532. p. 1767. Ibid.

Orientales in illis verbis, quæ in quibusdam S. Cyrilli Epistolis occurrunt, *una Natura Incarnata,* (*) diutius morabantur, dicentes, quod duas Naturas subsistentes (**) post conjunctionem non affirmaret. Hypacius dixit: *illam S. Cyrilli Doctrinam recipimus, quæ ipsius Epistolis Synodicis, a Conciliis approbatis, consentanea est, nempe Epistolam ad Nestorium, & Epistolam ad Orientales; si quæ S. Cyrilli his consentanea non sunt, ea* p. 1770.

(*) Una tantum haud dubie Natura potest dici incarnata; nempe Divina.

(**) Quia scilicet duæ Naturæ subsistunt in una Persona Divina.

Sæculum VI. A.C 532.

Una Natura Incarnata.

nec damnamus, nec tanquam Legem Ecclesiasticam recipimus. Epistolæ ad unum alterumve amicorum privatim scriptæ facile corrumpi potuere. Nihilominus post hanc Protestationem Hypacius S. Cyrilli Textus, quos adducebant ex Epistolis ad Eulogium, & Successum, explicare non neglexit.

p. 1771.

p. 1775.

Præterea Orientales querebantur, Ibam & Theodoretum tanquam Catholicos fuisse receptos. Hypacius respondit, utrumque ideo receptum, quia Nestorium anathematizasset. Orientales affirmabant, Theodoretum non Bona Fide ipsum anathematizasse. Hypacius respondit: *quale vos nobis contra Concilium Calcedonense argumentum affertis! quæso! num ideo, quod Eusebius Nicomediensis, Theognis Nicenus & quidam alii mala Fide Concilio Niceno subscripserint, & deinde Arium manifeste defenderint, Sacrum istud Concilium recipere non debemus? non Theodoreti Defensionem in nos suscepimus, sed Concilii Calcedonensis, quod jure merito illum recepit, cum sciret eundem S. Cyrillo fuisse reconciliatum.* Tum, Orientalibus hanc Reconciliationem negare volentibus, Hypacius id factum fuisse argumentis manifestis docuit. In Causa Ibæ Orientales ob Epistolam ad Marim, quod ea Nestorio favere, & S. Cyrillo injuriam inferre videretur, hærebant.

bant. Hypacius respondit: *Hæc Epistola, S. Cyrillo etiamnum in vivis agente, in lucem edita, ipsum non permovere potuit, ut pacem turbare vellet, quod in Epistola sua ad Valerianum Iconiensem data ipse profitetur. At nihilominus Concilium non prius Ibam recepit, quam Nestorium & Doctrinam ejus anathematizasset. Hoc modo ipsi Nestorius & Eutyches, si Errores suos abjecissent, a Concilio recepti fuissent. Itaque Concilium Calcedonense Ibam & Theodoretum difficilius receperunt, quam S. Cyrillus; huic enim suffecerat, quod in Condemnationem Nestorii, & in Ordinationem Maximiani Constantinopolitani consensissent, at Concilium ab ipsis exegit, ut Nestorio Anathema publice dicerent.* Orientalibus hac responsione satisfactum videbatur. Ita secundam Collationis diem clauserunt.

Sæculum VI. A.C. 532.

p. 1776. *p.* 1777.

§. XXXIV.

Collationis Exitus.

Die tertia Imperator cum Senatu & Euphemio Patriarcha Collationi interfuit. Episcopos considere jussos lenitate, quam omnes admirati sunt, ad Pacem & Concordiam hortatus est. Orientales Justiniano secreto suggesserunt Catholicos non confiteri, Deum in Carne sua passum fuisse, nec illum, qui passus est, unum esse de Trinitate, nec Miracula ab

Sæculum VI. A. C. 532.

Eadem Persona, quæ passa esset, fuisse profecta. Hypacius his super Articulis ab Imperatore interrogatus respondit:

p. 1778.

cum Ecclesia Catholica confitemur, Eandem Personam, quæ Miracula edidit, JEsum Christum, passam esse, non vero Eandem Naturam. Caro passibilis est, & Divinitas impassibilis. Unus est de Trinitate secundum Naturam Divinam, & Unus ex nobis secundum Carnem. Est Consubstantialis Patri secundum Divinitatem, & nobis secundum Humanitatem.

Finita Collatione Imperator iterum

p. 1779.

Episcopis collocutus est; sed unus tantum ex Severianis nempe Philoxenus Dulichii Episcopus eo adduci potuit, ut ad Ecclesiam rediret. Verumtamen multi Clerici & Monachi, qui cum Episcopis venerant, Ecclesiæ Catholicæ redditi inter maximæ lætitiæ signa ad Ecclesias suas & Monasteria reversi sunt. Aliqui Syriace loquentes Episcopis Catholicis per Interpretem dicebant: *Isti seduxerunt nos, & nos plures alios seduximus; quippe dicebant nobis, S. Spiritum ab Ecclesiis & Baptismo Catholicorum recessisse. Speramus vero, nos ope Divinæ Gratiæ plerosque eorum, quos decepimus, ad unitatem reducturos.* Talis fuit Exitus Collationum Constantinopolitanarum, quarum Acta non habemus, sed fidelem Relationem in Epistola Innocentii Episcopi Maro-

Maronienſis ad Presbyterum, cui Nomen Thomas, data. Hoc Colloquium anno 532. habitum creditur. Sæculum VI. A.C. 533.

§. XXXV.

Monachi Acemetæ Romæ.

Haud multo exinde elapſo tempore Juſtinianus Imperator Romam miſit eundem Hypacium Archiepiſcopum Epheſinum & Demetrium Epiſcopum Philippenſem conſulturos Papam & Sanctam Sedem contra Cyrum & Eulogium Monaſterii Acemetarum delegatos, qui iter jam Romam præceperant. Hi contendebant, dici non poſſe, S. Virginem Mariam vere & proprie eſſe Dei Genitricem, neque unum de Trinitate Carnem aſſumſiſſe. Epiſcopi ab Imperatore miſſi Eccleſiæ S. Petri Cæſarea dona, vas aureum Librarum quinque, gemmis refulgens, duos Calices argenteos Librarum ſex ſingulos, quinque alios librarum quindecim, & quatuor vela auro intexto pretioſiſſima obtulerunt. *Lib. bref. c. 20.* *Lib. Pontif. in Joan.*

Inter hæc Imperator Edictum publicæ Lucis fecit ad Populum Conſtantinopolitanum directum, in quo Fidem ſuam de Trinitate & Incarnatione profitetur, atque nominatim Neſtorium, Eutychem & Apollinarem anathematizat. Huic Edicto decima quinta Martii 533. Juſtiniano tertio Conſulatum gerente dato *L. 6. Cod. de S. Trinit.*

Sæculum VI. A. C. 533.

Patriarcha Conſtantinopolitanus omnesque Epiſcopi & Abbates tunc temporis in illa Civitate præſentes ſubſcripſerunt, quod deinde Epheſum, Cæſaream in Cappadocia, Cyzicum, Amidam, Trapezuntum, Jeroſolymam, Apameam, Juſtinianopolim, Theopolim id eſt Antiochiam, Sebaſtem, Tarſum, & Ancyram, quæ omnes Civitates Metropoliticæ erant, tranſmiſſum. Elapſis poſtea undecim diebus Imperator aliam Conſtitutionem edidit ad Patriarcham Epiphanium directam, in qua mentionem facit Edicti præcedentis, & Epiſtolæ datæ ad Papam, quem omnium Epiſcoporum Caput vocat, & fatetur, quotiescunque Hæreſes in Oriente natæ fuiſſent, Sacræ Sedis Judicio fuiſſe compreſſas. (*) Errorem etiam Monachorum Acemetarum refert ſicut in Epiſtola ad Papam, eique Fidei Confeſſionem in Edicto ſuo contentam opponit.

L. 7. Cod.

Sub idem tempus occaſione Delegationis Monachorum Acemetenſium factum creditur, ut Anatolius Eccleſiæ Romanæ Diaconus Ferrandum Diaconum Eccleſiæ Carthaginenſis & S. Fulgentii Diſcipulum ſuper hac Propoſitione: *Unus de Trinitate paſſus eſt,* conſuleret.

Unus ex Trinitate paſſus eſt.

(*) Proteſtantes nihil afferre poſſunt, quod ejusmodi Teſtimonia infringeret.

leret. Ferrandus eam approbat, si modo prius Fides de Trinitate & Incarnatione accurate explicetur, ne Pater aut Spiritus S. illa Persona esse, quæ passa est, videatur. Vult etiam Ferrandus, ut huic Propositioni adjiciatur, vel saltem mente concipiatur, passum fuisse in Carne. De eadem Materia & in eundem sensum Severo Scholastico id est Causidico Constantinopolitano scripsit. *Interroga*, inquit, *præprimis Papam. Interroga etiam alios in diversis Mundi partibus Episcopos, quos Doctrinæ fama celebres reddidit.*

Sæculum VI. A. C. 533.

Ferr. Ep. ad Anatol.

§. XXXVI.

S. Fulgentii Opera ultima.

Dubium non est, quin Anatolius ipsum Magistrum S. Fulgentium consulturus fuisset, nisi ille prima die hujus anni 533. ad æterna fuisset translatus. Is post secundum Exilium, & Reditum ad Ecclesiam suam plura adhucdum opera scripsit, atque inter alia decem Libros adversus aliquem Arianum notissimum, nomine Fabianum, qui habitum cum S. Fulgentio Colloquium postea adulteratum in vulgus ediderat. De hoc opere nihil nisi fragmenta nobis supersunt. Eodem tempore scripsit adversus Fastidiosum, qui, cum esset Monachus & Presbyter Catholicus, ad Arianam pravita-

vit. S. Fulg. c. 28. n. 60. p. 577. p. 340.

Sæculum VI. A. C. 533.

vitatem defecerat, & compoſito quodam Sermone demonſtrare ſe jactabat, ſi tres Perſonæ Divinæ ejusdem Naturæ eſſent, & inſeparabiles, ſequi, omnes tres Carnem aſſumpſiſſe. Sunt & alia Opera, de quibus tempus Editionis ignoratur; celeberrimum vero eſt Tractatus de Fide ad Petrum, olim S. Auguſtini creditus. Petrus ſuſcepta Profectione Jeroſolymam metuens, ne fraudibus Hæreticorum, quibus Oriens ſcatebat, falleretur, S. Fulgentium rogavit, ut ſibi tutam Fidei Regulam traderet, & quia moram pati nolebat, S. Fulgentius cito ei miſit brevem Tractatum, in quo de Trinitate, de Incarnatione, de Creatione, de Angelorum Hominumque lapſu & quibusdam aliis Articulis diſſerit. Ad Calcem Opuſculi adjicit quadraginta Regulas, tanquam totidem Fidei Articulos, quos nemo niſi Hæreticus oppugnat. Illud quoque tempus ignoratur, quo Tractatum de Trinitate contra Arianos Felici Notario inſcriptum, illumque de Incarnatione ad Scarilam, ſcripſerit.

Ep. 9. *p.* 210.

p. 500.

p. 238.

p. 406.

ep. 10.

Ep. 13. 14.

Superſunt quoque S. Fulgentii Epiſtolæ duæ ſeu Tractatus ad Ferrandum Diaconum. In una reſpondet ad quinque Quæſtiones, quas propoſuerat præſertim de Trinitate. In altera diſſeritur de Baptiſmo cujusdam Æthiopis; Res autem ita ſe habuit. Juvenis quidam nigro

ep. 11.

nigro corporis colore, Christiani Viri mancipium, Religionis Articulos cura Domini sui edoctus, ad Ecclesiam perductus, & Catechumenis adscriptus fuerat. Appropinquante tempore Paschali etiam inter Candidatos Baptizandos relatus instruitur, exorcizatur, Dæmoni renunciat, Symbolum memoriæ impressum coram populo elata voce recitat. Tum subito violenta febri corripitur; quia autem pauci dies ad Sabbatum Sanctum supererant, servarunt juvenem cum ceteris baptizandum. Hora solemnis Baptismi ad Ecclesiam defertur, & quia ipsum vox, motus sensusque defecerant, alius nomine ipsius, sicut in Baptismo infantum observatur, ad interrogata respondit. Baptizatus est, & post breve tempus expiravit. *Jam quæro*, inquit Ferrandus, *quid de Hominis hujus Salute credendum sit. Timeo, ne ipsi Deus ideo usum vocis ademerit, quia Regeneratione indignum judicavit; non enim mihi videtur fieri posse, ut homo in ætate rationis capace per Confessionem alterius justificetur. Puto hunc modum tantum infantibus, qui solum peccatum Originale habent, congruere. Quæro etiam, an id Baptizatis non noceat, si Carnem Domini non manducent, & Sanguinem non bibant, quod forte illa intercapedine, quæ inter*

Sæculum VI. A. C. 533.

S. Fulgentii Opera.

Sæculum VI. A.C. 533.

inter Baptismum, & Communionem fluit, subito moverentur.

Ep. 12. *c.* 5. S. Fulgentius respondet: *Credere debemus, hunc Juvenem salvum esse, quia Fidem suam professus fuerat, dum Symbolum pronunciavit. Privatio vocis ipsi non nocuit, quia animi sententiam non mutavit. Confessio aliorum ipsi illa ætate non profuisset, nisi præcessisset sua;* *n.* 7. *sed dum sensibus valebat, credidit, & Sacramentum vivus recepit, quamvis tunc* *c.* 9. *sensibus careret. Mortuos non baptizamus, quia unusquisque secundum ea, quæ in corpore suo gessit, judicandus est, & corpus sine anima Remissionem peccatorum accipere non potest. Itaque constanter Canones sequamur, jubentes, ut ægrotantes,* *c.* 10. *& respondere non valentes, testimonio illorum, qui affirmant, ipsos baptizari velle, baptizentur. De illis vero, qui prius moriuntur, quam Corpus & Sanguinem JEsu Christi acceperint,* *c.* 11. *non simus solliciti; nam tunc unusquisque nostrum hujus Panis particeps fieri incipit, quando incipit esse Membrum ejusdem Corporis, id est, JEsu Christi, quod in Baptismo contingit.* In hujus veritatis argumentum S. Fulgentius aliquem S. Augustini Sermonem ad Neo-Baptizatos directum adducit. Secundum hanc Doctrinam jam ab aliquot Sæculis Evchari-

S. Fulgentii Opinio.

stia

stia post Baptismum infantibus non amplius datur. Sæculum VI. A. C. 533.

S. Fulgentii Opus ultimum est Epistola data ad Reginum Comitem, qui ipsum super duobus Articulis consuluerat. Primus respiciebat Doctrinam Fidei, an JEsu Christi Corpus esset corruptibile. Secundus, ad Doctrinam Moralem spectabat, & quærebatur, quæ vitæ ratio Viro militari tenenda esset. Prima Quæstio haud diu antea inter Alexandrinos Eutychianos sub Timotheo Patriarcha, ut superius narravimus, agitari cœperat. *ep.* 18. *Sup. n.* 31.

Ad hanc Quæstionem S. Fulgentius respondit, JEsu Christi Corpus esse corruptibile in aliquo sensu, cum esset subjectum fami, siti aliisque ejusmodi miseriis; at vero post mortem ipsius non fuisse subjectum putredini, nec, dum viveret hanc mortalem vitam, subjectum fuisse motibus, qui rationem antevertunt, & hominis etiam inviti intellectum turbant. S. Fulgentius hoc opus morte præveniente absolvere non potuit, & Reginus a Ferrando Diacono petiit, ut quæ necdum scripsisset defunctus, ipse suppleret, & Doctrinam moralem, quam exoptasset, adderet. *Fer. Præcn. ad Reg. p.* 153

§. XXXVII.

Sæculum VI. A. C. 533.

§. XXXVII.

S. Fulgentii Obitus.

vitac. 29. n. 62.

Sanctus Fulgentius ferme uno anno ante obitum ſuum relicta ſecreto Eccleſia ſua & Congregatione in Inſulam Circinam in modica rupe, ubi aliud condiderat Monaſterium, ſitam, ſe recepit. Ibi inter juges lacrymas vitæ rigorem auxit, non ſecus, ac ſi primo fervore vitæ aſceticæ rudimenta poneret. Poſtea urgente Charitate fraterna ad Monaſterium ſuum reverſus in gravem morbum incidit, atque per duorum ferme Menſium ſpatium inter acutiſſimos dolores continuo dicere auditus eſt: *Domine! modo da mihi patientiam, & deinde veniam!* Medicis perſuadere conantibus ut balneo uteretur, nihil de ſolita auſteritate remiſit. Ut ſenſit, ſe morti eſſe proximum, congregatis omnibus Clericis & Monachis veniam ſibi concedi petiit, ſollicitus, ne nimio in Diſcipulos rigore uſus fuiſſet. Quidquid pecuniæ ſupererat, Orphanis, Viduis, Peregrinis, quorum omnium nomina memoria tenebat, dari juſſit; Clericorum etiam ſuorum non immemor fuit. Tandem prima Jan. anno 533. Pontificatus ſui vigeſimo quinto, ætatis ſexageſimo quinto e vivis abiit. Sepultus eſt in aliqua Eccleſia Civitatis Ruſpenſis, in qua Reliquias Apoſtolorum depo-

depoſuerat, & ubi ſecundum antiquam conſuetudinem nullum antea cadaver humatum fuerat. Ipſa obitus die Eccleſia S. Fulgentii memoriam colit. Vita ipſius Feliciano Succeſſori ejus inſcripta, Ferrandi Diaconi S. Fulgentii Diſcipuli opus eſſe creditur. Sæculum VI. A. C. 533. *Mart. Rom. 1. Jan.*

§. XXXVIII.

Dionyſius Exiguus.

Conjiciendi cauſa non deeſt, eidem Feliciano Dionyſium Exiguum inſcripſiſſe Verſionem Epiſtolæ Procli ad Armenos, quam ipſo præcipiente tranſtulit, ut veram eſſe probaret Propoſitionem illam: *Unus de Trinitate paſſus eſt.* Præmiſit Præfationem, in qua ſuccincte ejusdem Propoſitionis Veritatem, & utilitatem adverſus Neſtorianos demonſtrat. *Bibl. PP. to. 3. p. 166.* Dionyſius cognomento Exiguus, quod corpore parvus eſſet, Monachus Eccleſiæ Romanæ Presbyter Doctrina & Virtute clariſſimus, quamvis eſſet de Gente Scytharum, Romanos tamen mores præferebat. Linguarum Græcæ & Latinæ ea erat ipſi ſcientia, ut, cum legeret, æquali facilitate Græca Latine, & Latina Græce, redderet. Hinc multos ex Græco Libros vertit, atque præter alios rogatus a Stephano Epiſcopo Salonenſi tranſtulit Codicem Canonum Eccleſiaſticorum, quorum equidem vetus Verſio

Sæculum VI. A. C. 533.

sed satis obscura extabat. Cum istud Dionysii Opus ubique magnis laudibus fuisset exceptum, elapsis aliquot annis a Juliano Presbytero Ecclesiæ Romanæ Tituli S. Anastasiæ & S. Gelasii Papæ Discipulo rogatus omnium Pontificum Epistolarum Decretalium, quotquot invenire potuit, Collectionem edidit. Hæc Collectio Epistolas octo Paparum, scilicet, Siricii, Innocentii, Zosimi, Bonifacii, Cœlestini, Leonis, Gelasii, & Anastasii, complectitur. (*)

Præf. Cod. Can. Præf. in Decret.

Dionysius Exiguus in Dialectica, Arithmetica & Astronomia doctissimus, illius Æræ, qua hodie utimur, & annos ab Incarnatione JEsu Christi numeramus, Auctor est. Quippe cum videret Cyclum Paschalem S. Cyrilli jam jam anno 248. Diocletiani, id est, 531. Christi, terminari, alium annorum nonaginta quinque composuit, ut S. Cyrilli laborem continuaret; sed loco invisi Nominis Diocletiani, quod S. Cyrillus pro more illius temporis, & Regionis posuerat, Dionysius maluit ponere Nomen JEsu Christi, & annos numerare ab Ejusdem Incarnatione, a quo tempore ipsi visum, sui Cycli annum primum esse Christi 532. Chronologi recentioris ætatis deprehenderunt,

Ep. 4. Dion. ad Petron. ap. Petav. III. Doctr. temp. c. 2. 3.

(*) Sequitur, Dionysium Exiguum Decretales his tempore priores non scivisse.

derunt, Dionysium errasse, estque communis opinio, ipsum annis quatuor maturius, quam debuisset, annum Incarnationis posuisse. (*) In sacris litteris assidue versatus ad omnes Quæstiones sine mora apte respondere poterat. Nec eum sua scientia inflabat, sed moribus erat simplicibus & humillimis, &, quamvis esset eloquentissimus, pauca loquebatur. Vitam ducebat pudicam, quam nulla notabat singularitas, sed suis affectibus caute moderabatur. Hoc Testimonium Dionysio, postquam jam vitam finiisset, reddidit Cassiodorus, qui vivo pluribus annis conversatus mortuum tanquam Sanctorum aliquem invocabat.

Sæculum VI. A. C. 533.

Cassiod. ibid.

(*) Verba Fleurii sunt: Et l' opinion la plus commune est, qu' il a prevenu de quatre ans la veritable année de l' Incarnation. Eodem modo loquitur R. P. Calmet in Hist. Univers. Lib. LXXV. Et qu' il a prevenu de quatre ans la veritable Epoque de l' Incarnation du Sauveur. *Et quod annis quatuor veram Epocham Incarnationis Domini prævenerit.* Econtra Graveson in Hist. Eccles. V. T. loquitur in hunc modum: *Quo fit, ut verum & proprium Natale Christi Domini antevertat quadriennio solido Æram Vulgarem seu Christianam, cujus Auctor est Abbas Dionysius.* Uter accuratius loquatur Lectoris arbitrium esto.

Sæculum VI.
A. C. 533.

§. XXXIX.

Acemetæ damnantur.

Ep. Joan. 2. Interea Joannes Papa nihil intentatum relinquebat, quo ad saniora reduceret Cyrum Monachum ab Acemetis delegatum, illosque, qui cum ipso Romam venerant impugnaturi Propositionem: *Unus ex Trinitate passus est.* In errore pervicaciter perseverantes Papa a sua & totius Ecclesiæ Catholicæ Communione excluſos pronunciavit, jam prius a Communione Episcopi sui Patriarchæ Constantinopolitani rejectos. Nihilominus quosdam Monachos Romæ reperire fuit, qui se hac occasione a Communione Papæ separantes, Acemetarum Delegatos sequi maluerunt. Igitur Papa datis ad Imperatorem Justinianum Litteris ipsius Edictum circa Fidem, cum consensu Episcoporum editum, approbat, quod ut magis pateret, Imperatoris Epistolam suæ inserit. Unde Authentice confirmat Propositionem: *Unus de Trinitate passus est*, eo modo quo Imperator eam veram esse pronunciaverat, scilicet, prius Doctrina de Trinitate & Incarnatione explicata, & addendo, quod in Carne sua passus sit. Deinde significat Papa, Monachos Acemetas fuisse a se damnatos, quo non obstante Imperatorem hortatur, ut, si Errores abjiciant, ipsos recipe-

to. 4. Conc. p. 1746.

Lib. Brev. c. 20.

ciperet. Hæc Epistola octavo Cal. Apr. Justiniano quarto cum Paulino Consule id est 25. Martii anno 534. data. Sæculum VI. A. C. 534.

Papa dimissis Imperatoris Delegatis, ad Senatores Romanos Epistolam dedit, ut, sicut ipsi cupiebant, doceret, quid his Delegatis respondisset. In ea Epistola dicit: *Indicavit nobis Imperator, tres ortas esse Quæstiones, nimirum, an JEsus Christus possit vocari unus de Trinitate. An in Carne sua passus fuerit Divinitate impassibili permanente. An S. Virgo Maria vere & proprie Dei Genitrix dici debeat. Imperatoris Fidem approbavimus, atque testimonio Scripturæ & Patrum veram esse ostendimus.* Tunc Propositiones singulas ex Auctoritate probat. Omnium primum ex SS. Patribus citat S. Augustinum, *Cujus Doctrinam*, inquit, *Ecclesia Romana secundum Decreta meorum Antecessorum sequitur & servat.* Ad calcem Epistolæ edicit, Ecclesiam Romanam damnare Monachos Acemetas, quos Nestorianæ Hæresis evidenter convictos teneret. *Quamobrem*, ait, *secundum Canones, qui jubent ut Catholici excommunicatos devitent, admoneo vos, ut nequidem ipsis colloquamini, & nibil omnino vobis commune cum ipsis sit.* Ceterum Joannis Papæ Epistolæ hac super re ab Epistolis Hormisdæ Papæ non dissentiunt. Nam Hormisdas *Ep. 3. p. 1751*

Supr.

Sæculum VI. A.C. 534.

quidem offensum se indicat Monachorum ex Scythia importunitate, at nec eorum Personas, nec Propositionem, quam affirmabant, damnat; econtra Joannes Papa hanc Propositionem speciatim approbat, & Monachos Acemetas eam rejicientes excommunicat.

§. XL.

Codex Justiniani.

L. 8 Cod. de Sanct. Trin.

Justinianus Imperator, acceptam Papæ Epistolam suo Codici, quem decima quinta Nov. ejusdem anni 534. secundo promulgari jussit, inseruit. Sub initium Imperii sui Leges Romanas corrigere aggressus primo Codicem, id est, Selectarum Constitutionum ab Imperatoribus Antecessoribus suis editarum Collectionem concinnari jussit. Id præcepit anno 528. cumque opus istud esset perfectum, anno sequenti 529. promulgavit. Deinde Codicem ex omnibus utilioribus veterum Jurisconsultorum libris confici, & Excerpta in Titulos distribui curavit. Huic Operi Nomen Digesta seu Pandectas dedit. Id fieri mandavit 15. Dec. 530. & postquam opus fuit absolutum, illud confirmavit, & 16. Dec. 533. promulgari curavit. Tum jubente Justiniano Institutiones compositæ, quæ pro introductione ad hos libros essent. Et iterum Codice suo emendari jusso alteram

L. 1. de no. Cod. fac. l. 2. ibid.

L. 1. de vet. Jur. in l. 3. ibid.

ram ejusdem Editionem in lucem dedit hoc anno 534. Ea est, quam hodieque habemus. Ad hos Libros concinnandos opera celeberrimorum suæ ætatis Jurisconsultorum, & ex optimatibus præcipuorum usus est. Hos inter Tribonianus Exactor, id est, quasi Cancellarius, primus habetur. Is erat quidem Doctissimus, sed sordide avarus. Justitiam accepto auro vendebat; Leges quotidie condebat, quotidie abolebat, ut privatorum, si cui forte favebat, utilitas exigebat. In conversatione blandus & facundus Justiniano assentabatur, spondens Principi, nunquam esse moriturum; nam paganus erat vel certe nulla Religione, & a fide Christiana remotissimus. Hæc forte causa fuit, quod aliqua Paganæ superstitionis vestigia in scriptis antiquorum Jurisconsultorum, ex quibus Digesta collegit, reliquerit.

Sæculum VI. A. C. 534.

Procop. l. Pers. c. 24. 25

Suid. v. Tribon.

§. XLI.

Concilia in Gallia.

Circa illud tempus Joannes Papa S. Cæsarii Arelatensis, & quorumdam aliorum Galliæ Episcoporum accepit Epistolas in Causa Contumelioſi Episcopi Rejensis, multorum criminum propria confessione convicti. Rescripsit Papa Epistolas tres, unam ad S. Cæsarium, ad Episcopos alteram, & tertiam ad Cleri-

ep. 4. 5. 6.

Sæculum VI. A. C. 534.

cos Ecclesiæ Rejensis datam, in quibus præcipit, ut Contumelioso omnes Functiones interdicantur, ipse in Monasterium detrudatur pœnitentiam acturus, postquam prius hanc licentiam petierit ab Episcopis dato Libello, in quo peccatum suum confiteatur. Interim Ecclesiam ipsius administret Visitator, qui solummodo Sancta Mysteria celebret, sed Clericos non ordinet, nec de Bonis temporalibus quidquam possit decernere. Epistolæ istæ septima Aprilis Paulino juniore Consule id est anno 534. datæ sunt. Sequitur deinde aliqua Exhortatio, quæ a S. Cæsario profecta creditur, adversus illos, qui volebant, ut Clerici alicujus criminis præsertim adulterii convicti Ministerio restitui possent, & generatim adversus teporem, qui illa ætate contempta vetere Disciplina circa Pœnitentiam irrepebat.

Duo habemus Galliæ Concilia, quorum unum anno superiore, alterum anno sequente celebratum. Quippe secundum Concilium Aurelianense jussu trium Regum Theodorici, Childeberti & Clotarii filiorum Clodovæi anno 22. Regni ipsius Nono Cal. Jul. nempe vigesima tertia Junii. 533. convocatum est. Canones viginti & unus contra Simoniam & diversos abusus conditi. Prohibetur ordinari Presbyter aut Diaconus illite-

c. 3. 4. 5.

illiteratus, aut qui formam Baptismi nesciat. Statuitur, ne deinceps fœminis Benedictio Diaconissæ detur, ob fragilitatem sexus. Abbates, Solitarii, aut Presbyteri litteras Pacis dare prohibentur. Abbates, qui Episcoporum Mandata contempserint, excommunicentur. Qui ad Idololatriam revertuntur, aut comedunt Carnes immolatas, imo & illi, qui animalia ab animalibus occisa, suffocata, aut aliqua tabe extincta manducant, excommunicantur. Oblationes illorum, qui in aliquo crimine occisi fuerunt, si modo se ipsos non interfecerint, recipiantur. Vota inter cantus & pocula, ritusque petulantem licentiam olentes reddi prohibentur, quia ejusmodi vota Deum non placant, sed irritant.

Sæculum VI. A. C. 534.

c. 13.

c. 18.

c. 22.

c. 20.

c. 15.

c. 12.

§. XLII.

SS. Episcopi in Gallia.

Hos Canones Episcopi viginti sex præsentes & quinque Presbyteri nomine quinque Episcoporum absentium sua subscriptione confirmarunt. Adfuere Episcopi ex quatuor Provinciis Lugdunensibus, & tribus Provinciis Aquitaniæ. Memoratu digniores erant Honoratus Archiepiscopus Bituricensis, hujus Concilii Præses, Leontius Episcopus Aurelianensis, qui loco secundo subscripsit,

Sæculum VI. A.C. 534.

Eleutherius Episcopus Antissiodorensis, quem Ecclesia 16. Aug. inter Sanctos colit. Leontius Archiepiscopus Senonensis, qui & ipse tanquam Sanctus 22. April. colitur, Delegatum misit. At Flavius Rothomagensis & Injuriosus Turonensis ipsi adfuere, & quamvis essent Archiepiscopi, tamen post aliquos Episcopos subscripserunt. Unde indicium habemus, Episcopos potius secundum tempus ordinationis, quam majorem minoremve Dignitatis gradum subscripsisse. Flavius in sua Ecclesia ab Indigenis sub Nomine *S. Flieu* honoratur, ejusque Corpus ad S. Martinum Pontesiæ quiescit. Illius S. Viri ætate Rex Clotarius Rothomagi fundavit Monasterium SS. Petri & Pauli, quod posteriore tempore ad *S. Ovenum* appellatum est.

Martyr.16. Aug. Bibl. nov. to.1. p.419.

Martyr. 22. April.

Injuriosus inter Episcopos Turonenses decimus quintus numeratur. Is Auctor fuit, ut in ipsius Ecclesia Officium Tertiæ & Sextæ recitaretur. Ipse etiam constanter se opposuit Regi Clotario, cum imperasset, ab omnibus Regni sui Ecclesiis Redituum Partem tertiam Fisco suo pendi. Ceteri Episcopi omnes dato Chirographo repugnante licet animo morem gesserant; at Injuriosus huic imperio subscribere vigore Sacerdotali recusavit, dicens Regi: *Si Deo Bona ipsi consecrata aufers, brevi tibi Regnum auferet;*

Greg.X. hist. c. ult.

Episcopi Galliæ.

Sæculum VI. A. C. 534.

feret; æquum enim non est, ut promptuaria tua raptis pauperum Eleemosynis impleantur; imo Principem Christianum decet inde exprómere, quo famelici satientur. His dictis Rege non salutato iratus recessit. Rex Episcopi sermone commotus, & S. Martini potentiam pertimescens, misit, qui suo nomine a discedente veniam peterent, factum damnavit, rogavitque, ut sibi S. Martini Patrocinium impetraret.

Duo præterea Episcopi inter Sanctos deinde relati Concilio secundo Aurelianensi interfuere, scilicet, *S. Lo*, seu Lauto Constantinensis (Coutance,) cujus Memoriam Ecclesia 22. Sept. honorat, & S. Gallus Claromontanus, cujus Festum prima Julii celebratur. Is primis stirpibus Arverniæ natus erat, filius Georgii Senatoris & Leocadiæ, quæ a Vertio Epagatho Lugduni sub Marco Aurelio pro Fide passo genus ducebat. Cum Gallus esset primogenitus, Parens consentaneas Generi Nuptias cogitabat; ipse vero ad Monasterium vicinum, quod tunc Cremona hodie autem Cornon dicitur, dilapsus, ab illius loci Abbate, impetrato Parentis sui consensu, collata Tonsura Clericis adscriptus, & in illam familiam susceptus est. Cum S. Quintianus tunc Episcopus Claromontanus ad illud Monasterium divertisset, & Gallum audivisset

Martyr. 22. Sept. Martyr. 1. Jul. Act. SS. Ben. to. 1. p. 116. Ex Greg. Tur. vit. PP. c. 6. Sup. lib. IV. §. 12.

Sæculum VI. A. C. 534.

visset cantantem, in Civitatem deductum apud se retinuit. Vocis ipsius suavitate captus Theodoricus Rex Gallum cum pluribus aliis Clericis Claromontanis Treviros secum deduxit. Præprimis vero Gallum a latere suo avelli ægre ferebat. Vir Sanctus cum aliquando cum Rege Coloniæ versaretur, templum Idolorum, quæ adhucdum in illa Civitate adorabantur, incendit. S. Quintiano vita functo Impetratus Presbyter S. Galli propinquus eidem consilium dedit; iret celeriter, & Episcopi obitum Regi Theodorico indicaret, dicebatque Impetratus: *Si Deus Regi suggerat, ut tibi hunc Episcopatum conferat, agemus Deo Gratias, sin aliter evenerit, saltem rem gratam facies illi, cui hæc Sedes dabitur.* Itaque Gallus ad Regiam proficiscitur; & ecce eodem tempore obierat Aprunculus Episcopus Trevirensis. Adsunt illius Civitatis Clerici a Rege Theodorico postulantes, ut S. Gallum ipsis Episcopum daret. Respondit Rex: *Alium quærite, nam Gallo alium Episcopatum destino.* Ergo Trevirenses S. Nicetam elegerunt.

Sup. L. XXXI. §. 3. vit. PP. c. 6. n. 3.

Interim Clerici Claromontani cum Decreto Electionis & magnis donis ad Regem perveniunt. Jam enim exinde pessima consuetudo nascebatur, ut Reges Episcopatum venderent, vel Clerici illum emerent.

vit. PP. c. 6. n. 3.

Sæculum VI. A. C. 534.

emerent. Sunt verba Gregorii Turonensis S. Galli nepotis. Rex ad Clericos Claromontanos dixit: *Gallus Episcopus vester est;* simul præcepit, ipsum Presbyterum ordinari, voluitque, ut in signum communis lætitiæ ærarii publici sumptibus convivium Civibus instrueretur. Itaque Gallo non pluris quam Solidi aurei parte tertia, quam coquo munusculum dedit, Episcopatus stetit. Jubente Rege a duobus Episcopis Claromontium deductus, a Clericis Psallentibus exceptus, atque circa annum 527. Episcopus ordinatus est. In S. Gallo jam Episcopo præcipue Humilitatis & Charitatis studium enituit; nemo unquam perfectiore patientia illatas sibi injurias perferre visus.

§. XLIII.

Non nulli Sancti Episcopi.

Sanctus Nicetas seu Nicetius illo etiam tempore ordinatus jam nascens non obscurum omen attulit, Monachum ipsum fore; quippe capillorum corona capiti obducta ex utero materno prodiit. Unde probatur jam tunc, id est, circa annum 500. Tonsuræ Clericalis, puto, coronæ capillosæ, qualem Regulares gerunt, usum fuisse. Parentes ipsius litteris instructum cuidam Abbati commendarunt, cui deinde in Monasterii Regimine

Act. SS. Ben. to. 1. *p.* 191. *ex Greg. Tur. vit. PP. c.* 17.

Sæculum VI. A.C. 534.

ne succeſſit. Maxima apud Theodoricum Regem erat Nicetii Veneratio, quod Vir Sanctus eum ſæpe de peccatis occultis moneret, ut ad emendationem adduceret. Quamobrem Rex Nicetium Epiſcopum Trevirenſem ordinari anno 527. conſentiente populo curavit. Hoc Rege vita functo anno 534. S. Nicetius eadem libertate, qua antea Patrem, etiam filium ejus Theodoricum, multa ſceleſte perpetrantem, reprehendebat. Cum quadam die Rex juvenis poſt Scripturarum Lectionem tempore, quo oblationes ad Altare deferebantur, Eccleſiam intraſſet, S. Epiſcopus dixit: *Hic Miſſam non celebrabimus hodie, niſi Excommunicati diſcedant.* Ecce! Rege obedire recuſante, derepente quidam juvenis a Dæmone correptus cœpit Epiſcopi Virtutes & Regis crimina manifeſtare. Rex obſtupeſcens rogabat, ut Energumenus iſte Eccleſia pelleretur; verum Epiſcopus dixit: *Prius illi exeant, qui te ſecuti ſunt, Inceſti, Homicidæ, Adulteri.* Tanta erat S. Nicetii conſtantia.

vit. ap. Sur. 8. Jun. V. Coint. an.
456. *n.* 7.
530. *n.* 14.
531. *n.* 23.
532. *n.* 10.
545. *n.* 9.

Ilia ætate inter Illuſtriſſimos Franciæ Epiſcopos fulgebat S. Medardus Epiſcopus Noviodunenſis & Tornacenſis. Natus creditur anno 456. Salencii prope Noviodunum, & cum S. Eleutherio poſtmodum Epiſcopo Tornacenſi educatus eſt. S. Remigius eum Epiſcopum Veroman-

manduensem ordinavit; sed post breve tempus Sedem transtulit Noviodunum, locum munitiorem & tutiorem vetere Augusta, Territorii Veromanduensis Metropoli, quæ in illo loco, aut non procul inde, ubi hodie Fanum S. Quini, extitit. Nam urbs illa sæpius olim a Barbaris, rursusque ab Attila, anno 441. vastata, tunc temporis continuis civilibus Regum Francorum bellis vexabatur. Post non longum temporis spatium nempe anno 512. mortuo S. Eleutherio Tornacensi S. Medardus Populi, Regis, illius Provinciæ Episcoporum, & S. Remigii, qui Metropolitanus erat, consensu Episcopus eligitur. Ergo exemplo prorsus singulari hujus alterius Ecclesiæ Regimen, prima non relicta, in se suscipere coactus est. Exinde conjunctas has Ecclesias ultra annos sexcentos unus Episcopus scilicet Noviodunensem & Tornacensem rexit, quin tamen Diœceses confunderentur, aut alterutra Cathedra suppressa fuisset. S. Medardus tam virtutibus quam miraculis clarus in ultima senectute anno 545. postquam annis 15. Episcopatum gessisset, ad cælestia transiit. Rex Clotarius Exequiis adfuit, jussitque Corpus transferri in agrum, qui Croviensis dicebatur, prope Suessionem situm, eundemque ad ædificandum Monasterium donavit.

Sæculum VI.
A. C. 534.

Vit. S. Eleuth. ap. Boll. 20. Febr.

S. Medardus.

S. Re-

Sæculum VI. A. C. 534.

S. Remigius jam anno 533. 13. Jan. e vivis migraverat. Habemus ipsius Testamentum, quo Hæredes instituit Ecclesiam Rhemensem & duos Nepotes ex Fratre Principium & Agricolam Presbyterum, quos in ædibus suis educaverat. Ex hoc Testamento dispicitur, S. Remigio multos fundos fuisse, & non exiguum servorum numerum, cum eorum octoginta quatuor in hoc Instrumento nominet. Inter alia Legata istud maxime memorari meretur: *Lego Ecclesiæ meæ Vas argenteum, dono mihi datum a Clodoveo Rege illustris Memoriæ, quem e sacris fontibus levavi. Volo ut ex eo Turris parvula & Calix imaginibus ornatus elaboretur.* Ejusmodi turres Ciboria erant, in quibus Evchariſtia asservabatur. Ecclesia S. Remigii Memoriam colit prima die Octobr. qua ipsius Reliquiæ translatæ fuere. Successorem habuit S. Romanum Abbatem Meduntinensem prope Trecas; at Sedem Rhemensem ultra annos duos non tenuit. Inter S. Remigii Discipulos eminet S. Theodoricus, cui Regimen Monasterii, Rhemis a se fundati, & quod hodieque ab hoc S. Abbate Nomen gerit, commisit.

Bibl. 1. l. 1. in L.

Greg. 1. de Glor. Mart. c. 86.

Act. SS. Bene. to. 1. p. 614. Flod. l. hist. 6. 23.

Sub initium Regni Theodeberti, ipsiusque consensu Concilium Claromontii in Arvernia celebratum, cui interfuere

Sæculum VI. A.C. 534.

fuere Episcopi quindecim, scilicet, Honoratus Bituricensis, qui Concilio præfuit, S. Gallus Claromontanus, S. Gregorius Lingonensis, qui Concilio Epaunensi adfuerat, S. Hilarius Mimatensis, quem Ecclesia 25. Octobr. colit, Ruricius Limovicensis, Flavius Rhemensis Romani Successor, S. Nicetius Trevirensis, Deuterius Lutevanus, S. Dalmatius Segedunensis, quem illa Ecclesia 13. Nov. colit, Lupus Catalaunensis, S. Domitianus Tungriensis, cujus Memoria Leodii 7. Maji colitur, Venantius Vivariensis, quem Ecclesia sua 5. Aug. honorat, Hesperius Metensis, cujus etiam in Ecclesia sua 23. Aug. Memoria colitur, Desiderius Virodunensis, & Gramatius Vindonessanus; est autem Vindonessa hodie oppidum in Pago Bernensi & *Vindisch* dicitur, Sedes vero Episcopalis Constantiam translata est.

To 4. Conc. p. 1805. Sup. XXXI. §. 30 Martyr. R. 25. Octobr.

Concilium Claromontanum.

De Episcopo Verodunensi Desiderato narrant, aliquando vehementer indoluisse, quod concives suos gravi inopia pressos juvare non posset; nam a Rege Theodorico pessime habitus, & Bonis omnibus spoliatus fuerat. Cum vero Regis Theodeberti Clementiam & Beneficentiam noviset, misit, qui suo nomine rogarent, ut sibi pecunias mutuas ad sublevandam Civitatis inopiam daret, eas se cum usuris redditurum. Dedit

Greg. III. hist. c. 34.

Sæculum VI. A. C. 535.

Rex aureorum Solidorum ſeptem millia, quæ Epiſcopus inter Cives diſtribuit. Illi hac pecunia commerciis utiliter impenſa ad pinguiorem fortunam eluctati ſunt, tuncque Epiſcopus Regi pecunias ſuas reſtituere parabat, qui reſpondit, non ſibi his pecuniis opus eſſe, ſufficientem uſuram reputare, quod ſuo auxilio Civium illorum paupertas fuiſſet ſublevata.

§. XLIV.

Concilium Claromontanum.

Concilium Claromontanum octava Nov. poſt Conſulatum Paulini junioris nempe anno 535. congregatum, & Canones ſexdecim conditi. Ut Patres abuſui invaleſcenti, quo Clerici Regum favore Epiſcopatus obtinebant, Leges opponerent, ſtatuunt, ut ille, qui Epiſcopatum deſiderat, electus a Clericis & Civibus cum Metropolitæ conſenſu ordinetur; at potentium Virorum Patrocinium a nullo quæratur, fraus nulla adhibeatur, nemo metu cogatur, aut muneribus alliciatur, ut Electionis Decreto ſubſcribat. Si hoc vitii deprehendatur, Clericus a Communione Eccleſiæ, cujus Regimen ambit, excludetur. Clerici a Poteſtatibus Sæcularibus contra Epiſcopos ſuos tutelam non petant. Qui a Rege ſibi conferri petunt cujusdam Eccleſiæ

Can. 2.

c. 4.

Sæculum VI.
A. C. 535.

cleſiæ Bona, quibus pauperes defrauden-
tur, illius Eccleſiæ Communione priva-
buntur, & nulla erit talis Donatio. Ille
quoque excommunicetur, qui Eccleſiæ
quocunque demum modo aut ratione,
confectis tabulis donata ſubtraxerit, &
ſubtracta Epiſcopo prima vice repetente
non reſtituerit. c. 14.

Omnes Clerici Feſta Domini Nata-
litia, Paſcha, Pentecoſten, aliaque Feſta
ſolemnia cum Epiſcopo in Civitate ce-
lebrent, exceptis illis, qui vel in Civi-
tate vel Ruri certis Titulis alligati ſunt.
Idem Civium Senioribus præcipitur ſub
pœna, ut illorum Feſtorum Communio-
ne priventur. Prohibetur, ne Periſtro-
matis aut velis Altaris Corpora mortuo-
rum, nequidem Presbyterorum, conte-
gerentur, nec Vaſa Sacra argentea Ec-
cleſiæ in Nuptiis adhibenda cuiquam
concederentur. c. 15. c. 3. 7. 8.

Poſt Canones viſitur Epiſtola Syno-
dalis eorumdem Episcoporum ad Regem
Theodebertum directa, in qua ad quo-
rumdam privatorum preces rogant Prin-
cipem, ut efficiat, ne quis Bonis, quæ in
alterius Regis Ditione poſſidet, exuatur,
ſi modo illi impoſita tributa pendat.
Nempe Clodoveo fatis functo Regnum
ipſius inter quatuor filios, Theodoricum,
Clodomirum, Childebertum & Clota-
rium diviſum fuerat. p. 1805.

Sæculum VI.
A. C. 535.

§. XLV.

S. Clodoaldus.

Sup. n. 1. Greg. III. Hist. c. 18.

Clodomirus a Burgundionibus anno 524. occisus, tres filios tenera ætate reliquit Theobaldum, Guntharium & Clodoaldum, quos Clotildis ipsorum Avia Parisiis in suo conspectu educari curabat. Cum hos unice diligeret, timuit Childebertus, ne ipsa instigante Reges a populo proclamarentur. Igitur misit, qui secreto Clotarium Fratrem suum Parisios accerseret, ut communi consilio decernerent, quid cum pueris agendum; an abscissis capillis in plebis sortem essent redigendi, an morte tollendi, & Clodomiri Regnum inter se dividendum. (Familiæ Regiæ hæc erat Prærogativa, ut ex ea progeniti promissos capillos nutrirent) Clotarius comperto Fratris consilio lætus Parisios venit, dum Childeberto jubente rumor de industria spargitur, congredi Fratres Reges, ut Pupillos in solium eveherent. Ad Reginam Matrem mittunt, qui pueros accerserent, Reges proclamandos. Clotildis muliebri lætitia exiliens, bene prius prandere Nepotes jussos mittit ad Patruos, adjectis his verbis: *Filii mei jacturam non sentiam, si vos in Solio ipsius sedentes conspexero.*

Ubi

Ubi ad Patruos pervenerunt, comprehenduntur, a famulis & Moderatoribus avelluntur. Tunc vero Childebertus & Clotarius Arcadium exploratæ fidei hominem ad Clotildem cum forvice & nudo gladio mittunt, jubentque dicere: *Reges filii tui interrogant, quid his pueris fieri velis; an eligas, ut abscissis capillis vivere sinantur, an ut ambo jugulentur.* (Nam duo tantum ætate majores capi potuerant, & tertium fidi homines periculo eripuerant) Clotildis hoc Nuncio exhorrens atque doloris simul & iracundiæ impetu abrepta exclamavit: *Si regnare non permittitis, malo videre mortuos quam tonsos.* Arcadius improba sedulitate ad Reges reversus ait: *Facite, quod decrevistis. Consentit Regina.* Illico Clotarius Theobaldum Nepotum suorum natu majorem decennem brachio arreptum & humi afflictum sica infra axillam perforat & interimit. Fratris ejulatu perterritus Guntharius septennis ad Childeberti pedes provolutus amplexusque genua inter copiosas lacrymas clamabat: *Carissime Pater! prohibe! ne occidar, sicut frater meus.* Childebertus vultu lacrymis madente ad Clotarium conversus ait: *Frater mi! rogo te, ut amore mei huic puero vitam dones. Quidquid in vicem petieris, lubens dabo.* At Clotarius super- Sæculum VI. A. C. 535.

Clotarii Furor.

Sæculum VI. A. C. 535.

ſuperante rabie reſpondit: *Puerum mihi cedes, aut tu pro ipſo morieris. Tu me huc adduxiſti! & tam ſubito mente mutata fidem frangis?* Childebertus puerum rejecit, quem Clotarius apprehendens trepidantis latus eadem ſica, qua fratrem confoderat, haurit. Tum conſcenſo equo, ac ſi nihil mali adeo feciſſet, revertitur. Childeberto quoque ad prœdia ſua digreſſo, poſtea Clodomiri Regnum partiti ſunt. Ita impletum eſt Vaticinium S. Aviti Abbatis Micienſis, dum Clodomirum Regem cohibere conabatur, ne Sigismundum, & liberos ejus necaret. Clotildis Regina Nepotum ſuorum corpora Sarcophago immiſſa luctu ingenti usque ad Eccleſiam S. Petri ſequebatur, ubi inter Pſalmorum cantus ſepulta ſunt. Exinde Regina Turonem ſe recepit, ubi reliquos vitæ annos in oratione continua, vigiliis, & omnium virtutum operibus tranſegit. Præter eleemoſinas, quas privatis largiebatur, etiam Eccleſiis, Monaſteriis & omnis generis Domibus Pietatis cauſa fundatis agros munifice donabat. Tandem annis & meritis onuſta Turone Sedente Epiſcopo Injurioſo circa annum 545. ex hoc mundo abiit. Corpus ejus Pariſios translatum atque a filiis ejus Childeberto & Clotario in Sanctuario ejusdem Eccleſiæ S. Petri pone Regem Clodoveum Maritum

Sup. n. 1. Greg. III. hiſt. c. 6.

ritum sepultum est. Hæc est S. Genovefæ Ecclesia, quam Clotildis ædificaverat. Reliquiæ ejus hodieque ibi existunt, atque Ecclesia 3tia Junii ipsius Memoriam honorat. Sæculum VI. A. C. 535. *Mart. Rom. 3. Jun.*

Clodoaldus junior Clotarii sævitiæ ereptus capillis sua manu sibi abscissis Mundo valedixit, & ad S. Severinum prope Parisios in Cellula inclusum se contulit. Habitu Monastico ab eo accepto, iisque, quæ sibi de Bonis paternis relicta fuerant, in Monasteria & Ecclesias collatis, rigidam admodum Monachorum vitam duxit. Deinde ut laudes hominum fugeret, essetque ignotus omnibus, in Provinciam peregrinatus, diu ibi mansit. Non nullis editis miraculis Parisios reversus & maximo omnium gaudio exceptus rogante populo ab Eusebio Episcopo circa annum 551. Presbyter ordinatur. Tandem *S. Cloud*, (ita enim vernacula nostra Clodoaldum vocamus) extructo Monasterio in loco, quem *Nogent* dicebant, leucis duabus infra Parisios in ripa Sequanæ sito, post vitam sanctam anno 560. migravit ad Dominum. Monasterium posteriore ætate in Ecclesiam Collegiatam mutatum Sancti Reliquias conservat, & locus ab ipso Nomen habet. Ecclesia S. Clodoaldi memoriam septima Sept. colit. Primus is est, qui *Id. III. c. 18. Act. SS. Ben. p. 137.* *Martyr. 7. Sept.*

Sæculum VI. A. C. 535. ex Genere Regum Francorum Sanctis accenſetur.

§. XLVI.

Monaſteria in Galliis.

Greg. vit. PP. c. 5. Jam illa ætate in Galliis florebant plurima Monaſteria, & Sancti Anachoretæ, ex quibus, ne longus ſim, tantum celeberrimos memorabo. Civitas S. Porciani in finibus Arverniæ & Agri Borbonenſis poſita originem ſuam debet cuidam Monaſterio, ad quod Porcianus barbari Domini mancipium ſæpe confugiebat, ut ſe furentis Heri crudelitati eriperet. Tandem in eodem ſuſceptus & ob vitæ merita Abbas electus eſt. Cum Viri Virtutes & Miracula eidem apud Regem Francorum Theodoricum in Arvernia anno 525. bellum gerentem Venerationem peperiſſent, Rex ipſius precibus multis captivis libertatem reddidit. *Mart. Rom. 24. Nov.* Eccleſia S. Porciani Memoriam honorat 24. Nov. ſed ipſius Abbatia annis abhinc octingentis in Prioratum Benedictinorum, Abbatiæ Turnenſi ſubjectum, redacta eſt. Monaſterium quoque Combrundenſe in Arvernia in Prioratum Abbatiæ Menatenſis in eadem Provincia mutatum.

Hæc Abbatia jam Clodoveo regnante fundata Magnorum Sanctorum, atque inter alios SS. Calaſii & Aviti Seminarium

rium fuerat. Cum deinde Disciplinæ languor irrepsisset, eam S. Brachus seu Brachion reformavit. Is in Sæculo Sigilvaldo Arverniæ Comiti famulabatur, qui dum apros in venatione insectabatur, ipsius utebatur opera. Cum aliquando aprum persequitur, ille refugium quæsivit prope cellulam cujusdam Sancti Eremicolæ, in illa Sylva degentis, cui nomen Æmilianus. Vir hic sanctus Brachioni persuasit, ut se totum Deo dedere statueret; qui mortuo postea Domino suo, ad ipsum se contulit. Æmiliano fatis functo successit Brachion in ejus Cella, quæ interim in Monasterium excreverat. Id Brachion Ranichildis Sigivaldi filiæ munificentia adjutus iterum auxit, & deinde in Regionem Turonensem profectus, duo ibi fundavit Monasteria, quibus Abbates præfecit. In Arverniam reversus Abbas Menatensis esse jubetur, ut Disciplinæ vigorem reduceret, ibique anno 576. diem clausit.

Sæculum VI. A. C. 535.

Greg. vit. PP. c. 12.

Brachion Abbas.

Abbatiam Cellensem in Agro Bituricensi S. Eusitius opibus Childeberti Regis suffultus fundavit. Is quondam a Parentibus Abbati Patricienſi venumdatus, ab ipso Monachi habitum accepit, & postea Presbyter ordinatus est. Deinde in solitudinem prope Carum fluvium secessit. Rex Childebertus anno 531. illuc transiens in Hispaniam moturus

Vit. ap. Lab. Bibl. nov. to. 2. p. 371. vit. Coint. an. 531.

Sæculum VI. A.C. 535.

Sancto Viro quinquaginta Solidos obtulit, qui respondit: *imo satius erit, si hoc aurum aliis dederis, qui illud pauperibus elargiri possint. Mihi sufficit, veniam a Deo pro peccatis meis deprecari.* Ceterum Regi Victoriam vaticinatus est, & prosperum profectionis eventum. Rex, pecuniis inter pauperes sparsis, votum edidit, in hoc loco se extructurum Ecclesiam, in qua S. Senis corpus quiesceret, & quod vovit, implevit. Abbatiam Cellensem hodie Fulienses obtinent.

Greg. Gl. Conf. c. 28.

In Burgundia jam tunc celebrabatur Abbatia Reomaensis fundata a S. Joanne Presbytero, a quo deinde Nomen accepit. Natus is erat in eadem Regione & Territorio Lingonensi Patre Hilario Senatore, cujus virtutes Gregorius Turonensis laudat. Necdum vicenario major relicta Cognatione sua in Cellulam manibus suis constructam se recepit. Tunc longius recessit, & habitavit in Solitudine Tornedorensi, ubi primum Discipulos duos, & deinde plures habuit, fundavitque Monasterium, quod ut melius informaret, celeberrima Galliæ Monasteria invisit, & laudabiles consuetudines annotavit. Rursus abdicato Regimine, & relicto Monasterio, cum duobus Discipulis in Monasterium Lerinense se abdidit, annosque ferme octodecim ibi latuit; postea autem cognitus, & a S. Gregorio Episcopo

Boll. 28. Jan. Act. SS. Ben. to. 1. pag. 693. Greg. Conf. c. 87. Coint. an. 539. n. 18. Greg. Conf. c. 42.

copo Lingonensi revocatus est. Tum Congregationem suam ipso absente in teporem lapsam reformavit, & S. Macarii Ægyptii Regulam induxit. Præpri- mis a labore manuum non cessandum esse inculcabat, quo humilitas & animi puritas conservarentur. Sæculares in Oratorium Monasterii non admittebat, non nunquam tamen Verbum Dei populo prædicabat. Vitam protraxit usque ad annum centesimum vigesimum octavum, & circa annum 540. obiit. Abbatia ipsius sub nomine Monasterii S. Joannis nota est. Ecclesia ejus Festum 28. Jan. celebrat.

Sæculum VI. A. C. 535.

Abbatiæ fundatæ.

Mart. Rom. 28. *Jan.*

Joannis Discipulus fuit S. Sequanus, cujus virtutes tam cito enituere, ut anno decimo quinto Diaconus, & vigesimo Presbyter ordinaretur. Postquam vitæ Monasticæ Regulas apud S. Joannem Reomaensem satis didicisset, in Solitudinem ejusdem Diœcesis Lingonensis prope fontes Sequanæ recessit, ubi Auctor extitit Monasterii Segustrensis, quod posteriore tempore a Fundatore suo Nomen accepit. Multis editis Miraculis Senex obiit circa annum 580. Ecclesia eum decima nona Sept. honorat.

Greg. Conf. c. 88. Act. SS. Ben. to. 1. p. 263.

Martyr. R. 19. Sept.

In illa Galliarum Parte, quæ tunc Neustria dicebatur, duo celebres Monasteriorum Fundatores S. Marculfus, & Ebrulfus florebant, ambo in Territorio Bajocensi nati. S. Marculfus Sancto Possessori

Bol. 1. Maji. to. 12. p. 70.

Sæculum VI. A.C. 535.

sessori Episcopo Constantino S. Lautonis Antecessori instituendum se tradidit, qui Clericis adscriptum, & Presbyterum ordinatum misit, ut in sua Diœcesi Evangelium prædicaret. Marculfus Fundum Nantoliensem in Ditione Constantinensi situm a Rege Childeberto obtinuit, & in eo Monasterium condidit. Pluribus aliis Monasteriis fundatis circa annum 558. e vivis abiit. S. Ebrulfus juvenis inter Aulicos Regi serviebat, ob oris facundiam magni æstimatus. Uxorem habebat, sed elapso non multo tempore divisi sunt. Illa prior Monasterium Virginum ingressa est, & ipse Bonis suis in egenos dispersis in quoddam Monasterium se recepit; cumque ibi ipso Judice fratres plus justo ejusdem virtutes venerarentur, ut honorem fugeret, cum tribus Monachis in Sylvam, quæ tunc Uticum, hodie *Ouche*, dicitur in Diœcesi Lexoviensi, abscessit. In illa solitudine aliquot latronibus ad frugem reductis, cum ipsius fama magnum Discipulorum numerum attraheret, fundavit Abbatiam, quæ diu a Sylva, quam incoluerat, dicta, hodie S. Ebrulfi Nomen gerit. S. Ebrulfus quædam patravit Miracula, atque etiam duos mortuos excitasse fertur. Obiit anno 596. & ab Ecclesia 29. Dec. colitur. Hic Sanctus Ebrulfus cum alio æque S. Ebrulfo Abbate, qui eodem ferme tempore prope Bellovacum

Act. Ben. to. 1. p. 128.

Act. Ben. p. 354. Sue. 29. Dec.

Mart. Rom. 29. Dec.

Act. Ben. p. 366.

lovacum degebat, non est confunden- Sæculum VI.
dus. A. C. 535.

§. XLVII.

Joannis II. obitus. Agapitus Papa.

Joanni Mercurio Papæ 26. April. anno 535. postquam sedisset annis tribus & quatuor Mensibus, ad Cœlum translato, successit Agapitus Archidiaconus Gordiani Presbyteri Filius, qui quarta Maji ordinatus ferme anno uno Sedem obtinuit. Sub Pontificatus sui Auspicia in medio Ecclesiæ Anathematizationis Libellis, quos Bonifacius Papa ab Episcopis & Presbyteris contra Dioscorum æmulum suum extorserat, publice comburi jussis, Ecclesiam ab invidiosa rei memoria liberavit. Contumeliosus Episcopus Rejensis, quamvis causa ipsius ex Mandato Joannis Papæ ab Episcopis Galliæ fuisset judicata, nihilominus ab eorum Sententia ad Sanctam Sedem sibi appellandum esse existimavit. Hinc Agapitus Papa ad S. Cæsarium Arelatensem scripsit in hunc modum: *Judices delegabimus, ut ea, quæ in Causa Contumelioſi egistis, examinent. Quamvis vero ei licentiam ad Ecclesiam suam redeundi dederitis, tamen suspensus sit, donec feratur Sententia. Solum Bona ipsius propria ei reddantur, & unde congrue sustentetur. Interim de Bonis Ecclesiæ nihil valeat decernere,*

Sup. §. 25. *Lib. Pont.*

Sup. §. 40.

Ep. 7.

Sæculum VI. A.C. 535.

nere, & Missam non celebret, sed Visitator ipsius munere fungatur. Hæc Epistola decimo quinto Cal. Aug. post Consulatum Paulini junioris, id est, decima octava Julii anno 535. data est. Alia Epistola eadem die data Agapitus Papa S. Cæsario licentiam concedere renuit Fundos Ecclesiæ alienandi ad alendos pauperes, *quia*, inquit, *adversus Canones agere non audemus, quæcunque nascatur occasio, aut cujuscunque etiam Personæ utilitas id exposcere videatur.*

Ep. 6.

§. XLVIII.

Justinianus Africam recuperat.

Inter hæc Summus Pontifex acceptis Epistolis Synodicis Episcoporum Africæ ipsorum Ecclesias Libertati redditas, & a jugo Vandalorum vindicatas, comperit. Cum jam anno 531. Rex Vandalorum Hildericus a Gilimero, cui post eum corona destinabatur, Solio dejectus fuisset, Justinianus, hujus facinoris vindicta in se susceptа, fœdera inita inter Zenonem Imperatorem & Regem Gensericum fregit. Itaque anno Regni sui septimo, cum tertio Consul esset, nempe 533. quingentarum navium Classem Belisario Præfecto in Africam misit. Antequam Belisarius mari se committeret, Imperator Prætoriam ad littus & Cæsareum Palatium, quam proxime poterat, advehi jussit

Lib. 1. *ff. de Confir. digest.*

Procop. 1. *Vand. c.* 12.

Sæculum VI.
A. C. 535.

juſſit, atque Epiphanius Patriarcha congruis precibus navigio benedixit, impoſito uno milite neo-baptizato. Vix fuere, qui Africam defenderent; igitur Romanorum exercitus in Vigilia Feſti S. Cypriani, id eſt, 13. Sept. mœnibus Civitatis Carthaginenſis admotus eſt. Extra urbem in littore maris Eccleſia erat S. Cypriani honori dedicata, quam Ariani Feſtum celebraturi exornaverant. Purgaverant pavimentum, lucernas ſuſpenderant, atque omnia ornamenta, quæ in Theſauro ſervabantur, expromſerant. Verum cum eadem die aliquot Vandalorum turmæ, haud procul inde caſtra metatæ, a Romanis fuiſſent profligatæ, aufugientibus Arianorum Presbyteris Catholici Eccleſiam S. Cypriani ingreſſi lucernas accendunt, & Feſtum ſolemniter celebrant. Gilimero capto Vandalorum in Africa Regnum poſt annos centum & ſeptem, ex quo eam occupaverant, Juſtiniano quarto Conſule, Indictione duodecima, nempe anno 534. extinctum eſt.

ibid. c. 21.

Sup. XXIV §. 51.

Beliſarius Conſtantinopoli triumphavit. Inter ſpolia opima, quæ in hoc Triumpho circumferebantur, nihil magis viſu dignum fuit, quam Vaſa Sacra Jeroſolymitana ab Imperatore Tito olim Romam allata & a Genſerico expilata urbe Carthaginem translata. Quidam Judæus conſpectis his Vaſis ad aliquem Procerum dixit:

L. II. Vand. c. 9. Africa ſubacta. *Sup. l. II. §. 40.* *Sup. lib. XXVIII. §. 55.*

Sæculum VI. A.C. 535.

dixit: *non licet hæc vasa in Palatium Constantinopolitanum inferre, quia illa in eo solum loco esse oportet, in quo posuit ea Salomon. Ut hoc crimen puniret Cælum, Imperii Caput Roma olim a Genserico direpta, & nunc a Romanis Regia Vandalorum Sedes capta.* (*) Cum hæc dicta ad Imperatorem fuissent relata, timore correptus mox omnia illa Vasa ad Ecclesias Jerosolymitanas transferri jussit.

Africa subacta Justinianus Reipublicæ formam, & Magistratus, restituit. Tunc Africa in septem Provincias divisa; nimirum Zeugitanam, quæ prius Proconsularis dicebatur, Carthaginensem, Byzacenam, Tripolitanam. Has quatuor Viri Consulares regebant. Tres aliæ

L. 1. Cod. de Præf. Præt. Afr.

(*) Speciosa satis hic Judæus afferebat argumenta. Nempe ejusmodi argutiis obstinata hæc Natio suæ Perfidiæ velamen obtendit. R. P. Boucherius Ord. Min. in suo Fasciculo Sacro seu Itinere in Terram Sanctam Colloquium refert, quod vir Catholicus & Judæus miscuere. Quærebat ex Judæo Catholicus, quam ob causam Deus Populum suum in Veteri Testamento toties dura captivitate premi permisisset? respondit Judæus, hac pœna Deum Patrum suorum Idololatriam castigasse. Rursus Catholicus; quænam Captivitas ceteris omnibus fuisset longior. Respondit Judæus, fuisse illam septuaginta annorum, nimirum Babylonicam. Instat Catholicus: *cur vero*

aliæ erant Numidia, Mauritania & Sardinia, in quas Præsides missi. Omnes autem Præfecto Prætorio Africæ, qui Carthagine Sedem habebat, parere jussi erant. Justinianus multas urbes restauravit, multa ædificia & Ecclesias magnæ molis eduxit. In una Urbe Leptiensi quinque Ecclesias, & cœteris spectabiliorem S. Virgini dedicatam extruxit. Item aliam eidem Virgini in urbe Septa prope fretum, quæ hodie Ceuta dicitur, ædificavit. Rursusque aliam Carthagine, & in eadem urbe Monasterium, quod a suo Nomine Justinianeum appellari voluit.

Sæculum VI. A. C. 535.

Proc. ædif. Lib. VI.

§. XLIX.

vero postquam Titus Jerosolymam cepit, Captivitas hæc ultima & Gentis vestræ calamitas jam annos mille & septingentos durat? Reponit Judæus, Gentis suæ avaritiam & inter Fratres Discordiam illa Peccata esse, quæ Deus tam diuturna Captivitate puniret. Ad hæc Catholicus: *Quis credat, hodie avaritiam vestram & Discordiam graviora peccata esse, & majore pœna digna, quam olim Patrum vestrorum Idololatriam, quod est peccatorum omnium maximum? imo Deus effusum Filii sui Sanguinem vindicat, & Judæorum rabiem, clamantium: Sanguis ejus sit super nos, & super filios nostros!* Matth. 27. 25. Non habuit Judæus, quod reponeret.

Sæculum VI. A.C. 535.

§. XLIX.

Concilium Carthaginense.

Interea Bonifacio Episcopo Carthaginensi vita functo suffectus est Reparatus, qui Concilium Generale Africæ secundum consuetudinem, ob miseram Servitutem per integrum Sæculum interruptam, convocavit. Adfuere Episcopi ducenti septendecim in Basilica Fausti, ubi multorum Martyrum Corpora quiescebant, congregati. Maximas Deo Gratias ob suam Liberationem inter lacrymas agentes ad reducendam Disciplinam animum adjecerunt. Concilio Niceno perlecto deliberabant, quomodo Episcopi Arianorum, qui ad Ecclesiam Catholicam regrediebantur, essent recipiendi. An Dignitatem Episcopalem essent retenturi, vel tantum ad Communionem laicam admittendi. Quamvis vero hujus Concilii Patres non obscure mentem suam aperuissent, illos tanquam Episcopos non esse recipiendos, statuerunt tamen, ut prius S. Sedes consuleretur. In hunc finem duo Episcopi fuere delegati Cajus & Petrus, atque unus Diaconus, nomine Liberatus, qui jam illo tempore, quo causa Monachorum Acemetensium movebatur, Romam missus fuerat. His commissa est Epistola Synodica ad Joannem Papam, tunc in vivis agentem, directa,

Ep. Synod. to. 4. Conc. p. 1755.

recta, in qua præterea quærebatur; an qui infantes ab Arianis fuissent baptizati ad Ordinem Clericalem evehi possent. Quia etiam Episcoporum aliqui, Vandalis dominantibus, mare trajecerant, rogatur Papa, ne ad suam Communionem illos recipiat, qui exhibitis Episcoporum Africæ litteris probare non poterunt, se ob utilitatem Ecclesiæ missos. Sæculum VI. A. C. 535.

In hoc Concilio Felicianus Episcopus Ruspensis quæsivit, quid sibi circa Monasterium a S. Fulgentio Antecessore suo fundatum observandum esset. Felix Episcopus Zactaviensis in Numidia Nomine Concilii respondit, nihil eorum, quæ Bonifacius Archiepiscopus præcepisset, esse mutandum; Monasteriis plenam Libertatem, a Conciliis concessam, esse relinquendam, scilicet, Monachis Episcopum Diœcesanum adeundum, ut Clericos ordinari, & Oratoria consecrari peterent. Monachi sub Regimine suorum Abbatum essent, quo mortuo alium eligerent, nec istam electionem Episcopus sibi reservare posset. Si in Electione discordiæ orirentur, aliorum Abbatum judicio componerentur. p. 1785. Concilium Carthaginense.

Ejusdem Concilii Carthaginenſis Patres ab Imperatore Restitutionem Bonorum & Jurium Ecclesiarum Africæ, quæ Vandali usurpaverant, petierunt. Ob hanc rem Diaconus, cui Nomen Theo-

Sæculum VI. A. C. 535.

dorus, Constantinopolim missus ab Imperatore Justiniano obtinuit Legem ad Præfectum Prætorium in Africa directam, in qua præcipit, ut omnes fundi Ecclesiis Africæ erepti restituantur, ea conditione, ut tributa pendantur. Ædes etiam, & Ecclesiarum Cimelia reddantur. Ariani, aut Donatistæ, Conventus agere, Episcopos aut Clericos ordinare, baptizare, quemquam pervertere, aut aliquo munere publico fungi prohibentur. Ecclesiæ Carthaginensi omnia jura a Legibus antecedentibus Ecclesiis Metropoliticis asserta sint salva. Hæc Lex prima Aug. Belisario Consule, id est, anno 535. data.

ap. Bar. an. 35. p. 234. Nov. 37. Edit. Pitha. p. 691.

§. L.

Leges Ecclesiæ faventes.

Justinianus eodem anno plures Leges Ecclesiæ utiles condidit. Has omnes Novellæ ejus, ita dictæ, quod promulgato Codice essent posteriores, complectuntur. Sexta de Ordinationibus Episcoporum & Clericorum decernit, id est, hortatur, ut Canones observentur. Præcipit etiam, ut Episcopus uxorem non habeat, nec liberos, & saltem Menses sex inter Clericos vel in Monasterio fuerit. Canones non ignoret, & in sua Ordinatione interrogetur, an juxta Canones vitam suam velit instituere. Id hodie adhuc

§. 4. 7.

§. 8.

huc in Ordinationis Formula legimus. Simonia tam ſevere prohibetur, ut credi poſſit, quod inciperet eſſe frequentiſſima. In hujus ſceleris pœnam ſtatuitur, ut reus non tantum a Dignitate, quam ambiebat, arceatur, ſed etiam illa, quam habet, privetur, & reſtituta pecunia ærario Eccleſiæ addicatur. Laici ad reſtituendum duplum, atque ad Exilium perpetuum condemnantur. Omnis conditionis homines audiantur, ſi contra alicujus ordinationem quidquam afferant, & prius nemo ordinetur, quam Accuſatoris argumenta fuerint ad examen vocata.

Sæculum VI
A. C. 535

§. 9.

§. 10.

Epiſcopus plus anno ab Eccleſia ſua non abſit. Si quæ Cauſa Eccleſiæ longiorem anno moram petat, aliquem Clericorum conſtituet, qui eam proſequatur.

c. 2.

Nulli Epiſcoporum liceat ad Aulam ſe conferre ſine conſenſu ſui Metropolitæ, nec Imperatori colloqui, niſi prius Cauſæ ſuæ rationem Patriarchæ Conſtantinopolitano expoſuerit.

c. 3.

Presbyteris & Clericis præprimis Continentia commendatur.

c. 4. 5.

Diaconiſſæ ſive Virgines ſive viduæ quinquagenariis majores ſint.

c. 7.

Clerici, qui veſtem & vitam Clericalem dimiſerint, Magiſtratibus in functionibus publicis ſervire cogentur.

Novellæ.

In ſingulis Eccleſiis Clericorum numerus in fundatione præſcriptus ſervetur, & non augeatur.

c. 8.

Hæc

Sæculum VI. A. C. 535.

Lex ad Euphemium Patriarcham Constantinopolitanum directa est, atque etiam, quia universalis est, ad Patriarcham Alexandrinum, qui non nominatur, ad Ephrem Antiochenum, Petrum Jerosolymitanum, & ad Præfectos Prætorio Orientis & Illyrici missa.

Quod in Parte tertia de diminutione Numeri ingentis Clericorum continetur, speciatim pro Ecclesia Constantinopolitana in Novella tertia præscriptum fuerat. Ab initio Ecclesiarum Fundatores opes suppeditaverant sufficientes, quibus omnes Clerici sustentarentur, atque numerum Presbyterorum, Diaconorum, Diaconissarum, Subdiaconorum, Cantorum, Lectorum, & Ostiariorum, quot ad Ministerium Ecclesiæ necessarii essent, definierant. Postea autem Episcopi, dum supplicantibus plus justo indulgent, Clericorum numerum immensum auxerunt, ita ut, cum Ecclesiæ Reditus eorum stipendiis non sufficerent, pecuniæ mutuæ accipiendæ fuerint, dandæ usuræ, fundi oppignorandi, & postquam Clericis fides apud Creditores perierat, alienanda fuerint Bona. Ita nempe Ecclesiarum opes pessumdabantur. Igitur Imperator prohibet, ne ullæ jam ordinationes fiant, usque dum plures non essent Clerici, quam per Fundationem sustentari possent. Speciatim vero de magna Ecclesia Constantinopo-

c. 1.

tinopolitana præcipit, ut plures non alat quam Presbyteros ſexaginta, Diaconos centum, Diaconiſſas quadraginta, Subdiaconos nonaginta, Lectores centum & decem, & Cantores viginti quinque, ita ut totus Clerus quadringentis viginti quinque viris conſtet. Præterea memorantur Oſtiarii centum, qui inter Clericos cenſeri non videntur. Id autem notandum, hos Clericos præter Eccleſiam Cathedralem etiam duabus aliis Eccleſiis miniſtraſſe. Conditio Clericorum in uno loco ſtabilis ſit, nec liceat illis poſtulare, ut a minore Eccleſia ad majorem transeant. Sæculum VI. A.C. 535. c. 2.

In Novella ſeptima Imperator prohibet Eccleſiarum Bona alienari. Primo nulla Eccleſia Monaſterium aut Hoſpitium Bonorum ſuorum immobilium aliquod alienare poſſit. Soli Principi liceat, aliquod immobile Eccleſiæ cum alio æqualis, aut majoris valoris permutare. Emphytevſis Bonorum Eccleſiaſticorum non ſit perpetua, ſed in Emphytevta liberis ejus & Nepotibus terminetur. Poteſt immobile Eccleſiæ in uſumfructum accipi ea conditione, ut aliud æqualis pretii immobile Eccleſiæ detur, atque tam unum quam alterum poſt mortem Uſufructuarii Eccleſiæ cedat. Poteſt Bonis Eccleſiæ hypotheca generalis non autem ſpecialis imponi. Sacra vaſa non alia c. 1. c. 2. Juſtiniani Novellæ. c. 3. c. 4. c. 6. c. 8.

Sæculum VI. A. C. 535.

ex causa quam ad redimendos captivos alienare liceat. Monasteria, in quibus Oratoria & Altaria sunt, vendi non possint, & in usus profanos adhiberi, quod in Ægypto factum fuerat.

c. 11.

Novella quinta ad Monachos spectat.

c. 1. Nullum fundetur Monasterium sine licentia Episcopi, qui ibi Crucem erigat, &

c. 2. precibus suis locum consecret. Novitii annis tribus stabunt, antequam Habitum accipiant, & profiteantur; utrumque enim eodem tempore fiebat. Hoc temporis spatio, qui Servi sunt, vindicari possint. Monachi in eadem Domo habitabunt, & in eodem loco dormient. Bona Monachi Monasteria acquirantur, &

c. 3. si egrediatur, ea repetere non possit. Ipse

c. 4. 5. Magistratuum famulitio sicut Clericus

c. 6. Desertor addicetur. Si ad aliud Mona-

c. 7. sterium transeat, Bona priori Monasterio

c. 8. sint acquisita. Si Monachus Clericus ordinetur ex numero illorum, quibus permissum est inire Matrimonium, & Matrimonium etiam ineat, ex ordine Clericorum ejiciatur. Abbatem Episcopus eli-

c. 9. gat, qui non ætatis sed meriti rationem habeat. Omnia hæc Præcepta etiam ad Monasteria Virginum extenduntur. Leges istæ ad Epiphanium Patriarcham Constantinopolitanum diriguntur, estque omnino conjiciendi locus, ipsius potissimum consilio fuisse conditas.

Post

Post Legem aliam, quæ ad Rectores Provinciarum spectat, occurrit Edictum ad omnes Archiepiscopos & Patriarchas directum. In eo præcipit Imperator, ut Legem præcedentem ab omnibus observari diligenter curent, & Magistratus, qui munere suo fungerentur, aut negligerent, indicent. Jubet etiam, ut postquam Lex fuerit promulgata, in Ecclesia cum Vasis Sacris asservetur, & lapidibus incidatur, Ecclesiarum porticibus affigenda.

Sæculum VI. A.C. 535. *Nov.* 8.

Justinianus Imperator comperto, Agapitum Papam fuisse ordinatum, misit ad eum Fidei Confessionem, rogavitque, ut permitteret, Arianos conversos suas Dignitates servare. (*) Id ad Delegationem Concilii Carthaginensis referri debere videtur. Imperator in ea Epistola etiam Stephani Episcopi Lariſſæi & Achillis in ipsius locum ab Epiphanio Constantinopolitano ordinati mentionem faciebat. Tandem petebat, ut Episcopum Justinianensem crearet suum in Illyrico Vicarium. Erat Justinianæa magna Civitas, quam Justinianus in Dardania prope illum Pagum, in quo ipse primo lucem aspexerat, ædificari jussit. Hanc appellavit Justi-

Agap. ep. 4.

Procop. 4. *ædif. c.* 1.

(*) Quis non videt, Justinianum Orientis Imperatorem hoc facto fuisse professum, quod Pontifex Romanus totius Ecclesiæ Christianæ Caput sit?

Sæculum VI. A. C. 535. nianæam primam, ut ab aliis, quibus idem Nomen impoſuit, diſtingueret, & Illyrici Metropolim eſſe voluit.

§. LI.

Agapiti Papæ Epiſtolæ.

Papa Imperatori reſcribens Fidei Confeſſionem approbat, partas Victorias & Imperii incrementum gratulatur. *Epiſt.* 4. Quod ad Arianos pertinet, laudat zelum Imperatoris eorum Converſionem cupientis; at ſimul excuſat, dicens, nihil ſe poſſe decernere contra Canones (*) æque unum ac alterum prohibentes, ne Hæretici reconciliati nec ad ordines altiores promoveantur, nec in illis, in quibus ſunt, conſerventur. *Converſionem ſuam*, inquit, *non eſſe ſinceram produnt, ſi ambitionem premere nequeant. Cauſam vero Stephani Lariſſæi, cum conſentias, ut a Legatis Noſtris excutiatur, illis, quos propediem miſſuri ſumus, tractandam committemus, & jam nunc Achillem in Noſtram Communionem recipimus. Ad purgandum Epiſcopum Epiphanium, quod ipſum ordinaverit, affers, ipſum tuo Mandato id feciſſe, ſed ipſum, cum Epiſcopus eſſet, monere te oportebat, quid Sacræ Sedis*

(*) S. Agapitus Papa hoc Reſponſo facem præfert ad decidendam illam Quæſtionem, an Papa ſit ſupra Canones.

dis Reverentia exigeret. Ceterum dicit Papa, Legatos suos Imperatori indicaturos, quid in Negotio novæ urbis Justinianææ facturus esset. Epistola ista 15. Octobr. & ex consequenti anno 535. data est. Omnino etiam Agapitus Papa Legatos Constantinopolim quinque Episcopos, scilicet Sabinum Canusinum, Epiphanium Eclanensem, Asterium Salernitanum, Rusticum Fesulanum, & Leonem Nolanum misit. Sæculum VI. A. C. 535. *Conc. Const. Act. 1. to. 5. p. 11.*

Interim Episcopis Africæ, Epistola Synodica, quam ad Joannem Papam scripserant, obsignata, cum eos, qui eam delaturi erant, hyemalis rigor a suscipiendo itinere retardaret, affertur nuncium, mortuum esse Pontificem, & ordinatum Agapitum. Itaque Reparatus Gratulatorias ad novum Pontificem adjunxit. Rescripsit ei Papa, simulque ad Epistolam Synodicam ad Antecessorem suum directam respondit. Præcipit, ab antiquis Statutis non recedere, & Arianos contentos esse, si ad Ecclesiam Catholicam recipiantur quacunque ætate baptizati fuissent, non autem exigere, ut ad Clericalem ordinem admittantur, vel in quocunque gradu conserventur. Consentit etiam Papa, Clericos peregrinos recipi non debere, nisi Superiorum suorum licentiam exhibeant, ut Clericis per orbem vagandi occasio adimatur. *Epist. 2.*

Itaque

Sæculum VI. A. C. 535.

Itaque Ecclesiæ Africanæ post tot calamitates reflorescebant, & conversione quorumdam Barbarorum augebantur. Nimirum fidem susceperunt Mauri, qui Regionem Tripolitanæ vicinam incolebant. Horum urbs Cidamus appellabatur, ipsique dicebantur *Pacati*, ob integerrimam fidem, qua Pacem cum Romanis servabant. Omnes Justiniani Imperatoris cura, sicut etiam Gadabitani Leptisienſibus proximi ad Christiana Sacra transierunt. In extrema parte Pentapoleos duæ urbes erant positæ, quæ ambæ Augila dicebantur. Incolæ adhucdum Ammonem & Alexandrum Divinis honoribus prosequebantur, iisque ferebant Sacrificia. Justinianus vera fide imbui jussit, & Christianos reddidit ædificata in eorum Patria S. Virginis Ecclesia. In Ecclesiam mutavit templum, quod Judæi habebant Borione, urbe Mauruſianis contermina. Eam ipsi a Salomone ædificatam jactabant. Hos igitur omnes Justinianus adduxit, ut Religionem Christianam amplecterentur.

Procop. IV. ædif. c. 8.

Ibid. c. 4.

Ibid. c. 2.

§. LII.

Epiphanius obit. Anthimus Patriarcha Constantinopolitanus.

Interim Epiphanio Constantinopolitano Patriarcha anno 535. vita functo Anthimus

Sæculum VI. A. C. 535.

thimus Episcopus Trapezuntinus Theodoræ Imperatricis favore in Sedem defuncti evectus est. Catholicus a plerisque habebatur, hinc unus ex Delegatis Catholicorum contra Severianos fuerat. Re ipsa tamen sicut & ipsa Imperatrix Concilii Calcedonensis hostis erat. Ephrem Patriarcha Antiochenus de hac ordinatione certior factus scripsit Imperatori, rogans, ut curam gereret, ut Epistolæ Synodicæ Anthimi, quas pro more missurus esset, Doctrinæ Ecclesiæ integerrime consentirent. Acceptis deinde ipsius epistolis Synodicis ad eundem rescripsit, non recusans easdem recipere (quippe Anthimus impiam Doctrinam solerter texerat) sed rogans, ut Fidem suam magis clare & distincte exponeret, atque Eutychem Doctrinamque ejus anathematizaret. Ephrem, quid Anthimus sentiret, minime ignorabat; id enim cognoscimus ex Epistola ipsius ante ad eum data, in qua monstrabat, quod Concilium Calcedonense Nestorium & Eutychem pariter damnasset, & ostendebat, in quo articulo posterior esset Hæreticus.

Liber c. 20. Marc. Chro. an. 535. Sup. §. 32.

Phot. Bibl. Cod. 128. p. 777. in fin.

Ibid. p. 781.

Anthimo ordinato eo usque Acephalorum crevit audacia, ut illius Sectæ Duces, scilicet, Severus Anti-Patriarcha Antiochenus, Petrus a Sede Apamiensi pulsus, & aliquis Monachus Syrus, cui nomen

Sæculum VI. A. C. 535.

men Zoara, non tantum Constantinopolim se conferrent, sed etiam in privatorum domibus conventus agerent, imo & baptizarent. Abbates Catholici Constantinopolitani Romam miserunt, qui docerent, quam malo loco Res fidei starent; cum vero comperissent, ipsum Papam Constantinopolim venturum, adventum ejus expectare statuerunt, postquam Imperator promisisset, curaturum se, ut omnia effectui darentur, quæcunque Pontifex contra Schismaticos Canonice decrevisset.

Lib. tom. 5. Conc. p. 32.

§. LIII.

Agapitus Papa Constantinopoli.

Agapitus Papa Theodati Regis Gothorum imperio Constantinopolim proficisci coactus est. Quippe cum Justinianus devictis Vandalis, & Africa in potestatem redacta, etiam Italiam a Gothorum jugo liberare cogitaret, Theodatus imminente periculo territus, datis ad Papam Senatumque Romanum litteris mortem denunciat Senatoribus, uxoribus Liberisque eorum, nisi efficerent, ut Imperatoris exercitus ab Italia averteretur. Ergo Agapitus Papa hanc Legationem in se suscipere quasi compulsus, cum tam longo itineri subeundo pecuniæ sibi non suppeterent, Vasa sacra Ecclesiæ S. Petri oppignoravit, pro pecuniæ Summa, quam ei

Procop. 1. Goth. Liber. brev. c. 21. Marcel. Chr. an. 535. 596.

Cassio. XII. Var. 20.

ei ærario Principis Præfecti accepto ipsius chirographo mutuam dederunt. Ubi in Græciam pervenit Agapitus, hominem ad eum adduxerunt nec loqui nec a terra surgere valentem. Papa Parentes ipsius, qui eum obtulerant, interrogavit, an crederent sanari posse. Responderunt; se id futurum per Dei omnipotentiam & S. Petri Auctoritatem firmiter sperare. Mox Papa orare cœpit, & Missam inchoavit, qua celebrata ab Altari procedit, claudum manu prehendit, & terra levat, & præsente omni populo ingrediendi facultatem eidem restituit. Tum immisso in os ipsius Corpore Domini nostri lingua quoque ab ægritudine liberata & soluta est.

Sæculum VI. A. C. 536.

Greg. III. Dial.

Papa Constantinopolim intravit secunda die Febr. anno 536. quinque Episcopis Legatis suis & Clericis, quos adduxerat, scilicet, Theophane & Pelagio Ecclesiæ Romanæ Diaconis, Menna & Petro Notariis & quibusdam aliis comitantibus. Missis ab Imperatore, qui venientem exciperent, honorem exhibuit, at novo Patriarchæ Anthimo colloqui noluit. Illud vero, quod Legationis susceptæ causa fuerat, obtinere non potuit, ut bellum a Gothorum cervicibus removeret, quod in hujus apparatum Imperator ingentes sumptus impendisset. Itaque solius Religionis negotium tracta-

Lib. brev. c. 21.

Libell. to. 5. Conc. p. 32.

re

Sæculum VI. A.C. 536.

re statuit. Imperatore atque Imperatrice rogantibus, ut Anthimi Salutationem admitteret, & in Communionem reciperet, utrumque se facturum promisit Papa, si modo Anthimus Fidei Confessionem manu sua scriptam, & Catholicam traderet, & ad Sedem suam Trapezuntinam reverteretur; *impossibile enim est*, inquiebat, *ut translatitius homo in Sede Constantinopolitana permaneat.* Imperatrix secreto magna munera Papæ offerebat, minas etiam intentabat; sed Agapitus in Sententia stetit immotus. Imo Imperatori persuasit, ut Anthimum deponi juberet, qui Severo Auctore Sedem Constantinopolitanam relinquere, quam Fidei Catholicæ Professionem dare maluit. Id quippe suo instinctu factum Severus in epistolis suis ad Theodosium Alexandrinum gloriabatur.

Evagr. IV. hist. c. 11.

§. LIV.

Anthimus deponitur.

Anthimus ad Concilium, quod Papa ad eum judicandum Constantinopoli celebravit, venire recusans, depositus est,(*) & Pallium suum Imperatori reddidit, discessitque in locum, ubi eum Imperatrix suo

Liber. c. 21.

(*) Hoc solo exemplo satis refutantur dicentes, nullam fuisse Romanorum Pontificum Constantinopoli Auctoritatem.

suo Patrocinio tueretur. Cum Anthimo Severus, Petrus & Zoara damnati. Pulso Anthimo Episcopus Constantinopolitanus electus est Mennas Alexandriæ natus, magni Nosocomii S. Samsonis Constantinopoli Præpositus, Catholicus, Concilium Calcedonense recipiens, Scientia & Morum integritate insignis. Eum Imperator omnibus Clericis & Populo applaudente delegit, & Papa suis manibus in Ecclesia S. Mariæ consecravit. Sæculum VI. A.C 536. *Libell. to. 5. Conc. p. 14.*

Agapitus Papa, data Epistola Synodali ad Petrum Patriarcham Jerosolymitanum, quæ in hoc Concilio egisset, edocuit. *Cum ad Imperatoris Aulam*, inquit, *pervenissemus, Sedem Constantinopolitanam ab Anthimo Episcopo Trapezuntino usurpatam vidimus. Imo idem errorem Eutychis abjicere recusavit. Quamobrem, postquam Pœnitentiæ tempus frustra concessimus, indignum declaramus, qui Catholicus & Episcopus habeatur, donec Doctrinam Patrum integre receperit. Alii quoque, quos Sancta Sedes damnavit, tibi rejiciendi sunt. Multum admirati sumus, tibi hanc injuriam Sedi Constantinopolitanæ illatam probatam fuisse, cum potius ea ad nos deferre oportuisset. Sed jam hoc vitium delevimus, dum ordinavimus Mennam ex Orientali Ecclesia* to.5. p.417.

Sæculum VI. A.C. 536.

primum, (*) *a Noſtra Sede ordinatum.* Tum Epiſcopi Orientis Papæ, quem Patrem Patrum & Patriarcham appellant, Libellum ſupplicem tradiderunt, in quo Severum accuſant, quod Gentilium Myſteriis fuiſſet initiatus, Doctrinam Eutychis & Manetis ſeminaſſet, Sanctorum Sanguinem in Oriente ſeditioſorum Judæorum manibus & opera effudiſſet. Etiam de Petro Apamienſi & Zoara conqueruntur, quos ſpeciatim ignorantiæ & vitæ licentioſæ incuſant, & orationem claudunt rogando, ut Eccleſia ab his Hæreticis liberetur, Edictum Imperatoris petatur, quod Scripta ipſorum flammis tradi jubeat, atque Sententia in Anthimum pronunciata executioni mandetur. Huic Libello Epiſcopi undecim ſubſcripſerunt, quorum primi ſunt Tholaſſius Beritenſis, Megas Bercenſis & Joannes Gabalenſis. Conſpiciuntur etiam ſigna triginta trium Presbyterorum, Diaconorum aut Lectorum a diverſis Eccleſiis

to. 5. Conc. p. 38. Papa Conſtantinopoli.

Sup. XXXI §. 39.

(*) *Primum a Noſtra Sede ordinatum.* hat der Deutſche Ueberſetzer gegeben: pag. 239. der der erſte von der Orientaliſchen Kirche iſt, und von unſerem Stuhle ſelbſt ordiniret worden. Dieſe Ueberſetzung iſt falſch. Die Römiſchen Biſchöfe haben nicht den Biſchof zu Conſtantinopel für den erſten in Orient gehalten, ſondern den von Alexandria, und nach demſelben den von Antiochia.

siis delegatorum. Primo loco Delegati Antiocheni occurrunt. Sæculum VI. A.C. 536.

Agapitus Papa alium quoque Libellum supplicem accepit, quem ipsi Marianus Presbyter, & Monasteriorum Constantinopoli Exarchus, tam suo quam etiam aliorum Abbatum ejusdem Civitatis, Jerosolymæ, & Orientis, tunc Constantinopoli præsentium, nomine tradidit. Papam titulo Archiepiscopi antiquæ Romæ, & Patriarchæ Oecumenici honorant. (*) Accusant Schismaticos Acephalos Dioscori & Eutychis Sectatores, quod Conventus agerent, & in hunc ferme modum loquuntur: *Virorum Dignitate eminentium Domos ingrediuntur, & suis erroribus fœminas infatuant. Altaria & Baptisteria in ædibus privatis Civitatis, & Suburbiorum, erigunt, & Palatii tutela confisi, omnes contemnunt. Zoaras spretis Imperatoris Legibus, quæ cavent, ne Hæretici congregentur, & baptizent, multos in Festo Paschæ baptizavit, atque inter eos, aliquorum liberos numerare est, qui in Palatio habitant.* Tum supplices de Depositione Anthimi mentionem faciunt, & petunt, ut Pontifex ipsi diem præstituat, qua ad Ecclesiam suam Trapezuntinam redeat, & nisi obediat, ab Episcopatu deponatur, aliusque ordi-

to. 5. Conc. p. 21.

(*) Quid ad hæc Protestantes?

Sæculum VI. A. C. 536.

ordinetur. Item petunt, ut Papa ex Civitate Constantinopolitana ejici jubeat tanquam viros jam diu ante damnatos Severum, Petrum & Zoaram pluresque alios Episcopos, Presbyteros & Monachos tam Nestorianos quam Eutychianos, quos suo loco & tempore nominaturi essent. Huic Libello subscripserunt Abbates nonaginta sex, plerique Constantinopolitani aut ex locis circumjacentibus, aliique ex Palæstina & Syria, nam aliqui litteris Syriacis signarunt. Agapitus Papa hos Libellos ad Imperatorem misit; sed ecce! priusquam Res conficeretur, incidit in morbum, & mortuus est, 22. April. ejusdem anni 536. Pontificatus sui Mense decimo. Obiit itaque Constantinopoli, cum in eo esset, ut omnia necessaria ad reditum suum in Italiam pararet, postquam Pelagium Diaconum Apocrisiarii sui munus apud Imperatorem obire jussisset. Corpus ejus Romam translatum, & ad S. Petrum sepultum est. Agapitus una Ordinatione Diaconos quatuor & Episcopos undecim creavit.

Liber. c. 22.

Lib. Pont.

§. LV.

Concilium Constantinopolitanum sub Menna.

Imperator Justinianus, ut ea, quæ Agapitus inceperat, perficerentur, & Schismati-

maticorum causa finiretur, Concilium Constantinopoli congregari jussit. Sessio prima Sexto Nonas Maji post Consulatum Belisarii Indictione decima quarta id est secunda die Maji anno 536. celebrata. Huic Concilio Mennas præerat. Ad ejus dexteram primo sedebant quinque Episcopi ex Italia, qui tanquam Agapiti Papæ Legati Constantinopolim venerant. Ad sinistram primus sedebat Hypacius Ephesinus. Universim in hoc Concilio quinquaginta duo Episcopi aderant. Proximo loco deinde erant Delegati ab absentibus; primo quidem & separatim Delegati Ecclesiæ Romanæ, nam quinque illi Episcopi Italiæ Nomen totius Occidentalis Ecclesiæ præferebant. Pro Delegatis autem habebantur Clerici quos Agapitus secum adduxerat, atque inter alios Pelagius Diaconus. Deinde sedebant Delegati Ephrem Patriarchæ Antiocheni, Petri Patriarchæ Jerosolymitani, Soterici Archiepiscopi Cæsarienſis in Cappadocia, Elpidii Ancyrani, Photii Corinthii. Clerici Constantinopolitani quoque Concilio intererant. Sed nemo Nomine Ecclesiæ Alexandrinæ ob turbas, quibus agitabatur, adfuit.

Sæculum VI. A. C. 536.

to. 5. init.

Sup. §. 21.

Omnibus suo loco considentibus, introducuntur Abbates, qui Imperatori Libellum obtulerant. Cum ipsis Theodorus Referendarius, illum Libellum Patri-

p. 7.

Sæculum VI. A. C. 536.

bus afferre jussus, intravit. Abbates Constantinopolitani erant quinquaginta quatuor; unde judicare Lector possit, quantus Monasteriorum numerus in hac magna Civitate & vicinia fuerit. Primus erat Marianus Abbas S. Dalmatii. Secundus Agapitus Abbas Diensis. Antiochia, id est, ex secunda Syria, undecim advenerant, quorum primus fuit Paulus ex Monasterio S. Maronis Delegatus. Ex Palæstina aderant Novemdecim Duce Domitiano Monasterii S. Martyrii Abbate. Aliqui ex monte Sinai, & *Raitha* venerant. Abbates & Delegati universim octoginta septem fuere.

Abbates.

Patres jusserunt Abbatum Libellum legi. Is accusationes contra Anthimum, Severum, Petrum & Zoaram continebat, illis ferme similes, quæ in Libellis Agapito Papæ traditis legebantur. Anthimum accusant, quod relicta jam diu Ecclesia sua Trapezuntina falsa asceticæ vitæ specie hominibus imposuisset. Tum oratione ad Imperatorem directa dicunt: *Quamvis hos Schismaticos pellere potuisses, Laude tamen dignus es, quod volueris, ut secundum Canones judicarentur ab Archiepiscopo antiquæ Romæ, quem Deus huc ad nos misit, sicut olim S. Petrum Romam Simonis præstigias dissipaturum. Igitur supplices a te petimus, ut Papæ Sententiam executioni dari jubeas, & Ecclesiam ab Anthi-*

p. 11.

Anthimo cæterisque istis Hæreticis libe- Sæculum VI.
res. Tum Episcopi Italiæ & Sacræ Se- A.C. 536.
dis Legati Libellos duos Agapito Papæ *p.* 22.
tam ab Abbatibus quam ab Episcopis tra-
ditos, & Epistolam Synodalem Agapiti,
ad Petrum Jerosolymitanum datam, le-
gendam obtulerunt. Ut huic Epistolæ
fieret satis, Mennas Mandatarios consti- *p.* 47.
tuit, qui Anthimum quærerent, quæ acta
essent significarent, & citarent, ut post
dies tres in Concilium veniret. Hic fuit
Sessionis primæ finis.

Sessio secunda post quatriduum, sci-
licet, sexta Maji anno 536. celebrata.
Mandatarii retulerunt, quod Anthimum
in omnibus locis, in quibus ipsum inve-
niendi spes fuisset, perquisivissent, sed,
ubi esset, detegere non potuissent. Ad
hoc Mennas Patriarcha dixit: *etsi An-*
thimi voluntas in Concilium non veniendi *p.* 58.
satis pateat, nihilominus ut JEsu Christi
lenitatem imitemur, iterum trium dierum
moram ei concedimus. Et alios Manda- Sessio
datarios delegavit, qui postquam decima secunda.
Maji, quid egissent, retulissent, Patriar- *p.* 66.
cha tertio moram concessit, & rursus alios *p.* 71.
misit Mandatarios. Tum ne ullus igno-
rantiam obtendendi locus Anthimo relin-
queretur, jussit publice affigi Monito-
rium, in quo Inquisitio, & Citatio conti-
nebantur.

Sæculum VI. A. C. 536.

Singulis Citationibus dies tres dati fuerant, & septem dies Monitorio, itaque ad Sessionem quartam demum 21. Maji convenerunt. Mandatariis referentibus quod diligenter perquisivissent, nec tamen, ubi Anthimus lateret, potuissent explorare, & Monitorium fixissent, Mennas Patriarcha Patrum Sententiam exquisivit, & primo quidem Romanorum, deinde reliquorum in Concilio præsentium. Tum Hypacius Ephesinus jubente Concilio pronunciavit; reum esse Anthimum, & violasse Canones, cum se ab una Sede ad aliam transferri consensisset, in Religionem quoque peccasse, cum secreto tueatur Hæresin Eutychis, & Ecclesiarum Pacem, quam reducere tantæ molis fuerat, turbare adnitatur, contra datam Imperatori fidem, & pollicitationem in suis epistolis Patriarchis factam, se in omnibus Sacræ Sedis Sensum secuturum. Sufficiens tempus Pœnitentiæ ipsi concessum, jam tandem in errore contumaciter perseverantem secundum Papæ Sententiam Episcopatu Trapezuntino & Christianorum Communione esse privandum. Patriarcha itaque judicium his consentaneum tulit. Tunc vero consurgentibus Patribus Orientales & quidam alii sæpius acclamarunt, postulantes ut simul Severus, Petrus & Zoara anathematizarentur. *Ejicite,*

p. 78.
p. 82.
p. 86.
p. 90.
p. 91.

cite, clamabant, *impios, qui in Domibus privatorum baptizant! deſtruite Zoaræ ſpeluncam! incendite Hæreticorum latibula! ut quid Petrus Monaſteria habet, omnis generis Hæreticorum receptacula?* Rogabat Patriarcha importunos ut expectarent, donec Imperatoris voluntatem exploraſſet. Hunc finem ſortita eſt Seſſio quarta, cui ſeptuaginta & unus Epiſcopus ſubſcripſerunt. Latini ſubſcripſerunt Latine, Græci Græce & Syri numero quadraginta Syriace. Sæculum VI. A.C. 536

§. LVI.

Severus, Petrus & Zoara damnantur.

Ad Seſſionem quintam quarta Junii anno 536. conventum. Theodorus Referendarius Libellos Imperatori ab Epiſcopis ſecundæ Syriæ, Abbatibus Conſtantinopolitanis & quibusdam Jeroſolymitanis traditos attulit. His legi juſſis & Referendario Imperatoris recedente, lecta eſt etiam Epiſtola Monachorum ad Patriarchas Romanos & Concilium directam. In ea dicebant, Sententia in Anthimum pronunciata, jam cogi ſe etiam accuſare Severum & Petrum, qui totum Orientem perturbaſſent. Hic ipſorum crimina, ſuperius memorata, referunt, & petunt, ut Severus & Petrus Anathemate percutiantur, Imperator vero rogetur,

p. 100. *p.* 107. *p.* 118. *Sup. XXXI* §. 45. 46. *p.* 126.

Sæculum VI. A. C. 536.

getur, ut eos Constantinopoli ejiciat, Conventus illicitos prohibeat, & scripta impia Severi flammis consumi jubeat. Subjungunt: *Petimus etiam, ut ille Syrus damnetur, qui Zoara dicitur, homo stupidus & insolens, qui nihil, nisi quod ab istis didicit, capit.*

Huic Libello satisfacturi Romani postularunt, ut duæ Epistolæ Hormisdæ Papæ, prima 10. Febr. anno 518. ad Monachos secundæ Syriæ, & altera ad Epiphanium Patriarcham Constantinopolitanum 26. Maji anno 521. datæ legerentur, in quibus Severum Antiochenum, & Petrum Apamiensem damnabat. Legatis has epistolas latine scriptas exhibentibus versio earum Græca prælecta est. Tum Patriarcha Mennas Notarios Ecclesiæ Constantinopolitanæ Tabulas ad hanc Causam pertinentes producere jubet. Lectus est Libellus Clericorum & Monachorum Antiochenorum Patriarchæ Constantinopolitano Joanni & ipsius Synodo anno 518. traditus. Item Relatio ejusdem Synodi Patriarchæ facta, in qua Severus anathematizatur. Libellus Abbatum Constantinopolitanorum, vi cujus Concilium Sententiam dixerat. Tum Acclamationes in Ecclesia Constantinopolitana 15. Julii anno 518. Epistolæ Joannis Constantinopolitani ad Joannem Jerosolymitanum & Epiphanium Tyriensem

p. 143. *Sup XXXI* §. 38. 54.

Concilium Constantinopolitanum.

p. 155.

p. 158. *Sup. XXXI* §. 45. *p.* 162.

Sup. XXXI §. 42.

ibid. n. 40.

ibid. n. 43.

sem

sem in Causa Reconciliationis. Epistola Synodalis Joannis Jerosolymitani ad Joannem Constantinopolitanum. Epistola Epiphanii Tyriensis ad Concilium Constantinopolitanum. Acclamationes in Ecclesia Tyriensi 16. Sept. 518. Epistola Episcoporum secundæ Syriæ ad Joannem Constantinopolitanum & ipsius Synodum, continens Accusationes contra Severum & Petrum. Inquisitiones illius Provinciæ Præsidis contra Petrum secundum Libellum a Clericis Episcopis oblatum. Libellus Monachorum Apamiensium ad eosdem Episcopos.

Sæculum VI. A. C. 536.

n. 44.

n. 46.

Conc. p. 243.

His omnibus perlectis Mennas Patriarcha, quid Patres sentirent, exposcit. Romani primo respondent in hunc modum: *Liquet, Severum, Petrum & Socios ipsorum jam diu Hormisdæ Papæ Decretis fuisse damnatos, quamobrem eos arbitramur damnatos cum impiis Severi libris contra Decreta Concilii Calcedonensis & S. Leonis Epistolas. Eodem Anathemate involvimus Zoaram, omnesque, qui cum ipsis communicant.* Tum Concilium dixit: *Anathema Severo & Petro jam diu damnatis & Zoaræ! Anathema Baptismo adulterino, & impiis Severi Libris!* Mennas Patriarcha Concilii Judicium Sententia solemniter pronunciata confirmavit. Ita Concilium Constantinopolitanum finitum, maxime ob Acta, quæ suo quæque

p. 150.

p. 251.

p. 254.

Sæculum VI. A. C. 536.

que tempore retulimus, huic quintæ Sessioni inserta memorabile.

Justinianus Imperator Concilii Sententiam Constitutione ad Mennam Patriarcham directa, quam verisimiliter ipsius precibus concessit, confirmavit. Prohibet ne Anthimus, Severus, Petrus & Zoara Civitatem Constantinopolim aut quamcunque aliam, quæ majoribus accenseri possit, ingrediantur. Severi libros cremari jubet, eorum descriptionem prohibet, & qui transscripserit abscissa manu dextra temeritatem luat. Omnibus Hæreticis præsertim Sectatoribus Nestorii, Eutychis & Severi prohibet, ne Seditionem excitent, nec Pacem Ecclesiæ agendo Conventicula illicita, aut illegitima Sacramentorum Administratione perturbent. Hæc Lex sexta Aug. anno 536. data.

Nov. 42. to. 6. Conc. p. 264.

Concilii Exitus.

Monachi ex Palæstina, qui Constantinopolim missi fuerant, hanc Legem, Epistolam Mennæ Patriarchæ, ad Petrum Patriarcham, & Acta Concilii Constantinopolitani Jerosolymam detulerunt. Cum Petrus Patriarcha Concilium suum Jerosolymæ decimo tertio Cal. Octobr. post Consulatum Belisarii Indictione decima quinta, id est, 19. Sept. 536. convocasset, in eo Sententiam a Patribus Constantinopolitanis Canonice latam comprobarunt, & Anthimi Depositionem con-

to. 5. Conc. Nov. 40.

confirmarunt; nam cœteri diu antea satis damnati fuerant. Huic Sententiæ quadraginta novem Episcopi subscripserunt, inter quos Petrus Jerosolymitanus, Elias Cæsariensis & Theodosius Scythopolitanus eminebant. Credibile est, in Provinciis plura ejusmodi Concilia fuisse celebrata. Sæculum VI. A. C. 536.

Eusebius Presbyter, thesauro Ecclesiæ S. Sepulchri Jerosolymæ Præfectus, unus ex illis, qui ad Concilium delegati fuerant, dum Constantinopoli versatur, in favorem suæ Ecclesiæ Privilegium obtinuit, quo alienare sibi liceret Domos, modicos Reditus afferentes, ut Peregrinorum innumerabilium, qui ad visitanda sacra loca confluebant, inopiæ facilius succurreret. Illud quoque Concilii effectus credi potest, quod ad reprimenda Schismaticorum molimina Imperator prohibuerit, ne S. Sacrificium Constantinopoli in Oratoriis domuum privatarum celebraretur nisi a Clericis, quos Patriarcha misisset, addita pœna, ut ejusmodi Domus Fisco addicerentur. Hæc Lex anno sequente 537. sicut etiam illa, quæ sumptus in Exequias impendi solitos moderatur, data. Constantinopoli mille & centum Tabernæ numerabantur, quæ curando cujuscunque funeri necessaria tenebantur suppeditare, ideoque ab omnibus aliis Tributis eximebantur. *Nov.* 40. *Nov.* 58. *Nov.* 59.

Quod-

Sæculum VI. A C. 536.

Quodlibet feretrum, id est, corpus defuncti, octo Moniales cantantes & tres Acolyti comitari debebant. Ex illis undecies centum octies centum Tabernæ Fossores dabant, qui Decani, seu Lecticarii dicebantur, & ex omnibus Artificum Societatibus sumebantur. Trecentæ Tabernæ reliquæ solum pecunias dabant. Itaque omnium Defunctorum Exequiæ gratis ducebantur, nisi quis Pompam augere & expensis communibus aliquid addere vellet.

Nov. 43.

§. LVII.

Silverius Papa. Deinde Vigilius.

Liber brev. c. 22.

Chr. Marcell. 536.

Lib. Pontif.

Cum de Morte Agapiti Papæ nuncium Romam allatum fuisset, jubente Theodato Rege in ejus locum suffectus est Silverius Subdiaconus Hormisdæ Papæ filius, qui annis duobus sedit. Interim Theodora Augusta Vigilio, Ecclesiæ Romanæ Diacono, qui Constantinopoli versabatur, clam ad se vocato, promissum extorquet; ipsum Concilium Calcedonense abrogaturum, atque ad Theodosium Alexandrinum Anthimum, & Severum litteras daturum, quibus Fidem ipsorum approbaret. Ipsa econtra Vigilio auri libras septingentas pollicebatur, mittebatque Mandata ad Belisarium, ut Papa eligeretur. Vigilius fide fœminæ data & accepta Romam venit, Silverio Sacram Sedem jam occupante. Ergo Ravennam

vennam delatus ad Belisarium, Imperatricis Mandata ostendit, eique ducentas libras aureas pollicetur, si efficeret, ut in locum Silverii Papa ordinaretur. Belisarius decima Dec. 536. ceperat Romam, quæ suadente potissimum Silverio Papa deditionem fecerat. Verum Anno sequente Vitiges Gothorum Rex Urbem obsidione cinxit. Multo tempore tenuit oppugnatio, qua durante tanta apud Gothos fuit Ecclesiarum SS. Petri & Pauli extra Urbem positarum Veneratio, ut non solum nihil mali illis intulerint, sed etiam Clerici plenam libertatem officiis divinis vacandi reliquerint. Sæculum VI. A. C. 536. *Procop. 1. Goth. c. 14.*

Interim Silverius Papa accusatur, quod Gothis scripsisset, Urbem secreto traditurus. At omnibus constabat, Calumniatorum hoc esse commentum, atque quemdam Causidicum, cui nomen Marcus, & militem Prætorianum, cui nomen Julianus, falsas litteras quasi a Silverio ad Regem Gothorum scriptas cudisse, nihilominus Belisarius vocato ad Palatium Silverio tam ipse quam uxor ejus Antonina, quam Augusta arcanorum omnium participem habebat, secreto quidem sed summo conatu persuadere adlaborarunt, ut Imperatrici morem gereret, Concilium Calcedonense tolleret, & datis litteris Hæreticorum Fidem approbaret. Papa e Palatio regressus illis, quo- *Liberat. c. 22 Procop. 1. Goth. c. 25.*

Sæculum VI. A.C. 537. quorum consilio utebatur, aperuit, quid Augusta a se exigeret, (*) & in Ecclesiam S. Mariæ Sabinæ se recepit. Illo rursus ad eum mittitur Photius Antoninæ ex prioribus nuptiis filius, qui eum ut ad Palatium rediret invitavit, addito juramento promittens, incolumem futurum. Qui Silverium Papam comitabantur, suadebant, ne se fidei Græcorum etiam jurantium permitteret. His non obstantibus exiit, & in Palatium concessit. Hac quidem die nihil mali ipsi illatum, sed ob jurisjurandi Religionem ad Ecclesiam, in qua morabatur, redire licuit.

A Belisario tertio quoque accersitus Silverius intellexit, sibi strui insidias; nihilominus postquam orasset, & Causam suam Deo commendasset, ex Ecclesia prodiit, & in Palatium ivit. Advenientem jusserunt solum intrare, atque ex illo tempore illis, qui ipsum secuti fuerant, nunquam amplius visus est. Altera die Belisarius Presbyteros, Diaconos & omnes Ecclesiæ Romanæ Clericos convocatos alium Papam eligere jussit. His quid sibi faciendum dubitantibus, & quibusdam resistentibus, tandem Belisa-

Schisma VII. rii Auctoritas prævaluit, & Vigilius 22. Nov. anno 537. Papa ordinatus est. Tunc vero

(*) Tristissimum lectu certe est in Historia Ecclesiastica Vigilii Schisma! sed, *Dux Fœmina facti!* Virg. L. I.

vero Belisarius instare, ut sibi Vigilius stipulatas ducentas auri libras traderet, &, quod Augustæ promiserat, impleret. Sed Vigilius, ut jam ea facere vellet, ægre adduci poterat, tum avaritia tum Romanorum metu prohibente. Sæculum VI. A. C. 537.

Silverius Papa interea in Exilium missus est Pataram in Lycia, cujus Civitatis Episcopus Constantinopolim profectus Justiniano Dei vindictam denunciavit, quod temere totius Ecclesiæ Caput Sede sua expulisset. Imperator omnium, quæ Imperatrix egisset, ignarus, jussit ut Silverius Romam reveheretur, & in Rei veritatem inquireretur, an litteras ad Gothos dedisset, & siquidem scripsisse convinceretur, in alia Urbe Episcopus esse juberetur, si autem innocens esset, in Sedem suam restitueretur. Tum Pelagius Diaconus, quem Agapitus Apocrysiarium suum Constantinopoli reliquerat, ab Imperatrice subordinatus, ipsiusque Mandata deferens, tanta qua potuit celeritate profectus est, ut effectum Mandatorum Imperatoris, & Silverii in Urbem reditum impediret. Sed potior fuit Cæsarei Mandati Reverentia. Ergo Silverio redeunte territus Vigilius, metuensque, ne Sede pelleretur, ad Belisarium misit, qui dicerent suis verbis: *Trade mihi Silverium, alias quod a me exigis, non possum.* Ita Silverius duobus Defensoribus aliisque Vigilii servis tradi-

Sæculum VI. A.C. 538.

tus, in Insulam Palmariam delatus est, ubi custoditus, & vigesima Julii, 538. inedia extinctus est, postquam Sacram Sedem duobus annis tenuisset.

Tum Vigilius, ut, quod promiserat Imperatrici, efficeret, Antoninæ tradidit Epistolam ad Theodosium Alexandrinum, Anthimum Constantinopolitanum depositum & Severum Antiochenum datam, in qua profitetur, se eandem ac ipsos Fidem tenere, sed rogat ut hanc Epistolam secretam habeant, imo se ipsis suspectum esse fingant. Cum hac Epistola misit Fidei suæ Confessionem, in qua duas in JEsu Christo Naturas & S. Leonis Epistolam rejiciebat, Anathema dicens illis, qui unam Personam & unam Essentiam non confiterentur. Nominatim Paulum Samosatenum, Diodorum Tarsensem, Theodorum Mopsuestenum & Theodoretum anathematizat. Cum Hæreticis secreto scripsisset, Possessionem S. Sedis retinuit.

Liber. Vitt. Tun. Chr.

§. LVIII.

Epistolæ Vigilii.

Ep. 4. p. 315. Publice Vigilius nunquam non Fidem Catholicam professus, id ipsum datis ad Imperatorem Justinianum litteris authentice comprobavit. Imperator offensus quod Vigilius, Pontificatum auspicatus, pro more sibi non scripsisset, nec Mennæ Patriarchæ Epistolæ, quæ Fidei

dei ipsius professionem continebat, respondisset, Fidem ejus suspectam habere cœpit. Forte nec illud, quod secreto ad Schismaticos scripserat, Justinianum latuit. Igitur Dominicum Patricium Romam mittit cum Epistolis, quibus conceptam de Papa suspicionem, &, quam arcte vera Fides sibi cordi sit, aperit. Vigilius Papa datis Responsoriis Imperatoris Fidem prolixe laudat, & affirmat, non aliam se Fidem tenere, quam Antecessores sui Cœlestinus, Leo, Hormisdas, Joannes & Agapitus. Se quatuor Concilia & S. Leonis Epistolam recipere, atque omnibus illis, qui contrarium credunt, anathema dicere, nominatim Severo, Petro Apamiensi, Anthimo, Zoaræ & Theodosio Alexandrino. Cum vero hos viros jam satis damnatos sciret, non credidisse, opus esse, ut Mennæ hos iterum damnanti responderet. Tandem Imperatorem rogat, ut S. Sedis Prærogativas tueatur, & non alios quam Viros Catholicos & omni exceptione majores ad se Romam mittat. Omnibus satis perspicuum est, hanc Epistolam nihil esse aliud, quam propriam Vigilii Papæ Apologiam, ut conceptam de se suspicionem ab Imperatore removeret. Sæculum VI. A. C. 538.

Eodem tempore ad Mennam Patriarcham dedit Epistolam, in qua eundem laudat, quod promisso Agapito Papæ dato in sua Ordinatione steterit quatuor *Ep.* 5.

Sæculum VI. A. C. 538.

Concilia receperit, & Schismaticos anathematizaverit. Ad calcem istarum duarum Epistolarum præter manum Vigilii Papæ etiam signum Dominici Patricii appositum decimo quinto Cal. Octobr. Justiniano Consule id est 17. Sept. 540. visebatur.

Vig. ep. p. 311. Baluz. nova Coll. p. 1472.

Interim Vigilius post suam Ordinationem Legitimus Papa habebatur; id enim apparet ex consultatione Profuturi Episcopi Bragensis in Lusitania, cui Vigilius 29. Junii Joanne Consule id est 538. rescripsit. (*) Initio differit de Priscillianistis, qui a carnibus superstitiose abstinebant, & concludit in hæc verba: *Abstinentiam, virtutem Deo acceptam, non vituperamus; illos vero damnamus,*

c. 3. *qui Dei Creaturas detestantur.* Agit etiam de modo reconciliandi Arianos; nempe quia Gothi Hispaniæ dominabantur, quorum aliqui semper convertebantur.

c. 4. Dicit, Ecclesiam satis consecrari, si Missa ibi fuerit celebrata, etiamsi Aqua

c. 5. Benedicta non fuerit aspersa. Dicit quoque Ordinem precum in Missa semper esse eundem, si modicam Additionem in Festis principalioribus excipias. Vult dicere, quod Canon Missæ nunquam mutetur, si excipiantur causæ peculiares, quæ post *Communicantes* inseruntur. In hac Epistola usus Aquæ Benedictæ absolute notatur. Cum

(*) In his verbis oculatissimus P. Balduinus malam Fleurii Fidem videre se putat.

Cum Theodebertus Francorum Rex flagrante inter Romanos & Gothos bello copias misisset in Italiam, Vigilium Papam a Moderico Legato suo consuli jussit, qualem Pœnitentiam subire ille deberet, qui uxorem fratris sui duxisset. Papa præter Rescriptum ad Regem datum etiam S. Cæsario Arelatensi in illius Regis Ditione habitanti datis litteris mandavit, ut in facti hujus circumstantias, & Pœnitentis dispositionem inquireret, deinde Regem edoceret, quantum temporis ad illam Pœnitentiam requireretur, & rogaret, ut hujusmodi scandala in futurum præcaveret. Causa, quam adducit Papa, cur istud negotium S. Cæsario committat, notari meretur; *Modus Pœnitentiæ*, inquit, *arbitrio Episcoporum præsentium relinquendus est, ut pro majore vel minore compunctione Pœnitentis etiam Indulgentia concedi possit.* Hæc Epistola 13. Martii anno 538. data est.

Sæculum VI. A. C. 538.

Ep. 3. p. 314.

§. LIX.

Concilium Aurelianense tertium.

Eodem anno septima Maji, seu Nonis Mensis tertii, post Paulini junioris Consulatum quarto, Regis Childeberti vigesimo septimo, Episcopi Regni ipsius Aureliæ congregati Concilium celebrarunt, quod tertium habetur. Condiderunt triginta Canones. In primo decernitur, Concilia singulis annis esse cele-

v. Coint. an. 538. n. 9.

Can. 3.

Sæculum VI. A. C. 538.

branda, & declaratur, non esse Episcopis causam legitimam, ob quam venire recusent, si in Ditione diversorum Regum existant. Gallia olim inter Francos, Burgundiones & Gothos divisa, unius Nationis Reges ægre concedebant, ut Episcopi sui ad Concilium in alterius Regno celebrandum migrarent; at sublatum jam erat istud impedimentum, postquam universæ Galliarum Provinciæ Francis, licet in diversis Partibus regnantibus, parebant. Antiqua Electionum forma, ut nempe Episcopus ab Episcopis illius Provinciæ consentientibus Clericis & Civibus eligatur, observari præcipitur. Verisimile est hunc Canonem ideo positum, quod Potestates Sæculares Episcoporum Electionem turbare cœperint.

c. 11. Clerici, qui cujusquam Patrocinio subnixi officiis suis fungi recusaverint, ex Canone deleantur, & nec stipendia

c. 19. nec munera accipiant. Si superbia inflati, aut contumacia inflexibiles obedire detrectaverint, ad Communionem Laicam redigantur, donec Episcopo satisfe-

c. 21. cerint. Si dato Chirographo, aut jurato factionem inierint, quod ante tempus breve in pluribus locis factum fuerat, pro Synodi arbitrio puniantur. Ista quoque Clericorum repugnatio ex Dominatione Barbarorum originem sumsisse videtur.

detur. Clericus nec Actor sit nec Reus in Judicio Sæculari sine licentia Episcopi. Episcopus Clerico ea, quæ ipsi Antecessor donaverit, auferre non possit. Ille ipse autem, qui donavit, ea Clerico, si indignum postea se reddiderit, auferre valeat. Tunc etiam ea adimere possit, si huic Clerico cujusdam Ecclesiæ aut Monasterii Administrationem conferat. Hujusmodi Reditus Clericis ob quamdam Administrationem, aut Episcopi Beneficentia, collati Beneficiorum, ut jam ante notavimus, Origo extiterunt. Sæculum VI. A. C. 538. c. 17.

Missa celebretur hora tertia, id est, Nona matutina Diebus solemnibus, ut Fideles eo facilius ad Serum Vesperis interesse possint. Laici e Missa non exeant, priusquam Oratio Dominica fuerit recitata, & data Benedictio, si Episcopus præsens sit. Nemo Officiis Divinis armatus intersit. Istud manifeste Barbarorum causa additum est, nam Romani, nisi militarent, aut iter facerent, ne quidem gladium ad latus habebant. c. 14. c. 29.

Præterea in hoc Concilio legitur; quia populus credit, non licere Die Dominica iter facere cum equis, bobus, aut in vehiculis, nec cibos præparare, nec quidquam facere, quod ad munditiam Domus, vel hominum pertinet, id vero magis Leges Cæremoniales judaicas, quam Christianas redolet, decernimus, ut ea, c. 28.

Sæculum VI. A. C. 538.

quæ antea Diebus Dominicis facere licebat, etiamnum liceat. Volumus tamen, ut omnes omittant labores rurales, id est, non arent, vineam non putent, fœnum non succidant, frumentum non demetant, aut flagellent, non eruncent solum, non nectant sepimenta, ut plus superſit temporis, quo in Ecclesia precibus vacent. Si qui hoc Præceptum transgrediantur, non Laicorum sed Episcoporum sit eos corripere. Superius retulimus, Lege Constantini, si necessitas postularet, etiam opus rurale fuisse permissum. Quia autem Judæi per totam Galliam dispersi habitabant, omnino timendum erat, ne Christiani eorum Superstitionem imitarentur. Christiani Neophyti, si Nuptias incestas contraxerint ignorantes, non seperentur, qui autem scientes spretis legibus coierint, divellantur. Judicium penes Episcopum sit. Juvenibus Pœnitentia non imponatur, nec conjugibus, nisi pars utraque consentiat; quæ de Pœnitentia publica sunt accipienda. (*) Hi sunt Canones tertii Concilii Aurelianensis, qui mihi notatu digni visi sunt.

L. 3. Cod. de fer. Sup. X. §. 27.

c. 10.

c. 24.

§. IX.

(*) Ex his eruitur tam juvenes quam Conjuges secreto fuisse confessos, & secretam ipsis impositam Pœnitentiam; Nam Confessio publica non nisi in Ordine ad Pœnitentiam publicam admittebatur, & hæc solum peccata sua confitentibus imponebatur.

Sæculum VI.
A.C. 538.

§. LX.

S. Albinus Andegavenſis.

Concilio Epiſcopi novemdecim & Presbyteri ſeptem abſentium loco ſubſcripſerunt. Primus fuit Concilii Præſes Lupus Archiepiſcopus Lugdunenſis, qui vigeſima quinta Sept. inter Sanctos colitur. Tum tres alii Archiepiſcopi, Pantagathus Viennenſis, quem Eccleſia 17. April. honorat, Leo Senonenſis, Arcadius Bituricenſis, Flavius Rothomagenſis. Inter Epiſcopos memorandi veniunt Eleutherius Antiſſiodorenſis, S. Laudo Conſtantinenſis, S. Agricola Cabillonenſis, S. Gregorius Lingonenſis, S. Gallus Claromontanus, S. Albinus Andegavenſis. Hic familia nobili prope Venetiam natus, adhuc juvenis ad Monaſterium Cincillacenſe ſeu *Tintillant* ſe recepit. Ibi cum omnium virtutum genere effulgeret, annum agens trigeſimum quintum, Abbas electus eſt, at poſtquam annos quinque præfuiſſet, invitus evocatur, & Epiſcopus Andegavenſis ordinatur. Tunc vero alendis pauperibus, defendendis Civium ſuorum cauſis, inviſendis ægrotis, redimendis captivis totus incubuit. Miraculorum quoque dono claruiſſe fertur, atque tribus cæcis lumen reſtituiſſe, & mortuum ad vitam revocaſſe. Fortunatus, qui triginta poſt annos vitam ipſius

Mart. Rom. 25. *Sept.* 17. *April.*

Sæculum VI. A. C. 538.

scripsit, refert illorum nomina, & circumstantias. Præsertim S. Albini zelum contra Matrimonia incesta laudat, dicitque, Virum Sanctum ut in hac materia Disciplinam Ecclesiæ tueretur, forte pectus Martyrii periculo objeciſſe. Iter suscepit ad S. Cæsarium hac super re ab eo consilium petiturus, in qua profectione S. Lubinum tunc Monasterii Bruani Abbatem & exinde Episcopum Carnutensem socium habuit. In Conciliis etiam S. Albinus hunc abusum tollere conatus est, & hoc quoque Concilium tertium Aurelianense in uno Canone illarum Nuptiarum fœditatem damnat. Cum in aliquo Concilio Collegæ ipsius instarent, ut quosdam illius culpæ reos & excommunicatos absolveret, atque Eulogias seu Panem benedictum eis mitteret, dixit: *Cogitis me, ut benedicam, neglecta Dei Causa, sed maxima est ejus Potentia, & ipse sibi illatas injurias vindicare potest, si velit.* Et ecce! qui excommunicatus erat, subito animam reddidit, antequam Eulogias ore recipere potuisset. S. Albinus postquam rexisset Ecclesiam Andegavensem annis viginti & mensibus sex ad Superos migravit anno 550. prima die Martii, qua Ecclesia ejus memoriam colit.

Can. 10.

Mart. Rom. 1. *Mart.*

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXXIII.

* * * * * * * * * * * * * * * * *

VIGILIUS PAPA. JUSTINIANUS, IMPERATOR, ET VITIGES, REX.

§. I.

Paulus Patriarcha Alexandrinus.

Sæculum VI. A.C. 538.

Theodosio Patriarcha Alexandrino in Exilium expulso, Paulus Abbas ex Ordine Tabennensium in ejus locum ordinatus est. Is, cum ab aliquibus suorum Monachorum vilipenderetur, Constantinopolim venerat, Causam suam coram

Liber breviar. c. 23. Sup. XXXII. §. 31.

Sæculum VI. A. C. 538.

coram Imperatore acturus. Pelagius Diaconus, qui Virum integerrime Catholicum noverat, ipsumque Concilium Calcedonense recipere, effecit, ut in Sede Alexandrina collocaretur, ordinatusque est Constantinopoli a Menna Patriarcha, eodem Pelagio, Ephrem Antiocheni, atque Petri Jerosolymitani, Legatis præsentibus. Imperator Paulo contulit Potestatem in Duces & Tribunos Ægypti & Provinciarum subditarum, qua Hæreticos deponeret, & Orthodoxos constitueret; illi enim populorum dissensiones fovebant.

Cum Paulus Alexandriam pervenisset, totam Civitatem omniaque Monasteria tum metu injecto tum adhibita industria eo adduxit, ut Concilium Calcedonense reciperent. Eliam Militiæ Magistrum amoturus erat, nisi prohibuisset Psojus Diaconus & Ecclesiæ œconomus Eliæ amicus, qui missis tabellariis pedestribus quidem, sed velocissimis, quorum in Ægypto frequens usus erat, Patriarchæ consilia Eliæ significavit. Paulus Patriarcha interceptis Psoji litteris, sermone Ægyptiaco scriptis, timuit, ne experiretur sortem Proterii, ab Eutychianis trucidati, cœpitque urgere Psojum, ut Administrationis suæ rationem redderet. Itaque datis ad Imperatorem litteris eum interea Magistratuum manibus tradit. Rodon

Sup. L. XXIX. §. 2.

Sæculum VI. A. C. 538.

don tunc Ægypto Præfectus eum custodiendum recepit, dum Imperatoris mandata afferrentur. Interim Primorum Civitatis aliquis, cui Nomen Arsenius, Rodonem muneribus corruptum permovit, ut Psojum clam & noctu in tormentis interficeret. Occisi liberis & propinquis indignam mortem apud Imperatorem deflentibus, is Ægypti Prætura Liberio collata eundem Alexandriam mittit jussum in illud facinus inquirere. Liberius illo delatus, accersito Rodone, interrogat, quo modo Psojum Diaconum occidisset. Respondit Rodon: *Pauli Episcopi imperio, nam habeo Imperatoris mandata, quibus, quæcunque voluerit Episcopus, exequi jubeor.* Id vero negabat Paulus sancte affirmans, se hujus rei nullatenus conscium fuisse. Patuit postea veritas, Arsenium homicidii hujus auctorem extitisse, & neci datus est. Paulus tamen Episcopus Gazæ in Palæstina exulare jussus, & Rodon cum Actis hujus Judicii Constantinopolim perductus; quibus coram Imperatore perlectis morte punitus est.

Tum Imperator Pelagium Diaconum S. Sedis Legatum Antiochiam misit, addito mandato; ut inde cum Ephrem Antiocheno, Petro Jerosolymitano & Hypacio Ephesino Gazam se conferret, ut Paulo Alexandrino Pallium auferrent, eum-

Sæculum VI. A. C. 538.

eumque deponerent. Igitur Pelagius Antiochiam & deinde Jerosolymam venit, unde cum duobus Patriarchis & quibusdam Episcopis Gazam delatus est. Ibi Paulo deposito in ejus locum Zoilum Patriarcham Alexandrinum ordinarunt, qui etiam sicut Paulus Concilii Calcedonensis Fidem profitebatur.

Leont. Sect. Act. 5.

§. II.

Agnoitæ & Tritheitæ.

Interea Eutychiani seu Acephali quotidie in novas Sectas abibant. Theodosius Alexandrinus, cum Constantinopoli versaretur, occasio fuit, ut Agnoitarum Secta nasceretur; nam exorta quæstione super Domini Nostri Verba: *Hora Judicii neminem scire,* (*) *neque Filium,* an

Marc. 13. 32.

(*) Hæc Christi Domini assertio Cardinalem Gotti permovit, ut dubitaret, an Beati in Cœlo Visione perpetua Orationes Fidelium in terra existentium ad se directas, & futurorum quocunque demum tempore ad se dirigendas viderent, quod deinde saltem arguere possent, quando Judicii extremi dies esset adventura, & diceret, eas per Revelationes successivas extra Verbum cognoscere. Nihilominus non videtur adesse ratio sufficiens discedendi a principio Theologico, secundum quod Beati omnia tam ad substantiam quam ad circumstantias suæ Felicitatis pertinentia, nempe illa, quæ ipsorum Personas tangunt,

an id JEsus Christus qua homo ignorasset, Theodosius dixit, JEsum Christum id non ignorasse, eatenus cum Ecclesia Catholica sentiens. Imo etiam contra illos calamum strinxit, qui JEsu Christo hanc ignorantiam affingebant, & idcirco Agnoitæ dicebantur, nam ἀγνοειν Græce significat ignorare. Dicebant, hanc ignorantiam Christo non minus convenientem fuisse, quam dolores, quos sensit, Sæculum VI. A. C. 538. *Act.* 10.

tangunt, & absurdum non involvunt, uno conspectu & perpetuo vident. Ita docet S. Augustinus citatus a S. Doctore L. 15. de Trinit. c. 16. *Non enim erunt volubiles cogitationes nostræ, ab aliis in alia euntes atque redeuntes, sed omnem scientiam nostram uno simul conspectu videbimus.*

Eundem sequitur S. Thomæ Doctrinam explicans Clarissimus Mezger. Disput. X. Art. III. Jam vero modus concupiscendi sequitur modum cognoscendi; nimirum qualis est Visio Beatorum tale etiam est eorum Desiderium Clientibus suis succurrendi, id est, perpetuum, estque hoc Desiderium, seu Charitas in proximum, Oratio, non quidem modo formali, sed eminente & perfectissimo; nam formalis oratio involvit spem obtinendi, quod petitur; sed Beatorum Statui repugnat, ut sint suspensi, & ulterius aliquid sperent. Imo secundum S. Thomam & Cardinalem Gotti Beati in Cælo nihil a Deo petunt, nisi quod concessurum vident.

Sæculum VI. A. C. 538.

sit, cumque esset nobis similimus, ea, quæ nos ignoramus, ipsum quoque ignorasse. Itaque secedentes a Theodosianis Conventus separatos egerunt.

Sub idem tempus, quo Theodosius Constantinopoli morabatur, initium cepit Tritheitarum Error, qui Joannem Grammaticum Alexandrinum cognomento *Philoponos*, id est, laboriosum, habuit Auctorem. Is Catholicis objiciebat, quod si duas Naturas confiterentur, etiam necessario duas Hypostases essent admittendæ. Respondebant; Naturam differre ab Hypostasi, alias enim in Trinitate tres Naturas fore admittendas, cum adsint tres Hypostases. Philoponus fatebatur hoc consequi, & in Trinitate tres Naturas particulares præter unam communem, secundum Philosophiam Aristotelis admittebat. Proinde tres esse Deos docebat, unde ipsius Sectatores Tritheitæ appellati. Philoponus etiam contra Resurrectionem scripsit, docens, Animas non iisdem rursus uniri corporibus. His non obstantibus Religionem Christianam profitebatur, eamque propugnavit adversus Proclum ex Lycia Philosophum Platonicum, illa ætate luce fruentem; is enim Religionem, quam contemnebat, adductis octodecim argumentis impugnaverat.

Phot. Bibl. n. 21.

Niceph. XVIII. c. 47. 48.

Suid. in Proc.

§. III.

Sæculum VI.
A.C. 538.

§. III.

Origenistæ in Palæstina.

Pelagium Diaconum Sacræ Sedis Legatum, post Palæstinæ Profectionem Constantinopolim reversum, quidam Monachi Jerosolymitani, quos in transitu viderat, adierunt. Afferebant aliqua ex Libris Origenis excerpta, ab Imperatore petituri, ut ea damnari juberet. Sed ista nobis altius repetenda sunt. Nova Laura a S. Saba anno 507. Monachorum seditiosorum Bono fundata primum Abbatem habuit Joannem Prophetiæ Dono clarum. Is morti proximus illius Congregationis Primoribus apud se considentibus flens dixit: *Ecce dies veniunt, quibus locorum istorum incolæ extollentur, & a Fide aberrabunt. Sed confundetur eorum superbia, & postquam temeritas intolerabiles reddiderit, ejicientur.* Joannis Successor Paulus vir simplex quosdam Monachos Origenis Doctrinam secreto tradentes ignarus suscepit. Illorum primus habebatur aliquis nomine Nonnus ex Palæstina, qui etsi non modo Christianus, sed etiam vir pius esse videretur, nihilominus errores Paganorum, Judæorum, & Manichæorum in sinu fovebat, & Origenis somniis de existentia Animarum ante corpora fidem adhibebat. Abbas Paulus non ultra sex

Sup. L. XXXI. §. 15. Vita S. Sabæ c. 36. p. 173.

p. 274.

Sæculum VI. A. C. 538.

Menſes Novam Lauram rexit, habuitque Succeſſorem Agapitum S. Sabæ Diſcipulum.

Agapitus iſtorum quatuor Monachorum erroribus deprehenſis, timens, ne alios infiœrent, annuente Elia Patriarcha Jeroſolymitano eos ejecit. Verum Elia Sede pulſo, hi Monachi Jeroſolymam iverunt, rogaruntque Joannem ejus Succeſſorem, ut ad Novam Lauram redire ipſis liceret. Is S. Sabam, & Agapitum accerſit, & comperto, quod Nonnus ceterique Origeniſtæ eſſent, noluit ulterius eis aures dare. Poſt Agapitum Novæ Lauræ Abbas fuit Mamas, qui Nonnum & ſocios ejus ſibi ignotos ſuſcepit. S. Sabæ ſeveritatem reveriti non audebant errores ſuos in lucem producere, & quamdiu Vir Sanctus in vivis fuit, una omnium Monachorum in Palæſtinæ Deſerto fides eſſe videbatur. At ipſo fatis functo, Nonnus cum ſuis cœperunt errores proferre, quibus non ſolum doctiſſimum quemque Novæ Lauræ, ſed etiam Monaſterii Martyrii, & Lauræ Firmini imbuerunt, & brevi tempore Origenis Doctrinam usque in Lauram magnam, & reliqua hujus Eremi Monaſteria invexerunt.

Sup. XXXI §. 27. Vit. S. Sabæ.

Sup. XXXII. §. 30.

Vita c. 83 p. 360.

Vita S. Cyriaci p. 118.

Anal. gr.

Sub idem tempus Domitianus Abbas S. Martyrii, & Theodorus Cappadox cognomento Aſcidas, Exarcha ſeu Viſitator

tor Novæ Lauræ, ambo Origeniſtæ zelo- Sæculum VI.
ſiſſimi Conſtantinopolim venerunt, ſimu- A. C. 538.
lantes ſe ſuſcipere Defenſionem Concilii
Calcedonenſis. Ambo Libello ab Abba- *Vit. S. Sabæ*
tibus Orientis, quibus Conſtantinopoli-
tani ſe junxerant, Agapito Papæ tradi-
to ſubſcripſerunt. In illa Subſcriptione *Sup.*
Domitianus Presbyterum & Archiman- *XXXII.*
dritam Monaſterii Martyrii ſe dicit, & *§. 54. to. 5.*
Theodorus Diaconum atque Novæ Lau- *Conc. p. 35.*
ræ Monachum. Cum eſſent ſolerti in-
genio effecerunt, ut Imperatori noti fie-
rent, tantamque poſtea in aula Cæſarea Origeniſtæ.
Gratiam adepti ſunt, ut ambo ad Archi-
epiſcopatus faſtigium, Domitianus An-
cyræ in Galatia, Theodorus Cæſareæ in
Cappadocia evecti fuerint. Horum igi-
tur Auctoritas Nonno & Aſſeclis ejus
animos addidit, ut eo majore ſtudio Do-
ctrinam Origenis per totam Palæſtinam
propagarent.

Cum Abbas Melitas S. Sabæ Succes- *Vit. S. Sabæ*
ſor eidem non plus dies quinque ſuper- *p. 331.*
viviſſet, Gelaſius initio decimæ quintæ
Indictionis, id eſt, ſub finem anni 536.
Regimen ſuſcepit, qui videns, quantum
Hæreſis Origenis in ſua Congregatione
invaluiſſet, adhibito ad conſilium S. Jo-
anne Silentiario, & trium aliorum Mona-
chorum auxilio ſuffultus Tractatum An-
tipatri Epiſcopi Bosrenſis adverſus erro-
res Origenis prælegi juſſit. Infrendue-

Sæculum VI. A. C. 538.

runt Origeniſtæ, & quia conventicula ſeparata agebant, eorum ferme quadraginta ex Laura S. Sabæ migrare compulſi ſunt. Hi ad Novæ Lauræ Monachos Nonnum & Leontium confugerunt. Leontius congregatis omnibus illius Sectæ Ducibus conſilium ſuggeſſit, ut Majorem Lauram vi aperta invaderent. Primo ad Monaſterium S. Theodoſii ſe contulerunt, quod ſperarent, Sophronium Abbatem in partes ſuas pertrahi poſſe. Sed vanus fuit conatus. Tunc vero pudore & furore incenſi in diverſos pagos miſerunt, qui ligones, harpagones, vectes ferreos, aliaque hujus generis inſtrumenta comportarent, & agricolas auxiliarios colligerent. Ita inſtructi gradus ad majorem Lauram accelerant, totam exciſuri. Quamvis vero hora octava eſſet matutina, cœcitate percuſſi, & poſtquam tota illa die per loca aſpera & invia proceſſiſſent, luce altera prope aliud Monaſterium ſe conſiſtere admirati ſunt. Id auxilii huic Lauræ ad S. Sabæ preces a Deo conceſſum creditum eſt.

p. 363.

p. 364.

Eodem etiam tempore Ephrem Patriarcha Antiochenus cum Euſebio Cyziceno, Hypacio Epheſino, & Pelagio Diacono ad Paulum Alexandrinum deponendum, ut diximus, in Palæſtinam venit. Cum Euſebius ſoluto Concilio Jeroſolymam ſe contuliſſet, venit ad eum

Sup. n. 1.

Leon-

Leontius Byzantinus adducens etiam illos, qui ex Majore Laura ejecti fuerant, accusantes Abbatem suum Gelasium, quod dissensionum causa in Congregatione esset, & Adversariis ipsorum faveret. Eusebius deceptus a Leontio, qui nullam de Origenis Doctrina mentionem fecerat, accersito Abbate Gelasio, imperavit, ut eos, quos ejecerat, reciperet, aut ipsorum Adversarios ejiceret. Gelasius istud posterius faciendum elegit, & ex Laura dimisit sex Monachos Orthodoxos, qui lubenti animo hanc persecutionem ferentes, Antiochiam profecti sunt, ubi Ephrem Patriarchæ, quæ contigerant, narrarunt, eique Libros Antipatri Bosrensis ostenderunt, Patriarcha errores Origenis ex iis libris cognoscens, & ea, quæ Origenistæ Jerosolymæ egissent, edoctus edita Epistola Synodica Doctrinæ Origenis Anathema dixit. Id ubi Jerosolymæ resciverunt, Nonnus & Sectatores ejus, quibus etiam Leontius, tunc Constantinopoli commorans, Domitianus Ancyranus, & Theodorus Cæsariensis favebant, apud Petrum Patriarcham Jerosolymitanum instabant, ut Nomen Ephrem Antiocheni ex Dyptichis deleret. Inde magnæ exortæ sunt turbæ. Petrus, Abbatibus Sophronio & Gelasio clam ad se vocatis, jussit, ut sibi contra Origenistas Libellum supplicem traderent, & obtestarentur,

Sæculum VI. A. C. 538.

p. 365.

Sæculum VI. A.C. 538.

ne Nomen Ephrem ex Dyptichis tolleret. Tradiderunt ipsi, qualem petebat, Libellum, quem acceptum Petrus ad Imperatorem transmisit, & quanta mala Origenistæ perpetrarent, perscripsit. Hæc ergo erat Epistola & supplex Libellus, quem Monachi Jerosolymitani afferebant, dum Constantinopolim ad Pelagium Diaconum Sacræ Sedis Legatum venerunt.

§. IV.

Justiniani Edictum.

Pelagius aliunde Theodori Cappadocis Adversarius, sciensque ipsum Origenis erroribus infectum, cum Menna Patriarcha Constantinopolitano operam junxit, quo facilius Imperator postulationi Monachorum ex Palæstina benignas aures daret, & Origenes damnaretur. Justinianus Imperator eo lubentius annuit, quod Quæstiones ad Religionem pertinentes definire amaret. Ergo edito longo Edicto primum errores, qui Origeni tribuebantur, exponit, & in sex Capita dividit. I. Errores circa Trinitatem. *Pater major est Filio, Filius Spiritu Sancto & Spiritus S. ceteris Spiritibus major est. Filius non potest videre Patrem, nec Spiritus S. Filium, & quod nos sumus comparati Filio, id Filius est comparatus Patri.* II. De Creatione. *Potentia*

to. 5. Conc. p. 635. *p.* 638.

tentia Dei limitata est, nec nisi determinatum numerum (*) *Spirituum potuit producere, & determinatam Materiæ quantitatem, in qua operaretur. Rerum genera & species sunt Deo coæternæ. Fuere & erunt plures Mundi,* (**) *ita ut Deus nunquam sine Creaturis extiterit.* Sæculum VI. A. C. 538.

III. *Substantiæ rationales ideo tantum corporibus alligatæ fuerunt, ut punirentur,* *Sup. L. V. §. 54 to. 5. Conc. p. 639.*

(*) Forte Origenes id in sensu vero scripserit, quod deinde inepti Interpretes detorserunt. Nam verum est, Creaturas non nisi numero finito posse existere.

(**) Id de pluribus Mundis sibi succedentibus accipiendum. Hodie vero sunt, qui non solum Mundos præteritos aut futuros, sed etiam plures nobiscum existentes, saltem suspicantur. Quærunt etiam, an Planetæ suos Incolas non habeant? imo suis Tubis hodierni Astrorum Exploratores, Lunæcolas terræ nostræ ceteris propinquiores tantum non colloqui & corridere conspiciunt. Negotium facessit his Scrutatoribus Redemptionis Mysterium. At forte perplexa Quæstione expedire se possent, si dicerent, Planeticolas utpote alterius speciei, ac nos homines sumus, Creaturas rationales, cum Adami prosapia non essent, vel Redemptione non indiguisse, aut si peccato personali peccassent, eos Christum Dominum, quemadmodum & Angelos, redimere noluisse. Plura comperiemus, postquam homines artem navigandi per aera, quam Fontenellus docere cœpit, didicerint.

Sæculum VI. A.C. 538.

tur, & ſpeciatim Animæ hominum ab initio erant Intelligentiæ puræ & Sanctæ, quæ cum Contemplationem Divinam faſtidire cæpiſſent, & ad malum fuiſſent converſæ, in corpora conjectæ ſunt, ut
p. 661. *pœnas darent.* IV. *Cælum, Sol, Luna,*
Stellæ, & Aquæ, quæ ſupra Cælos ſunt,
p. 663. *animata, & ratione prædita ſunt.* V. *In*
Reſurrectione corpora humana erunt figu-
p. 666. *ræ rotundæ.* (*) VI. *Omnium malorum Hominum, & Dæmonum pœnæ finem habebunt, ipſique priſtino ſtatui reſtituentur.* Errores iſti in Edicto referuntur, & adducta Scripturæ & Patrum Auctoritate prolixe refutantur, præſertim error tertius, qui Animarum præexiſtentiam affirmat, & ſextus, qui pœnarum æternitatem negat. Imperator deinde ſubjungit, Oratione ad Mennam Patriar-
p. 670. cham ſemper directa, *Quamobrem hortamur te, ut omnes Epiſcopos, qui in hac Urbe Cæſarea verſantur, & Monaſteriorum Abbates, convoces, eosque omnes jubeas data Scriptura impium Origenem, cognomento Adamantium, olim Eccleſiæ Alexandrinæ Presbyterum, abominanda ejus Dog-*

(*) Hæc Doctrina opportuniſſima eſſet dirimendæ liti ad furorem usque diſputantium, quo pacto Chriſti Corpus, extenſum quoad ſe, in Hoſtia conſecrata rotunda exiſtat, & orbem impleat.

Dogmata & Articulos hic adjunctos anathematizare. Beatitudo tua deinde Actorum hac super re Exemplaria ad omnes alios Episcopos, & omnes Monasteriorum Præpositos transmittat, ut idem faciant. Imposterum vero nullus Episcopus aut Abbas ordinetur, nisi prius Origenem cum omnibus aliis Hæreticis pro more damnaverit. Eadem Vigilio Papæ, & ceteris Patriarchis perscripsimus.

Sæculum VI. A.C. 538.

Aliqua deinde ex Libris Origenis Excerpta sequuntur, & Anathemata novem contra prædictos errores, & quosdam alios de Incarnatione, scilicet, Animam JEsu Christi extitisse, antequam Verbo uniretur. Corpus ejus ante formatum esse in sinu Virginis, quam Verbo, & Animæ ipsius uniretur, & JEsum Christum in quodam futuro Sæculo, sicut pro Hominibus crucifixus fuit, etiam pro Dæmonibus esse crucifigendum. Ultimo ipsi Personæ Origenis & Sectatorum ejus Anathema dicitur. Hujusmodi fuit Justiniani Imperatoris Edictum. Illi Mennas Patriarcha, & Episcopi Constantinopoli præsentes, subscripserunt. Postea Vigilio Papæ, Zoilo Patriarchæ Alexandrino, Ephrem Antiocheno, & Petro Jerosolymitano, transmissum est, omnesque subscripserunt. Domitianus Ancyranus quoque, & Theodorus Cæsarienſis sub-

p. 671.

p. 678.

vit. S. Euth. p. 365.

Sæculum VI. A. C. 540.

scribere coacti; at quo animo id fecerint, quæ secuta sunt, docuerunt.

§. V.

Aliæ Justiniani Leges.

Illo ferme tempore Justinianus plures alias Constitutiones ad Ecclesiasticam Disciplinam pertinentes edidit. Duas habemus anno 538. datas, & ad Mennam Patriarcham directas. In prima prohibetur, ne Clerici a Ministerio discedentes unquam restitui possint; sed in eorum locum alii substituantur, quibus priorum stipendia dentur, nec ea œconomi in suum lucrum convertant. Fundatores Ecclesiarum suo Arbitrio Clericos, qui in iis ministrent, non constituant, sed, quos volunt, Episcopo præsentent. Hic videmus Juris Patronatus originem, ut in primo Concilio Arausicano adnotavi. Lex altera eodem anno data prohibet, ne ulla nova Ecclesia ædificetur, priusquam Episcopus in loco destinato preces recitaverit, & procedente inter comprecationes populo ibi Crucem fixerit, ut id publico Ritu fiat. Prius inter Fundatorem & Episcopum convenerit, quantum ille ad luminaria, ad Vasa sacra, & Ministrorum Salaria collaturus sit. Qui Ecclesiam ruinam minantem restauraverit, Fundatori æquiparetur. Eadem Lege Ecclesiarum œconomis

Nov. 57.

c. 2.

Sup. L. XXVI. §. 54 *Nov.* 67. *c.* 1.

Theutobaldus seu Ildibaldus Rex Gothorum. A. 540.

c. 2.

nomis præcipitur, ne Episcopis absentibus pecunias mittant, quibus Constantinopoli sustententur, si ibi ultra, quam liceat, id est, ultra annum, morentur. Sæculum VI. A. C. 541. *Sup. lib. XXXII. §. 50.*

Tres præterea sunt Leges prolixæ anno 541. datæ. In prima, data 20. Febr. ea, quæ in Ordinationibus observanda sunt, statuuntur. *Nov. 137.* Ad eligendum Episcopum Clerici & Optimates Civitatis congregentur, & tres viros deligant. In Decreto Electionis Eligentes super Sacra Evangelia jurabunt, quod gratis eos elegerint, & solum ideo, quia secundum Canones inveniissent dignos. Consecrator de tribus unum eligat, & primo petet ab ipso, ut Professionem Fidei scriptam tradat; tum ut Formulam Oblationis, (*) Baptismi, aliarumque orationum solemnium recitet. Unde colligimus ea memoriæ imprimi debuisse. Electus etiam jurabit, nec dedisse se quidquam, nec accepisse, ut Episcopus ordinaretur. Si accusetur, prius accusatio examinetur, quam confirmetur Electus. Si Actor resiliat, Consecrator ex officio intra menses tres inquirat. Concilia singulis annis Mensibus Junio & Septembri agantur, in quibus omnes Causæ Ecclesiasticæ pertractentur. Etiam extra Concilii tempus

Novellæ. *c. 3.* *c. 4.* *c. 5.*

(*) Der Protestant hat an statt Oblation das Wort Communion gesetzet. p. 256.

Sæculum VI. A. C. 541.

pus Episcopus coram Metropolitis accusari possit, & Clerici aut Monachi coram Episcopo. Episcopi & Presbyteri elata voce preces Oblationis & Baptismi ad ædificandum Populum pronuncient. Hæc Lex ad Petrum Officiorum Magistrum directa est, atque omnibus Provinciarum Rectoribus præcipitur, ut executioni eam dari curent.

Secunda Lex decima octava Martii data præcipit, ut quatuor Concilia Generalia vim Legis habeant. Papa Romanus omnium Episcoporum primus sit, (*) & ipsum Episcopus Constantinopolita-

Nov. 131.

(*) Si ideo solum Episcopus Romanus Episcoporum primus habitus fuisset, quod Cathedram sortitus esset Romæ, quæ erat Imperii Metropolis & Imperatorum Sedes, sicut Interpres Protestans somniat, cur Imperii Capite, puta, Constantino Magno ex Occidente in Orientem migrante, cur Imperii Sede & Majestate a Roma antiqua ad Romam Novam translata, & Civitatis Constantinopolitanæ Decore & Gloria crescente, Roma vero a Barbaris capta, direpta, incensa, cur, inquam, non etiam Romanorum Episcoporum Primatus, Auctoritas & Prærogativæ in Episcopos Constantinopolitanos translatæ sunt? Potuerunt Imperatores Prærogativas Civiles Roma Constantinopolim transferre; cur non etiam Primatum Ecclesiasticum, si, ut Interpres noster insanit, Episcopi Romani Primatus a Politico fastigio

politanus sequatur. Addit Imperator: *Episcopo Justinianeæ, Patriæ Nostræ, in Episcopos Daciæ, Praliæ,* (*) *Dardaniæ, Mœsiæ, Pannoniæ, tanquam Sacræ Sedis Vicario secundum Vigilii Papæ Decretum competat.* Omnibus aliis Ecclesiis sua Privilegia salva sint. Bona earum a Tributis

Sæculum VI. A.C. 541.

Sup. lib. XXXII. §. 48.

gio Civitatis illius ortum traxit? Scilicet, noluerunt Imperatores Episcopos Romanos Possessione Primatus exuere. At si tanta Possessionis fuit reverentia, cur ergo hoc Possessionis Jure Episcopos Alexandrinos & Antiochenos, etiam repugnantibus SS. Pontificibus, privare non dubitarunt? Itaque miserum plane est istud Protestantium argumentum, ex quo inferre conantur, Summi Pontificis Primatum & Potestatem Juris Divini non esse. Conspirant omnium SS. Patrum testimonia dicentium, non ideo Romanæ urbis Cathedram primam fuisse, quia in illa urbe Imperatores Sedem fixerunt aliquando, sed quia S. Petrus ibi sedit. Nec aliter in Sensu congruo JEsu Christi verba ad S. Petrum dicentis: *& tu aliquando conversus confirma Fratres tuos,* Luc. 22. accipi possunt, nisi de S. Petri Successoribus Romanis Pontificibus, aliisque per orbem diffusis Episcopis, quos Fratres vocant, explicentur; quippe Apostoli ceteri æque ac S. Petrus a JEsu Christo instructi, & a Spiritu S. illustrati ejusmodi confirmatione non adeo indigebant.

(*) Quæ hæc Provincia fuerit, non facile divinari potest. Interpres Protestans, ut se cito expediret, hanc vocem omisit.

Sæculum VI. A. C. 541.

butis & exactionibus sordidis atque præter ordinem imperatis eximantur. Contra Ecclesias solum Præscriptio quadraginta annorum valeat. Hæreditates aut Legata Deo vel JEsu Christo relicta illius Loci Ecclesiæ tribuantur. Episcopo competat curare, ut pia Legata solvantur, quæ Legi Falcidiæ subjecta non sint. Hospitiorum Curatores, cum Tutoribus æquali jure habeantur, & iisdem legibus teneantur.

c. 5.
c. 6.
c. 9.
c. 11.
c. 12.
c. 15.

Hac Lege speciatim confirmantur Ecclesiæ Carthaginensis Privilegia, quibus sicut etiam toti Provinciæ Africæ favet Justiniani Rescriptum eodem anno 541. Regni ejus 15. datum, & ad Dacianum Byzacenæ Metropolitam, & totam ejus Synodum, quæ Episcopos duos Constantinopolim delegaverat, directum. Anno sequente 542. alterum dedit Rescriptum, quo omnes Concilii Africæ Canones, non obstantibus exemptionibus, quæ subreptitie obtineri possent, confirmantur. Hæc Rescripta solum annis Imperatoris notantur, & nulla fit Consulum mentio; nam ab anno 541. & Consulatu Basilii ulterius continuus Consulum ordo non invenitur. Itaque hic modus annos notandi a Romanis in principio Reipublicæ suæ introductus hoc tempore cessat, & exinde anni Imperii cujuslibet Imperatoris, & Indictiones numerantur.

c. 4.

Ap. Jul. ult. Const.

Leges.

Lex

Lex tertia anno 541. prima Maji data, & ad Petrum Prætorio Præfectum directa ceteris longior eſt, atque ea, quæ Lege 20. Febr. de Ordinationibus Episcoporum lata ſtatuuntur, confirmantur. Tum adduntur ſequentia. Epiſcopus triginta quinque annorum ſit. Poteſt eligi Laicus ea conditione, ut ante ſuam Ordinationem per trimeſtre Clericus ſit, quo tempore neceſſaria diſcat. Antea Canones annum integrum præſcripſerant. Si illi, quibus jus eligendi eſt, Decretum ſuum intra Semeſtre non offerant, Electio ad eum, cui Ordinatio competit, devolvatur. Qui contra has Leges ordinatus fuerit, Sede pellatur, uno anno interdicantur ei Sacra, & Bona ipſius Eccleſiæ ærario addicantur. Qui Epiſcopum electum per calumniam accuſaverit, ex Provincia ſui Domicilii proſcribatur.

Sæculum VI. A.C. 541.

Nov. 123.

c. 1.

c. 2.

Simonia prohibetur, adjecta pœna, ut dans, accipiens & cooperans, deponantur, ſi Clerici ſint, & pecunia data Eccleſiæ ærario inferatur. Si ſint Laici, duplum Eccleſiæ ſolvant. Omnis pollicitatio hujusmodi nulla ſit, &, quantum promiſſum fuerit, Eccleſiæ ſolvatur. Verumtamen pro Conſecratione dare licet ſecundum antiquas conſuetudines in hunc modum: Papa & quatuor Patriarchæ Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antioche-

c. 2. 16.

c. 3.

Sæculum VI. A. C. 541.

tiochenus, & Jeroſolymitanus Epiſcopis & Clericis, quantum mos fert, dare poterunt, ſi modo datum viginti libras auri non excedat. Metropolitæ aliique Episcopi centum Solidos pro Inauguratione publice dare poterunt, & trecentos Notariis aliisque Miniſtris ordinantis. Saltem pro modo Redituum Eccleſiæ aliquid ſecundum Legis conſtitutionem dare licet. Licet etiam Clericis juxta Conſuetudinem dare Miniſtris Epiſcopi ipſos ordinantis, ſi modo hæc donatio Reditus ipſorum unius anni non ſuperet. Ecce Annatarum originem! Epiſcopatus non ſolum a Servitute, ſed etiam a Poteſtate Patria eximit.

c. 16.

Annatæ.

p. 4.

Epiſcopi & Monachi Tutores eſſe non poſſint. At Clerici & Presbyteri eſſe poſſint, ſi Tutelam ſponte ſuſcipiant. Clericis prohibetur, ne Villicationem aliave mandata ſuſcipiant, aut quocunque Negotio temporali, niſi in cauſa Eccleſiarum, implicentur. Non licet Clericis ab Eccleſiis ſuis abeſſe, niſi Metropolitæ ſui Epiſtolas habeant, nec Conſtantinopolim absque Licentia Patriarchæ aut Imperatoris proficiſci, nec ultra annum abeſſe. Secus Reditibus ſuis priventur, & deponantur. Non liceat Episcopis aut Clericis ludere, vel ſpectare luſus tabularum, id eſt, alearum. Nec Spectaculis adeſſe ſub Interdicti triennis pœna.

c. 5.

c. 6.

c. 9.

c. 10.

pœna. Nulli Clericorum liceat Ministerium ſuum dimittere, ut in Sæculo vivat; ſecus omni munere & Dignitate privetur, & Servitutibus civitatum ſubjiciatur. Sæculum VI. A. C. 541. c. 15.

§. VI.

Jurisdictio Eccleſiaſtica.

Epiſcopi compelli non poſſint, ut inviti quacunque in Cauſa coram Judicibus Sæcularibus ſe ſiſtant. Si Epiſcopi ejusdem Provinciæ contendant, a Metropolita in Synodo Epiſcoporum illius Provinciæ judicentur. c. 22. Ab eo judicio ipſis ad Patriarcham & non ulterius appellare (*) liceat. Idem ſtatuitur, ſi privatus Clericus, aut Laicus contra Epiſcopum ſuum Actionem moveat. Metropolita non niſi coram Patriarcha in Judicium vocari poſſit. c. 21. Clerici & Monachi in cauſa civili primum coram Epiſcopo in Judicium vocentur, ſi Partes Judicio acquieſcant, Judex illius loci, quod pronunciatum fuerit, exequatur. Si Pars una intra decem dies appellet, Judex Cauſam examinabit. Si Sententiam Epiſcopi confirmet, ulterius appellare non liceat. Si Sententiam

(*) Id accipiendum, ſalvo Jure Primatus Epiſcopi Romani; nam non niſi in Cauſis maximi momenti Romam appellare expediebat.

Sæculum VI. A. C. 541.

tiam Episcopi irritet, appellationi secundum consuetudinem locus sit.

In Causis criminalibus Clerici vel coram Episcopo, vel coram Judice Sæculari, ita ut optio in potestate Actoris sit, accusari possint. Si Actor primum adierit tribunal Episcopi, postquam reus fuerit convictus, & depositus, eum Judex Sæcularis comprehendi jubeat, & secundum Leges judicabit. Si statim Judicem Actor adierit, postquam reus fuerit convictus, Judex Acta Episcopo communicet, qui si accusatum judicaverit esse convictum, eum deponat, & relinquat Judici secundum Leges puniendum. Si non crediderit convictum, degradationem differre poterit, accusatus in ordine suo manebit, & uterque tam Episcopus quam Judex causam ad Imperatorem referent. Hic concursus utriusque Jurisdictionis in causis criminalibus adnotari meretur. De causis vero Ecclesiasticis Judices Sæculares non cognoscant.

c. 23. Ecclesiarum œconomi, & Hospitiorum Curatores in Causa officiorum suorum ad tribunal Episcopi vocabuntur, & coram ipso rationem reddent. Ipsis vero ab Episcopo ad Metropolitam, aut a Metropolita ad Patriarcham appellare liceat. Memoria retinendum, hos Oeconomos

nomos & Administratores fuisse Clericos. Sæculum VI.
Episcopi Delegati & Ecclesiarum Apocri- A. C. 541.
siarii in Judicium vocari non possint, Novellæ
priusquam tota Legatione defuncti sint, Justiniani.
secundum Privilegium competens omni- c. 25. 26.
bus illis, qui negotia publica gerenda
susceperunt. Monachi, & multo minus
Moniales, e suis Monasteriis evocari non c. 27.
possint, ut coram Judice stent, sed per
Procuratorem causam suam defendant,
quod alias apud Romanos solis absenti-
bus erat permissum. Ceterum ex his vi-
demus, Monachos pro civiliter mortuis
non fuisse habitos. Expensarum Judi-
cialium minor modus Clericis & Mona- c. 28.
chis constituitur, atque in hoc loco spe-
ciatim præscribitur. Laicis prohibetur
inter preces publicas procedere, nisi in- c. 32.
tersint Episcopi & Clerici, & nisi Eccle-
siarum Cruces præferantur.

Reliqua hujus Legis ad Monachos *Nov.* 5.
pertinent. Repetuntur ea, quæ Lege *Sup. lib.*
data 19. Martii anno 535. statuta fuerant, *XXXII.*
& adjiciuntur sequentia. Conditio nu- §. 48.
bendi aut Liberos generandi Legato, aut c. 37.
alterius generis Donationi addita, susce-
ptione Clericatus, aut ingressu in Mona-
sterium impleta censeatur. Ingressus in
Religionem Matrimonium solvit absque
alio divortio. Nempe Divortium Legi- §. 4.
bus Civilibus erat permissum. Non li-
ceat Parentibus liberos suos ex Mona-

Sæculum VI. A. C. 541.

steriis eripere, aut ea de causa, quod ingressi fuerint, Hæreditate privare. Sanctimonialium vel Diaconissarum Raptores capite plectantur, & Bona eorum Ecclesiæ vel Monasterio adjudicentur. Id jam Lege lata 17. Nov. 533. decretum fuerat. Tandem omnibus Sæcularibus, præsertim Mimis in Theatro ludentibus, prohibetur, ne vestem Monachorum ad excitandum spectatorum risum induant sub pœna Exilii, alteriusve pœnæ corporibus infligendæ.

c. 41.

c. 43.

L. 54. c. de Episc.

c. 44.

Aliæ quoque Leges hujus anni 541. occurrunt, quæ aliquam cum Religione affinitatem habent; qualis illa est, quæ uxores hæreticas suo privilegio privat, ne Dotis repetendæ causa aliis Mariti Creditoribus præferatur. Lege alia Hæresis causis, ex quibus aliquis exhæredari queat, accensetur. Alia Samaritanis potestas testandi, donandi, donatione acquirendi, & succedendi ab intestato redditur. Atque hæc Gratia conceditur precibus Sergii Episcopi Cæsariensis in Palæstina; is enim eos reddito testimonio commendaverat, quod jam fidelius ac antea obedientiam Cæsareis mandatis præstarent. Tandem legitur Lex severissime & sub pœnis gravibus prohibens, ne homines castrentur, eosque omnes, qui hanc injuriam passi fuissent, liberos pronun-

Nov. 169.

Nov. 115. *c.* 3. *§.* 14.

Nov. 129.

Nov. 142.

pronunciat; ideo enim evirabantur, ut majore pretio venumdari possent. (*) Sæculum VI. A. C. 541.

§. VII.

Barbarorum Conversio.

Lex illa ansam præbuisse credi potest conversioni Abagum, Populi barbari ad Caucasum habitantis, qui ad hæc usque tempora in Idololatria permanserat, Sylvas arboresque adorans. Solebant eorum Reges, si pueros formosos viderent, eos Parentibus suis surripere, ut eos exsectis virilibus venderent Romanis. Ipsos deinde parentes necari jubebant, ne possent injuriam acceptam vindicare. Cum Justinianus vetuisset, ne deinceps barbaræ crudelitati locus esset, tantam hac super re illi populi concepere lætitiam, ut ad amplectendum Religionem Christianam adduci se sinerent. Imperator *Procop. IV. Goth. c. 3.*

(*) In einer hier angehenkten Anmerkung bezeuget der Deutsche Uebersetzer ein grosses Mißfallen über die Novellen des Justinianus. Es verräth sich, sagt er, ein eckelhaftes und unordentliches Geschwätz. Ja, ja! man findet nämlich darinn schöne Zeugnisse vom Ansehen der 4. allgemeinen Concilien, von dem Primat des Pabstes, von einiger Ausnahm der Geistlichen in Criminalsachen, von dem Ehrwürdigen Mönchsstande, und so darf man nicht lang fragen, warum diese Novellen unserem Uebersetzer so sehr mißfallen.

Sæculum VI. A. C. 541.

rator in illorum Regione Ecclesiam S. Virginis ædificari jussit, misitque Presbyteros, qui inscios erudirent.

Theoph. an. 16. p. 118.

Justinianus ad Auxumitas quoque Indos, seu potius Æthiopes, misit Presbyteros nata hac occasione: Mercatoribus Romanis ad Auxumitas proficiscentibus per Regionem *Hemiar*, seu Homeritarum, in Arabia transeundum erat. Contigit, ut Rex illorum Damianus non nullos horum Mercatorum interficeret, & res eorum Fisco suo addiceret, causatus, quod Judæos suæ Ditionis vexarent, occiderentque. Hoc modo Auxumitis commercii libertas peribat. Ipsorum Rex Adad mittit qui de illata injuria apud Damianum quererentur; ad arma utrinque prorumpitur, atque in hoc Bello Adad, qui sicut omnes alii suæ Gentis Judæus erat, voto se obstrinxit, Christiana Sacra susceperturum se, si Homeritas devinceret. Pugnavit, vicit, & capto Damiano ipsius Regionem in suam potestatem redegit. Igitur postquam egisset Deo Gratias, ad Imperatorem Justinianum misit, qui ab ipso Episcopum & Clericos peterent; cupere se enim cum toto populo in Fide edoceri. Jussit Imperator, ut ipsis Episcopus daretur, quemcunque exoptassent. Legati, postquam satis virum idoneum perquisivissent, elegerunt Joannem Mansionarium Ecclesiæ S. Joan-

S. Joannis Alexandriæ virum pium, quem continentia ſemper ſervata commendabat, annos natum ſexaginta duos. Ipſo itaque ad ſuos perducto, in JEſum Chriſtum credentes, omnes baptizati ſunt. Id anno 16. Regni Juſtiniani Indictione quinta id eſt anno 542. factum. Eodem anno ſecunda Febr. prima vice Conſtantinopoli Feſtum Purificationis a Græcis *Hypapante* dictum, id eſt Domini Noſtri atque Simeonis & Annæ occurſus, celebratum eſt. (*)

Sæculum VI. A. C. 542.

Theoph. an. 15.

vid. Baron. Not. ad Martyr. 2. Febr.

§. VIII.

Perſæ Orientem depopulantur.

Interim Perſæ Orientis Provincias de-

(*) Abſurdus admodum eſt hic in adjecta Annotatione Interpres Proteſtans, qui ludens in Ritus Candelarum in fine affert verſus neſcio cujus Noo-Georgi:

Mira eſt candelis iſtis & magna poteſtas.
- - - - ut jam non ſit opus Chriſto committere cuncta.

Hodie quidem in Eccleſia Feſto Purificationis Candelis benedicitur, at ſi tempeſtates terreant, accenditur Cereus Paſchalis, & non aliunde quam a JEſu Chriſto Reſurgente auxilium ſperamus. Quod autem Interpres noſter putet, Catholicos his Cereis virtutem internam ſuperſtitioſe affingere, inſignis ipſius ſtultitia eſt. Sed Beatam Virginem cultu congruo proſequi tam rationi quam Scripturæ eſt conſentaneum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæculum VI. A.C. 542.

vastabant. Rex Cosroës violata pace in Romanorum terras anno 14. Justiniani id est 540. primo vere irrupit. Cepit, evertitque Suram Civitatem in Euphratis littore positam; Candidus vero Episcopus Sergiopoli in illa vicinia captivorum 12. millia redemit pollicitus se intra annum ducentas auri libras daturum, quod nisi præstitisset, deinde soluturum se duplum & Episcopatum dimissurum. Megas Episcopus Bereensis ad Cosroem missus nihil obtinuit. Hierapolis data pecunia hostium vim a mœnibus suis prohibuit. Berea deditionem fecit. Ephrem Patriarcha Antiochenus in Ciliciam fugit. Urbs ejus assultu capta, direpta, & incensa, si Ecclesiam excipias, quæ caro redempta est. Tandem Romanorum Legati inierunt pudendam pacem, quæ non obstitit, quo minus, dum ratihaberetur, Cosroes Daphne Ecclesiam S. Michaelis combureret. Ab Apamiensibus quoque, quo obtentu illorum Civitatem videndi venerat, grave redemptionis pretium exegit. Illic veræ Crucis Pars unius cubiti in capsa lignea auro gemmisque ornata servabatur, cujus custodia tribus Presbyteris erat commissa. Hanc cives fortissimum mœnium suorum præsidium existimabant, & singulis annis constituta die publice ostendebatur. Cum igitur populus hic perfidiam Cosroes, urbi ipsorum

Procop. II. Pers. c. 5.

c. 6.

c. 7.

c. 8. 9.

c. 10.

c. 11.

rum imminentis, formidaret, Thomam Episcopum suum rogarunt, ut ipsis crucem spectandam daret, quam ultima vice, priusquam morerentur, adorarent. Tunc vero grande prodigium visum est. Nam Episcopo revelatam Crucem per totam Ecclesiam portante fulgor magnus in laqueari conspectus est, qui Crucem quocunque deferretur, secutus, ut recondita fuit, disparuit. Evagrius Historiæ Scriptor se hoc Miraculum vidisse dicit, cum in scholis infimis operam daret litteris, & tunc forte cum parentibus suis illi comprecationi interesset. (*) His subjungit, quod Episcopum Thomam Crucem gestantem ingens ignis secutus fuerit, qui lucebat, & non urebat. Tandem hoc miraculum in laqueari Ecclesiæ arte Pi-

Sæculum VI. A.C. 542.

Evagr. hist. IV. c. 26.

(*) Eine kurze Anmerkung des Protestanten lautet also: Das Zeugniß *Evagrii* möchte wohl schwerlich eine strenge Prüfung aushalten ..... ob wohl nicht zu glauben stehet, daß um eines offenbaren Aberglaubens willen GOtt ein Wunderwerk werde gethan haben. Vielleicht ist es eine Parodie der Fabel *de Lumine S. Sepulchri*.

Ob hier das Zeugniß Evagrii eine strenge Prüfung aushalte oder nicht, daran ist wenig gelegen. Daß aber der Uebersetzer die Verehrung des Kreutzes einen offenbaren Aberglauben nennet, verräth er wiederum seine grosse Unwissenheit in der Gottesgelehrt-

Sæculum VI. A. C. 542.

ctoris fuisse memoriæ posteritatis conservatum. Cosroes, præter pecuniæ vim maximam, etiam Ecclesiæ Apamiensis thesaurum pretiosissimum abstulit, nihilque nisi Crucis lignum ab Episcopo exoratus ibi reliquit.

§. 12.

Cosroes pace jam inita tamen etiam ab urbe Calcide pretium non exiguum ad redimendam direptionem extorsit, & trajecto Euphrate Edessam obsidere constituit, ut Christianorum mendacium confunderet dicentium, inexpugnabilem esse ipsorum urbem, quia Epistolam JEsu Christi ad Abgarum datam haberent. Verum cum Rex iterato a via aberrasset, eam urbem oppugnandi animum abjecit, contentus ducentas libras auri recipere, ut a populatione illius Regionis abstineret. Post-

gelehrtheit. Die Verehrung des heil. Kreutzes ist nicht etwan eine andächtige Uebung, welche in einem Winkel der Christenheit entstanden, sondern die ganze Kirche hat solche als löblich und nützlich angenommen, wie es aus den Kirchengeschichten dargethan wird. Wäre es ein Aberglaube und Abgötterey gewesen, so könnte die Wahrheit der Worte JEsu Christi & Portæ Inferi non prævalebunt adversus eam Matth. 16. nicht bestehen. Wie sich die Parodie der Fabel de Lumine S. Sepulchri, welche kein Katholick jemal geglaubet, sondern nur ein Betrug der Griechischen Schismaticker ist, hieher schicke, weiß ich nicht.

Sæculum VI. A. C. 542.

Postquam Justinianus datis litteris ratam pacem habuit, Cosroes ad sua viam remensus est; quia autem nihilominus Civitatem Daram obsidione cinxit, rupta esse pacis fœdera, sentiens Justinianus revocavit ex Italia Belisarium, Persis clarissimum bello Ducem objecturus. Tum Antiochiam a Barbaris dirutam altera vice restauravit, sed murorum ambitum ad multo minus quam antea spatium redegit. Præter alia ædificia publica in nova Civitate duas amplas Ecclesias alteram Dei Matri, alteram S. Michaeli, item hospitium ægrotantibus viris separatim, fœminisque, & Peregrinis extruxit.

c. 13.

c. 14.

Procop. de ædif. II. c. 10.

§. IX.

Totila coram S. Benedicto.

Belisario ab Italia absente, Gothorum Rem novus ipsorum Rex Totila restituit. Per Campaniam iter facientem cupido incessit videndi S.Benedictum, quem Prophetiæ Spiritu donatum fama acceperat. Igitur ad ipsius Monasterium se conferens, cum in via de industria substitisset, præmisit, qui Regem venire nunciarent. Tum S. Viri Spiritum experturus Scutariorum suorum aliquem, cui nomen Riggon, mittit. Hunc caligas suas vestesque Regias ex Purpura induere jubet, socios addit tres ex Proceribus, Vultium, Rudericum, & Blidinum, qui Regis lateri

Procop. III. Goth. c. 2. 3. *&c.*

Grego. II. Dial. c. 14.

Sæculum VI. A.C. 542.

teri hærere consueverant, cum Scutariis & magno comitatu. Ubi Riggon Monasterium ingressus est, Benedictus, qui tunc sedebat, procul venientem vidit, statimque ut potuit exaudiri clamavit: *Fili mi! depone vestem, quam geris, nam tua non est.* Riggon timore perculsus, quod tantæ Sanctitatis viro illudere voluisset, in terram se demisit. Ceteri quoque venerabundi procubuerunt, & propius ad S. Benedictum non ausi accedere, ad Regem suum redierunt, trepide narrantes, confestim simulationem patuisse.

Tunc Totila ad S. Virum accedens, quamprimum eum conspicere licuit, in pavimento se prostravit, non ausus propius accedere. S. Benedictus sedens ter compellavit, ut surgeret, & tandem verecundantem ipse procedens e terra levavit, dixitque: *Multa mala facis, & multa feci sti. Cessa tandem, & ultra iniquus esse noli! urbem ingredieris, mare trajicies, & postquam annos novem regnaveris, decimo morieris.* Hæc omnia, ut S. Vir dixerat, suo tempore evenerunt. Perterritus Rex ipsius orationibus se commendans recessit, & exinde multam pristinæ ferociæ deposuit. Istud anno 542. contigerat. Haud diu postea Episcopus Canusinus Pietatis amator ideoque S. Benedicto carus, cum ad eum veniisset, sermones serens de Totilæ victoriis, & Roma-

Romanæ Civitati timens, dicebat: *Tantam Rex iſte urbi inferet vaſtitatem, ut incolæ deinceps defuturi ſint.* Reſpondit ei S. Benedictus: *non Barbari Romanæ urbi ruinam afferent, ſed tempeſtatibus, delapſis fulminibus, & terræ motibus affligetur, &, ſicut arbor in ſua radice areſcens, deficiet.* Sæculum VI. A. C. 542.

§. X.

S. Benedicti Miracula.

Vir nobilis nomine Theoprobus, quem S. Benedictus converterat, eique admodum familiaris quadam die ipſius Cellulam ingreſſus invenit amariſſime flentem. Diu ſubſtitit, vidensque, quod nullus eſſet lacrymarum finis, eæque non ut alias præ ſpirituali orantis dulcedine, ſed ex triſtitia fluerent, cauſam quæſivit. Vir Sanctus reſpondit: *Totum hoc Monaſterium, quod ædificavi, & omnia quæ Fratribus paravi, Dei Judicio Gentibus tradita ſunt, vix impetrare potui, ut animæ ſalventur.* Iſtud poſt annos ferme quadraginta, quando Longobardi Monaſterium Montis Caſſini deſtruxerunt, impletum. c. 17.

Præter Vaticinia S. Benedicti plurima etiam narrantur Miracula. Inter alia iſtud legitur. Quadam die cum exiiſſet cum Fratribus in agris laboraturus, agricola aliquis dolore obrutus ad Monaſterium c. 32.

Sæculum VI. A.C. 542.

rium venit, ambobus brachiis portans filii sui defuncti corpus, & petens ad Benedictum Patrem admitti. Responderunt præsentes, ipsum in agros exiisse cum fratribus. Tum Rusticus corpore filii ante Monasterii januam projecto, urgente doloris vehementia, maxima celeritate cucurrit, ut S. Virum investigaret. Quamprimum eum conspexit, clamare cœpit: *redde mihi filium meum! filium meum mihi redde!* S. Benedictus stetit, dixitque: *num ego tibi filium tuum rapui?* Respondit Rusticus: *mortuus est, veni, & resuscita eum!* Vir Sanctus auditis his verbis indoluit, & dixit: *recedite, Fratres! recedite, talia facere non est meum, sed SS. Apostolorum.* Verum afflictissimus Parens vehementius instabat, cum juramento affirmans, se non recessurum, nisi S. Abbas resuscitasset filium suum. S. Benedicto interrogante, ubi esset, *ecce!* inquit, *corpus ejus ante Monasterii fores jacet.* Ubi Vir Sanctus illo pervenit, cum fratribus genua flexit, tum super pueri corpore incubuit, & surgens elevatis ad cœlum manibus dixit: *Domine! ne respicias peccata mea, sed fidem hujus hominis,* (*) *& redde corpusculo huic*

(*) Hier sieht man von wem der Heil. Vater Benedict und zwar in Ansehung des starken Glaubens dieses Mannes die Wirkung eines Mirackels erwar-

huic animam, quam abstuliſti. Vix oratio- Sæculum VI.
nem abſolvit, cum videntibus cunctis A.C. 542.
infantis corpus contremuit. S. Benedictus puerum manu apprehendit, vivumque & ſanum reddidit Patri ſuo.

§. XI.
S. Scholaſtica.

Sancto Benedicto Soror erat nomine Scholaſtica, quæ a teneris annis totam ſe Deo conſecraverat, & tunc in Monaſterio haud procul a Fratre degebat. Ea ſolebat ad fratrem ſemel in anno inviſere, quam ipſe in quodam loco prope Monaſterii ſui januam recipiebat. Cum igitur quadam die cum Diſcipulis ſuis illo veniſſet, atque inter Laudes Divinas ac ſacra colloquia dies eſſet exacta, cum Sorore cœnavit. Necdum remota menſa & appetente nocte dixit Scholaſtica: *rogo te, ne me hac nocte deſeras, ſed de Cœleſtibus Gaudiis usque mane colloquamur.* Benedictus reſpondit: *quid ais? Soror mea! extra cellam manere nullatenus poſſum.* Erat

erwartete. Zugleich erhellet es, wie unverſchämt der Ueberſetzer den Heil. Benedictus kritiſire im vorigen Buch und 13. Abſchnitt, als wenn er den jungen Placidus ſchlecht belehret hätte. Allein dieſer Menſch hatte ſich einmal vorgeſetzet, in ſeiner Verſion die heiligſten Männer der Katholiſchen Kirche einen nach dem andern zu beſchimpfen.

Sæculum VI. A.C. 542. Erat vero magna Cœli serenitas. Tunc S. Scholastica in mensam inclinata & junctis manibus caput circumdans cum lacrymis oravit ad Deum. Cumque Caput levaret, simul micare fulgura, tonitrua audiri, & imber maximus ruere, ita ut nec S. Benedictus nec fratres, qui aderant, pedem extra limen domus efferre potuerint. Ergo S. Benedictus invitus mansit, & noctis tempus cum sorore de rebus spiritualibus colloquendo fefellit. Altera die ad Cellas suas redierunt. At
c. 34. ecce! elapso triduo S. Benedictus in Monasterio suo degens levatis oculis vidit Sororis suæ Animam in Columbæ specie Cœlum penetrare, & tantæ ejus Gloriæ congaudens Gratias Deo egit, mortem ipsius fratribus denunciavit, misitque, qui defunctæ Corpus ad Monasterium afferrent, in sepulchro, quod sibi ipsi præparaverat, deponendum, *ut eorum Corpora*, inquit S. Gregorius, *nec mors separet, quorum mens una semper in Deo fuerat.*

§. XII.

S. Benedicti obitus.

Sanctus Benedictus Sorori haud diu superstes fuit. Eodem quo mortuus
c. 37. est anno obitum suum quibusdam fratribus cum ipso versantibus prædixit, mandavitque, ut eam rem secretam tenerent. Aliis procul inde existentibus indicavit signa,

signa, quibus ipsius mortem cognosce- Sæculum VI.
rent. Sexto, priusquam obiret, die Se- A. C. 542.
pulchrum aperiri jussit, statimque febri violenta corripitur, qua semper ingravescente sexta die ad oratorium deferri voluit, recepto Corpore & Sanguine Domini nostri ad ultimam luctam se comparavit, & elevatis in Cœlum oculis manibusque inter Discipulorum ipsum sustinentium manus orans Spiritum reddidit. (*) Hæc devotio, qua mortem obiturus

vid. Mabil. Præf. Act. n. 40.

(*) Ingentia plane sunt S. Patri Nostris in omne Monachorum Genus Merita, quod eos antea propemodum Acephalos scripta Regula Discretione præcipua sub unum Institutum congregaverit, ut majore concordia sicut Acies bene ordinata Deo & Ecclesiæ militare valerent. R. P. Legipontius in Epistola anno 1754. typis edita ad Eminentissimum Cardinalem Quirini satis firmis Argumentis, præsertim ex Ratione petitis probat, S. Patri Nostro Benedicto mentem fuisse, Hierarchiam omnium Monasteriorum sui Ordinis instituere, cujus Caput esset Abbas Cassinensis, & sperat etiam, futurum, ut hæc Hierarchia nostris diebus restituatur, dum sic loquitur: *Istam vero Eminentiæ Prærogativam Cassinensi Monasterio, ejusque Antistiti ab initio assertam, sed tractu temporis, ut fieri assolet, non nihil obscuratam, nostris demum diebus per Benedictum XIV. P. M. rursus in integrum veluti postliminio restituendam eo fidentius auguramur,*

Sæculum VI. A. C. 543.

biturus in Ecclesiam deportari petiit, meretur adnotari, & plura hujus rei exempla occurrunt. S. Benedictus obiit Sabbato 21. Martii anno 543. in Vigilia Dominicæ Passionis. Eadem die duobus Monachis, quorum alter in Monasterio erat, alter in loco remoto, eadem Visio objecta. Viderunt viam palliis stratam innumeris facibus coruscantem, quæ ad Orientem a Monasterio usque ad Cœlum extendebatur. Aderat quoque vir venerabilis quærens, cui hæc via parata esset.

---

quo magis in dies experimur, Nos reipsa habere Pontificem, qui sciat compati infirmitatibus nostris &c. Ad illud etiam, quod passim objici solet, *Singula O. S. B. Monasteria suum habere Abbatem, sua jura & Bona inter se divisa, esseque ad invicem independentia,* P. Legipontius respondet: *Licet quilibet Episcopatus suum habeat Episcopum &c. . . . . Ecclesia tamen universalis vere unum Corpus efficit, uni Supremo Capiti subjectum. Quid igitur vetat Ordinis S. Benedicti Cœnobia quantumvis singula & ab invicem discreta, atque independentia alio tamen respectu, sive simul sumta unum efficere corpus?* Bonum quidem consilium! cujus vero eventus potius ad ordinem Rerum optandarum quam sperandarum pertinere videtur.

Illud quoque in hoc loco notandum occurrit. Audias aliquos affirmantes, Regulam non obligare

esset. Ipsis respondentibus se nescire, dixit: *Hæc est via, qua Dilectus Domini Cœlum Benedictus ascendit.* Sepultus est in Oratorio S. Joannis Baptistæ, quod in loco aræ, olim Apollini Sacræ, ædificaverat. Specus Sublacensis, in quo habitaverat, non nullis editis ibi miraculis inclaruit. Sæculum VI. A.C. 543.

§. XIII.

S. Maurus in Gallia.

A Sæculo IX. ab omnibus res constans habebatur, quemdam Episcopum Cenoma-

gare sub gravi; at non tantum minus Religiosa sed etiam minus vera ista opinio est, & facile demonstratur, Regulam in materia gravi etiam sub gravi peccato obligare. Ut enim illam obligationem silentio prætereamus, qua quisque illius Ordinis & Congregationis, de qua sustentatur & vivit, Statuta & Leges servare sub gravi peccato tenetur, illa Verba in Formula Professionis: promitto Stabilitatem & Conversionem morum meorum *secundum Regulam S. Benedicti*, sunt Promissio Deo facta, atque ideo voventem sub gravi certe obstringunt. Hanc veritatem etiam Praxis & communis Opinio Monasteriorum confirmat, quæ Exemptionem a quibusdam Regulæ Statutis, puta, a Psalmodia nocturna, & Licentiam comedendi carnes a Summo Pontifice petierunt, neutiquam vero talia proprio Arbitrio, quod utique potuissent, si Regula tantum sub levi obligaret, decreverunt.

Sæculum VI. A. C. 543.

nomanensem a S. Benedicto expetiisse, ut quosdam ex Discipulis suis mitteret, qui in ipsius Diœcesi Monasterium fundarent. S. Benedictum ad eum misisse S. Maurum cum Fausto & aliis tribus numero quinque Monachis. Eos in via S. Benedicti obitum comperisse, & cum Aureliam pervenissent, fama accepisse, etiam Episcopum Cenomanensem, qui ipsos advocaverat, fatis functum. At vero qui in Episcopatu successerat, non æque ac Antecessor ejus in Monachos affectus illos suscipere respuebat. Interim aliquis Toparcha, nomine Florus, illis Fundum dedit, qui Glandifolium dicebatur, ad Ligerim in Diœcesi Andegavensi situm, ibique ædificavit Monasterium, quod in hanc usque diem manet. Quatuor in eo Monasterio erant Ecclesiæ, S. Martino, S. Petro, S. Severino, & S. Michaeli dedicatæ. Has Dedicationes Eutropius Episcopus Andegavensis circa annum 550. peregit. Florus in hoc Monasterio Bertulfum filium suum octennem Deo obtulit. Ipse quoque ibidem vitam Monasticam amplexus, plures alios suo exemplo traxit. Præ ceteris quæ narrantur id exploratum habemus; Theodeberti Regis ætate S. Maurum Diaconum venisse in Diœcesin Andegavensem, ibi Monasterium Glandifoliense fundasse, quod postquam diu rexisset, Bertulfum

Succes-

To. 1. Act. SS. Bened. Præf. §. 5. & vit. S. Maur. pag. 274.

Succeſſorem habuiſſe. S. Maurus circa annum 584. 15. Jan. ad Cœleſtia tranſiiſſe creditur, qua die Eccleſia ejus Memoriam honorat. Sæculam VI. A. C. 543. *Martyr. R. 15. Jan.*

§. XIV.

S. Cæſarii Arelatenſis obitus.

Sanctus Cæſarius Arelatenſis anno ſuperiore e vivis abierat, poſtquam rexiſſet illam Eccleſiam annos quadraginta. Ætatis vero annum ſeptuageſimum ſecundum & plures attigit. Adeo infirma valetudine languebat, ut ſæpe conſpicientibus ſemimortuus videretur. Cum brevi moriturum ſe arbitraretur, quæſivit, quantum temporis usque ad Feſtum S. Auguſtini ſupereſſet, dixitque: *Spero in Dominum Noſtrum, & credo diem obitus mei a die, qua S. Auguſtinus ex hac vita migravit, non multum diſtare; vos enim ſcitis, quantum ipſius Doctrinam integerrime Catholicam ſemper amaverim.* Tum S. Cæſarius ad Monaſterium Virginum, quod ante annos triginta fundaverat, deferri ſe juſſit, cum ſciret, amantiſſimas fæminas ipſum amittendi metu conſternatas nec cibum nec ſomnum ſatis capere, & interrupta Pſalmodia frequentiſſimos earum gemitus audiri. Quæ autem ad eas locutus eſt, non modo nihil ſolatii attulerunt, ſed auxerunt dolo-

vit. Lib. 2. n. 35.

n. 36.

Sup. XXXI §. 17.

Sæculum VI. A. C. 543.

rem, quippe omnibus bonum Senem conſpicientibus conſtabat, ſtatim eſſe morituram. Ducentæ & ultra Moniales erant, habebantque Præpoſitam, quæ etiam Cæſaria ſicut S. Cæſarii ſoror, cui ſucceſſerat, vocabatur. Vir Sanctus eas hortatus eſt, ut Regulam, quam ipſis tradiderat, fideliter ſervarent. In ſuo autem Teſtamento, quod habemus, & in ſuis Epiſtolis eas Epiſcoporum Succeſſorum ſuorum, Clericorum, Præfectorum, & Civium Benevolentiæ commendat, rogatque, ne quis fæminis Deo dicatis adverſetur.

ap. Baron. an. 508. n. 33.

Cum S. Cæſarius Virginibus ſuam Benedictionem fuiſſet impertitus, & ultimum valedixiſſet, ad Eccleſiam Metropolitanam reverſus, inter manus Epiſcoporum, Presbyterorum & Diaconorum die tertia poſt Feſtum S. Geneſii ſexto Calendas Sept. in Vigilia Feſti S. Auguſtini, altera poſt Dedicationem Monaſterii ſui die, nempe vigeſima ſeptima Aug. an. 542. beatam animam efflavit. Illico populus in veſtimenta defuncti, ut ea ſibi ſervaret, irruit. Vix ſatis Presbyteri & Diaconi prohibere potuerunt, ne minutim dilacerarentur. S. Viri Reliquiæ plurimis ægrotis ſaluti fuere. Nam S. Cæſarius, qui adhuc vivus multis miraculis fulſerat, etiam poſt mortem non minora patravit. Omnis Conditionis hominibus, bonis, malisque, Chriſtianis, atque Judæis,

n. 37.

S. Cæſarius.

dæis, Sancti Viri obitum lugentibus in Ecclesia S. Mariæ, ubi Monialium sui Monasterii Sepultura erat, sepultus est. Statim ipsius vita in duobus libris litteris mandata est. Primus ad Abbatissam Cæsariam juniorem directus est, cujus Auctor principalis fuit Cyprianus Episcopus Telonienſis, nam & alii duo Episcopi Firminus & Viventius operam contulerunt. Liber secundus Messianum Presbyterum, & Stephanum Diaconum Auctores habet. Omnes hi Scriptores S. Cæsarii Discipuli, ejusque eximiæ Virtutis & Miraculorum testes præsentes fuere.

Sæculum VI
A. C. 543.

Act. SS. Ben. p. 658.

Narrant, quod singulis annis quibusdam diebus oleo benedixerit in Baptisterio, atque infantes utriusque sexus, a parentibus missi, Viro Sancto vasa aqua vel oleo plena certatim obtulerint, ut iis benediceret. Hoc oleum morbis curandis adhibitum fuisse creditur. Iidem Scriptores litteris consignarunt, cuidam Clerico commissum munus fuisse, ut baculum pastoralem Episcopi gestaret, atque id officii Notariis fuisse injunctum. Ab aliis Scriptoribus discimus, morem fuisse, ut Episcopis Crux benedicta auro argentoque cælata præferretur, qui honor hodie solis Archiepiscopis competit. (*)

vit. S. Cæs. Lib. 2. n. 13.

Præf. to. 1. Act. n. 101. Vita lib. 2. n. 17. vit. S. Sams. lib. 2. n. 10.

(*) Die Sucht, Anmerkungen zu machen, verläßt

Sæculum VI.
A. C. 543.

§. XV.

Concilium Aurelianense quartum.

Cyprianus Episcopus Telonensis interfuerat Concilio Aurelianensi quarto, quod annis tribus post Concilium Superius Basilio Consule Indictione quarta id est anno 541. celebratum. In hac Synodo triginta & octo Canones conditi sunt. In primo præcipitur, ut Dies Paschalis secundum Tabulam Victorii celebraretur; eam Episcopus singulis annis in Festo Epiphaniæ populo denunciet, & si quod dubium suboriatur, Metropolitæ Sacram Sedem consulant. Nihilominus post non multum temporis Victor Capuanus demonstravit, Victorium in computandis annis errasse. Omnes Episcopi curent Quadrageſimam æqualiter observari. Non in uno loco prius quam in alio jejunare incipiant. Nec jejunium Sabbatinum tollatur. Inde conjectura est, aliquos consuetudinem Græcorum secutos, Sabbato

to. 5. p. 380. Sup. lib. XXVIII. §. 51.

Beda de temp. rat. c. 49.

c. 2.

läßt unsern Uebersetzer noch nicht. Hier haben wir eine kurze, deren letztere Worte sind: theils auch sein *Testamentum* (des Cæsarius) das von verschiedenen Papistischen Gelehrten aufgeleget worden. Wenn es keine Papistische Gelehrte gäbe, was würde dieser Lutherische Halbgelehrte zu übersetzen gehabt haben? Obwohl er mit dieser Arbeit das trockene Brod nicht verdienet.

bato non jejunaſſe, & Quadrageſimæ die Lunæ poſt Dominicam Quinquageſimæ initium dediſſe. Epiſcopus in illa Eccleſia, cujus Regimen ipſi deſtinatur, aut ſaltem præſente Metropolita, & in illa Provincia, ordinetur. Nobiles in Oratoriis Prædiorum ſuorum non alios Clericos, quam ab Epiſcopo approbatos, conſtituant, nec eos prohibeant illa Miniſteria Eccleſiæ præſtare, quæ debent. Qui in fundis ſuis Parochiam fundare voluerit, ſufficientes Reditus & Clericos, qui miniſtrent, ſuppeditet. Ecce iterum Juris Patronatus originem. Plures Canones in hoc Concilio conditi, quibus prohibetur Laicis, ne Bona Eccleſiæ donata rapiant, & Clericis, ne illa alienent. Unde inferendum, illos abuſus fuiſſe frequentes. Servi Eccleſiarum, aut Epiſcoporum non rapiant, nec captivos ſibi ſubjiciant, cum Domini illorum ſoleant captivos redimere. Salva eſſe jura Aſyli jubentur; ſed non ſint Refugium Servis Matrimonia illegitima contrahentibus. Judicibus prohibetur, ne Clericis onera publica, præſertim tutelam, Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis imponant. Judices Sæculares non cognoſcant de Cauſis Clericorum etiam contra Laicos, nec ullam Jurisdictionem ſine data Epiſcopi vel Præpoſiti facultate in eos exerceant. Econtra Clerici, ſi a Præpoſito ſuo Eccle-

Sæculum VI. A. C. 543.

c. 5.

c. 7.

c. 26.

c. 14. 19.

c. 11. 18. 25. 34. 35. 36.

c. 23.

c. 21.

c. 24.

c. 13.

c. 20.

Canones.

Sæculum VI. A. C. 543.

siastico citentur, optima fide & sine omni fraude respondeant.

c. 12. Si qui Episcopi in aliqua Causa temporali dissentiant, a Confratribus per litteras moneantur, ut transigant, vel Arbitros sibi deligant. Si lis ultra annum protracta fuerit, ille, cujus culpa id fit, Communione Confratrum privetur. (*)

Disciplina istorum Canonum a Disciplina Ecclesiarum Orientalium, quam in Legibus Justiniani observavimus, non multum abhorret.

c. 15. 16. Prohibentur ea omnia, quæ de veteri Idololatria restabant, qualia sunt, Carnes immolatas manducare, aut jurare per

c. 28. caput quorumdam brutorum. Homicida, qui Vindictam publicam effugerit, nihilominus Pœnitentiam subire jubeatur.

Hos Canones sua subscriptione confirmarunt Episcopi præsentes triginta octo, & nomine absentium Presbyteri undecim & unus Abbas, nempe, Amphilochus Amelii Episcopi Parisiensis Legatus. Hi Episcopi ex omnibus tribus Franciæ Regnis, & omnibus Galliarum Provinciis, excepta Narbonensi prima, quam Gothi adhucdum tenebant, congregati

(*) Exemplum Excommunicationis, quæ a parte Ecclesiæ, & non a tota separabat. Saltem sic videtur.

gregati erant. Aderant in hoc Concilio Episcopi ex quinque Provinciis Lugdunensibus, duabus Viennensibus, tribus Aquitanicis, ex Alpibus Græcis, ex Alpibus maritimis, secunda Narbonensi. Præerat Leontius Burdegalensis, quem tres alii Metropolitæ, Aspasius Augustanus Auscionensis, Flavius Rothomagensis, Injuriosus Turonensis sequebantur. Episcopi ceteris magis noti fuere S. Gallus Claromontanus, S. Dalmatius Segedunensis, quem Charitas in pauperes, abstinentia, & assiduum orationis studium, commendabant, S. Eleutherius Antissiodorensis, S. Innocentius Cenomanensis, S. Agricola Catalaunensis, & S. Firminus Ucetiensis. S. Arcadius Archiepiscopus Bituricensis, Mandatarium misit; ipse enim decumbebat morbo, ex quo obiit prima Aug. ejusdem anni 541. Ei successit Desiderius cognomento Theodulus. Marcus Episcopus Aurelianensis subscripsit ultimus. Sæculum VI. A.C. 543.

§. XVI.

Episcopatus Melodunensis.

Sanctus Leo Archiepiscopus Senonensis huic Concilio non interfuit, quod Regis Childeberti Gratia, dum Ecclesiæ suæ jura propugnat, excidisset. Civitas Senonensis in Regno Theodeberti sita erat, & Melodunensis in Regno Childeberti, qui

Seculum VI. A. C. 543.

qui eam a Diœceſi Senonenſi avellere, ibique Epiſcopatum erigere volebat. Hac ſuper re ad Leonem Archiepiſcopum litteras dederat, ipſum invitans, ut veniret, & Meloduni Epiſcopum, quem populi preces exoptarent, ordinaret, aut ſaltem, ut aliquis ordinaretur, conſentiret. Leo reſpondit: *Miror, quod iſtud a me exigas ſine mandato Theodeberti Regis, cui ſubditus ſum, & eo magis, quod nova hæc eſſet rerum mutatio. Videris velle mihi exprobrare negligentiam, ac ſi iſtam Diœceſis meæ partem minus curarem ac ceteras. Hinc proteſtor contra cujuscunque Epiſcopi molimina, adverſus Canones quidquam auſuri. In Synodo facti rationem reddere cogetur. Tuum potius eſſet, utpote Regis Chriſtiani, pacem inter Epiſcopos, atque inter Paſtores populosque fideles fovere. Si populus iſte Epiſcopum ſibi dari poſtulat, quia eum jam a longo tempore nec per me ipſum nec per alium viſitavi, reſpondeo, id culpa mea non omiſſum; nec enim ſenectus aut invaletudo ab hoc officio me retardaſſet, niſi tuo imperio mihi via præcluſa fuiſſet. Si vero me invito Epiſcopum Meloduni ordinari juſſeris, ſcias, tam Ordinantem, quam Ordinatum a noſtra Communione ſeparandos, donec Papa, vel Concilium hac ſuper re pronunciaverit.* Leo breve poſt tempus vita exceſſit, cujus Nomen Eccleſia

to. 5. Conc. p. 377.

cleſia 22. Apr. celebrat. Ipſi in Epiſco- Sæculum VI.
patu Conſtitutus ſucceſſit. A. C. 543.

Mart. Rom.
22. Apr.

§. XVII.

Vigilii Papæ Epiſtolæ ad Auxanium.

Sancto Cæſario in Cathedra Arelatenſi ſucceſſit Presbyter Auxanius, qui poſtquam fuiſſet ordinatus, Joanne Presbytero, & Teredo Diacono Romam miſſis, Vigilium Papam ſuæ Electionis certiorem fecit, & Pallium petiit. Papa antequam id concederet, Imperatoris conſenſum expectavit, quod ex ipſius Reſponſoriis 18. Octobr. anno 543. datis cognoſcitur. Elapſis deinde decem & octo Menſibus, acceptis Regis Childeberti mandatis, & Imperatoris conſenſu, nempe opera Beliſarii, Auxanio reſcripſit. Ipſum in Galliis Vicarium ſuum conſtituebat, & dabat poteſtatem examinandi judicandique Epiſcoporum Cauſas, adhibito ad conſilium Epiſcoporum congruo numero, ita tamen, ut Quæſtiones Fidei & Cauſas graviores poſt exactam in ipſis locis inquiſitionem Sacræ Sedi definiendas relinqueret. Monet, ut pro Imperatore Juſtiniano, Theodora Imperatrice, & Beliſario Patricio oret, atque ad conſervandam pacem inter Imperatorem & Childebertum Regem

Vigil. ep. 6. to. 5. p. 319.

Ep. 7.

Sæculum VI. A. C. 544.

gem operam conferat. Tandem usum Pallii, quemadmodum Symmachus Papa Anteceſſori ejus conceſſerat, indulget. Simul ad Epiſcopos Galliæ Childeberto Regi ſubjectos, & ad illos, qui Epiſcopos Arelatenſes pro conſuetudine ordinabant, Epiſtolas dedit, exhortans, ut Auxanium Vicarium ſuum recipiant, ei obediant, & ab eo litteras formatas, iter longius ſuſcepturi, acciperent. Hæ duæ Epiſtolæ 22. Maji anno 545. datæ. Auxanius haud diu poſtea deceſſit, & Aureliano in Epiſcopum Arelatenſem ordinato Vigilius Papa ad Regis Childeberti teſtimonium, & cum Imperatoris conſenſu eandem Poteſtatem iisdem conditionibus tribuit. Id ex Epiſtolis Papæ ad ipſum & Epiſcopos Galliæ 23. Aug. anno ſequente 546. datis liquet.

§. XVIII.

Aratoris Poëma.

Inſc. in fin. to. 8. bibl. PP. p. 700.

Vigilio Papæ Arator ſuum Poëma de Actis Apoſtolorum Verſibus Hexametris concinnatum & in duos Libros diviſum obtulit. Arator olim Comes Domeſticorum, ſeu Prætorianorum Centurio, & Comes Rerum privatarum id eſt prædiis Imperatoris Præfectus, relicto Mundo tunc Eccleſiæ Romanæ Subdiaconus erat. Poëma iſtud Vigilio Papæ ſexta Aprilis, tertio poſt Baſilii Conſulatum

tum anno, Indictione septima, id est, anno 544. in Presbyterio ante Confessionem S. Petri, nempe, in Sanctuario Ecclesiæ Vaticani, præsente Clericorum Romanorum majore Parte tradidit. Papa, cum statim aliquam Versuum partem legi jussisset, hoc opus Surgentio Notariorum Primicerio in Tabularium Ecclesiæ deponendum dedit. Verum omnes, quotquot erant Romæ, litterarum amantes Papam rogarunt, ut illud publice recitari præciperet. Mandavit, ut hæc Lectio in Ecclesia S. Petri ad vincula fieret. Tunc igitur maxima multitudine Ecclesiasticorum, Laicorum, Nobilium & Populi confluente, ipse Arator Carmen suum quatuor diebus recitavit, quippe Auditores hac Lectione adeo capiebantur, ut eosdem Versus repetere sæpius cogeretur. Hinc singulis diebus non ultra mediam operis partem legere potuit. Hic videmus vestigia veteris illius Romanorum moris sub primis Imperatoribus, ut Scriptores præsertim Poëtæ ingenii sui monumenta publice recitarent. Sæculum VI. A. C. 544.

§. XIX.

S. Cerbo.

Sub idem tempus Totila Urbi obsidionem minitante, quam etiam postea molitus est, qui intus copiis præerant, *Procop. III. Goth. c. 9.*

omnes

Sæculum VI. A. C. 545.

omnes Arianorum Clericos ejecerunt, nam eos cum Gothis, eandem Religionem profitentibus, consilia communicare suspicabantur. Imperator vero Justinianus, comperto, quanto successu Totila arma circumferret, permotus est, ut Belisarium anno hujus belli decimo, nempe 545. in Italiam redire juberet. Id auxilii Romanis Vigilium Papam contulisse, Arator testatum facit. S. Cerbo Episcopus Populonii Civitatis in ora Thusciæ maritima, cujus hodie vix rudera supersunt, vir maximam curam peregrinorum gerens, aliquot Romanos milites susceperat. Viri Misericordia, barbari Regis animum irritavit. In castra, quæ octavo ab urbe milliario, posuerat, adduci jussum, ut lætum populo spectaculum daret, Ursis devorandum projicere statuit. Maximus populi conventus fuit, ipso etiam Rege præsente. Deligitur Ursus ceteris ferocior, cavea emittitur, in Episcopum prorumpit. At subito demisso capite pedes ejus lambere cœpit. Obstupescit populus, exclamat. Rex ipse S. Episcopi Reverentia motus, liberum dimisit. S. Gregorius exinde hoc Prodigium narrabat, prout ab illis, qui rei adfuerant, audiverat.

Præfat.

Greg. III. Dial. c. 11.

Pelagius Diaconus circa idem tempus Constantinopoli rediit, postquam ibi diu tanquam Ecclesiæ Romanæ Apocrisiarius

siarius commoratus fuisset. Is sibi Justiniani Imperatoris favorem conciliaverat, & magnas Romam divitias retulit. Pelagio absente Theodorus Cæsariensis negotio gerendo tempus delegisse creditur, ut damnatum Origenem trium Capitulorum condemnatione ulciscereturSed antequam id explicemus, quæ interea in Oriente hac super re gesta sunt, referri oportet. Sæculum VI. A. C. 545. *Procop. III. Goth. c.* 16. *Sup. n.* 17.

§. XX.

Origenistarum in Palæstina motus.

Postquam Justiniani Edictum contra Origenem Jerosolymam allatum est, omnes Episcopi Palæstinæ, & omnes Deserti Abbates subscripserunt; quod Nonnum aliosque suæ factionis adeo irritavit, ut a Communione Catholicorum recederent, ex Nova Laura S. Sabæ exirent, & in campo morarentur. Theodorus ex Cappadocia, qui Constantinopoli versabatur, hoc comperto, vocatis ad se Apocrisiariis Jerosolymitanis, ira exardens dixit: *Nisi Patriarcha Petrus his Patribus satisfaciat, & in eorum Lauram reducat, ipsum ego Sede sua pellam.* Interim Nonnus ejusque sequaces eodem Theodoro instigante Patriarchæ scripserunt in hunc modum: *Sanctitatem tuam supplices rogamus, ut amore nostri, & in solatium animarum nostrarum verbis ge-* *Sup. n.* 4. *vit. S. Sabæ. n.* 86. *p.* 366. *p.* 367.

Sæculum VI A.C. 545.

neralibus edicas; omne Anathema, quod Deo displicet, nullius esse roboris, in Nomine Patris & Filii & Spiritus S.

Patriarcha non quidem statim adduci potuit, ut ejusmodi Declarationem daret, quod illegitimam & seditiosam existimaret. Verum Theodori Versutiam reformidans, ut consilio capiendo tempus lucraretur, Nonno & sociis ejus accersitis, clam ceteris omnibus, illud, quod volebant, declaravit. Ipsi ad Novam Lauram redeuntes acerbum in Patres majoris Lauræ S. Sabæ animum neutiquam deposuerunt.

Mox crescente audacia Errores suos, nempe Origenis Hæresin, publice & in diversis ædibus prædicarunt. Varios Patres Majoris Lauræ persequendi prætextus quærebant. Si quem Monachum Orthodoxum Jerosolymæ viderent, Sabaitam appellabant, per subornatos viros sæculares verberari, & urbe ejici jubebant. In Jordanis ripa Monachi quidam Bessi ex Thracia ortum ducentes habitabant. Hi pio zelo accensi Jerosolymam accurrunt ad Catholicorum auxilium. Tunc vero Seditiosi in pugnas & vim apertam eruperunt. Cum Catholici in Magnæ Lauræ Hospitium securitatis causa se recepissent, eorum hostes furore incitati adsunt, omnes trucidaturi. Quia vero clausis januis ab ingressu

p. 368.

su arcebantur, fenestras perfringunt, & injecto saxorum grandine illos, qui intus erant, infectantur. Tandem Bessorum unus, cui nomen Theodulus, arrepta pala, quam fors obtulit, eruptionem in aggressores facit, & solus omnes, quamvis numero ferme trecenti essent, in fugam vertit; cavebat tamen, ne quemquam eorum vulneraret. Verum fortissimus pugil saxo ictus post paucos dies animam reddidit. Sæculum VI. A. C. 545.

Ut tantis malis remedium quærerent, Majoris Lauræ Patres Gelasium Abbatem suum rogarunt; Constantinopolim iret, & Imperatorem, quæ agerentur, edoceret. Is itineri accinctus, omnibus in Ecclesiam convocatis, ait: *Patres mei! quæ mihi in hoc itinere obventura sint, nescio, sed rogo vos, ut neminem illorum vobiscum versari patiamini, qui Theodorum Mopsuestenum sequuntur, nam Hæreticus est. Memoria bene teneo, ipsum æque ac Origenem S. Patri nostro Sabæ horrori fuisse. Pœnitet me admodum, quod Libello Patriarchæ jussu in Deserto conscripto, & cavente, ne Theodorus anathematizaretur, subscripserim. Attamen Deus, cui Ecclesia sua curæ est, probibuit, ne Libellus reciperetur, voluitque, ut Theodorus damnaretur.* n. 87. Origenistæ. p. 369.

Ubi Gelasius Abbas Constantinopolim pervenit, illico ipsius adventum Theo-

Sæculum VI. A. C. 545.

dorus Cæsarienſis comperit, ſtatimque ubique mandata delata ſunt, ne quis Monachus, qui ab Jeroſolyma veniret, vel in Hoſpitio Orphanorum, vel in ædibus Patriarchæ, vel in Regia, ſuſciperetur. Gelaſius cum ubique videret ſibi aditum obſtrui, timens Theodori Potentiam, Conſtantinopoli exceſſit, via terreſtri in Palæſtinam rediturus. Ecce vero, dum Amorium, Civitatem Phrygiæ attigit, ibidem Menſe Octobri Indictione nona id eſt anno 545. diem clauſit. Id poſtquam ad notitiam Patrum majoris Lauræ delatum, Jeroſolymam iverunt, ut a Petro Patriarcha peterent, Abbatem ſibi ordinari. Verum Petrus, cum Profectionem Conſtantinopolim ſuſcepiſſet, a Theodoro Cappadociæ coactus eſt Petrum Alexandrinum, & Joannem cognomento rotundum, Cellularios accipere. Hi Patres Magnæ Lauræ e Domo Episcopali Jeroſolymitana probroſe ejectos
p. 370. re infecta reverti compulerunt. Tunc vero Monachi omnes ad Origeniſtas defecerunt. Aliquos neceſſitas, hos adulatio, alios timor, alios ignorantia abſtraxit. Sola Hæreticis obſiſtebat Magna Laura, ſed ut hanc quoque in ſuas partes pertraherent nullum non lapidem
n. 88. movebant. Tandem illius loci Abbatem elegerunt quemdam Georgium nomine, Origeniſtam, eumque in poſſeſſionem

nem Sedis S. Sabæ armata manu immiserunt. Sed multi Patres in diversa sparsi. S. Joannes Silentiarius Cellula sua, qua incluſus erat, egreſſus in montem Olivarum se contulit, quem plures alii secuti. Eadem die, qua ipsi expellebantur, Nonnus subita morte e vivis raptus est. Sæculum VI. A. C. 545.

§. XXI.

Justinianus tria Capitula damnat.

In his rerum articulis Theodorus Cappadox, cum maximam potentiam in Aula Cæsarea, præsertim post abitum Pelagii Legati, adeptus esset, damnatum Origenem vindicare, simulque Concilii Calcedonensis Auctoritatem imminuere aggressus est. Itaque eo animum adjecit, ut non quiesceret, donec damnaretur Theodorus Mopsuestenus, qui multa adversus Origenem scripserat, & aliunde a Concilio approbatus videbatur. Eo Consilio Theodorus Cappadox utrique Officio, nam Origenista erat & Acephalus, faciebat satis, & sequebatur noviſſimum exemplum mortuos damnandi, postquam nuper Origenes damnatus fuisset. Hinc videns Imperatorem Justinianum contra Acephalos scribere, (*) ut *Lib. brev. c. 24.*

(*) Imperatoris fuiſſet contra hoſtes Reipublicæ, & Eccleſiæ gladium ſtringere non calamum

Sæculum VI. A. C. 546.

Concilium Calcedonense defenderet, venit ad eum cum Sectatoribus suis, qui sub falso Catholicorum nomine Schismaticis, instigante Theodora Imperatrice, favebant, aitque ad Principem: *Inutili scriptione fatigaris, cum tibi multo brevior via sit, qua omnes Acephalos ad unitatem reducas. Nulla alia re offenduntur, quam quod Concilium Calcedonense Laudes Theodori Mopsuesteni receperit, & Epistolam Ibæ, quæ omnino Nestoriana est, Orthodoxam declaraverit. Si Theodorus & libri ejus, atque Ibæ Epistola damnentur, Concilium legitimatum & emendatum credent, integrum recipient, Pietas Tua facili negotio discordes Ecclesiæ reconciliabit. Denique hoc facto immortalem Tuo Nomini Gloriam paries.*

Imperator, cui Acephalorum fraudes non suboluere, benignas aures præbuit, promisitque, se facturum, quod petebant. Igitur Principem rogant, ut Rescriptum vulgaret, quo tria Capitula, id est, Libri Theodori Mopsuesteni, Epistola Ibæ, & Opus Theodoreti adversus duodecim S. Cyrilli Anathematismos damnaren-

mum. Occamus ad Imperatorem Ludovicum Bavarum Fundatorem Monasterii nostri appositè dixisse narratur: *Defende tu me gladio, & ego te defendam calamo.*

Sæculum VI.
A. C. 546.

mnarentur. Hoc modo Imperatorem in cassés pertrahere conabantur, prævidebant enim, si modo Rescriptum edidisset, quod orbi notum fieret, pudorem ipsum prohibiturum, ne retractaret opus suum, & ita Edictum fore irrevocabile, quia rem periculo plenam timebant, si quis esset, qui Principem errorem dedoceret, & dolos manifestaret. Ergo Justinianus Imperator dimisso opere, quod contra Acephalos scribere exorsus fuerat, aliud ad damnanda tria Capitula composuit, seu verius id Theodorus Cappadox præfixo Imperatoris Nomine conscripsit. Habet vero istud scriptum formam Edicti seu Epistolæ ad universam Ecclesiam directæ, & Titulum gerit: *Confessio Fidei.*

Tria Capitula

to. 5. Conc. p. 683.

Revera Imperator initio exponit Fidem suam de Trinitate, deinde de Incarnatione, in quo Articulo fusior est, & explicat S. Cyrilli propositionem: *Una Natura incarnata.* Tum quatuor Concilia Generalia se recipere profitetur, & adjungit 13. Anathematismos, quorum decem priores nil nisi Doctrinam Catholicam continent de Incarnatione, sed tres posteriores explicite tria Capitula damnant in hunc modum: *Si quis defendat Theodorum Mopsuestenum, eumque, Libros, & Sectatores ejus non anathematizet, Anathema sit! Si quis defendat Li-*

p. 690.

p. 702.

p. 703.

p. 706.

Sæculum VI. A. C. 546.

bros Theodoreti in Defensionem Nestorii contra duodecim Articulos S. Cyrilli scriptos, si quis eos laudet, & non anathematizet, Anathema sit! Si quis defendat Epistolam impiam, quam Ibas ad Marim Persam Hæreticum scripsisse dicitur, si quis eam defendat totam, vel partem illius, & eam non anathematizet, Anathema sit! in quolibet istorum Articulorum exponuntur præcipui errores, quorum Theodorus, Theodoretus, & Ibas insimulantur.

p. 707.

Deinde Imperator quibusdam objectionibus respondet; scilicet Concilio Calcedonensi Epistolam Ibæ fuisse probatam. Theodori Mopsuesteni errores damnari posse non damnata ipsius Persona. Tandem defunctos non esse condemnandos; quod fusissime tractat. In conclusione dicit; Si quis hanc Doctrinam non amplectatur, in Judicio Divino rationem redditurum. Itaque hoc Rescriptum Epistolæ Dogmaticæ similius est, quam Legi. Dies addita nulla est, sed omnes conveniunt, anno 546. fuisse promulgatum.

p. 714.

§. XXII.

Episcopi subscribunt.

Imperator datis ad omnes Episcopos litteris acriter instabat, ut Edicto tria Capitula damnanti subscriberent. Primus

mus omnium Mennas Patriarcha Constantinopolitanus statim quidem subscribere renuit, dicens, id Concilio Calcedonensi adversari. Nihilominus subscripsit. Stephanus Diaconus & Legatus Ecclesiæ Romanæ Constantinopoli præsens, qui Pelagio successerat, Mennæ inconstantiam exprobravit, cum promisisset, nihil se sine Sanctæ Sedis consensu facturum. Respondit Mennas, ea tantum conditione se subscripsisse, ut si id Episcopo Romano non probaretur, suum Chirographum redderent, quod etiam jurato sibi promisissent. Hoc non obstante Stephanus Diaconus a Communione Mennæ recessit, eosque, qui cum Menna communicaverant, non prius recepit, quam Pœnitentiam egissent. Dacius Mediolanensis & plures alii Episcopi, qui tunc Constantinopoli versabantur, nec non magnus Catholicorum numerus a Communione Mennæ se separarunt. Zoilus Patriarcha Alexandrinus Condemnationi trium Capitulorum subscripsit. Ephrem Antiochenus accepto subscribendi Mandato obedire detrectavit, sed postquam comminati fuissent, eum Sede sua dejicere, victas manus dedit. Petrus Jerosolymitanus coram magna Monachorum multitudine, quæ ad eum confluxerat, addito juramento edixit, si quis huic novo Decreto consenti-

Sæculum VI. A. C. 546.

Facund IV. c. 4. Vict. Tun. an. 549.

Facund. IV. c. 3.

Id. cont. Moc. p. 575. IV. c. 4. p. 171.

Sæculum VI. A.C. 546.

ret, eum Concilio Calcedonensi refragari; & tamen etiam ipse, sicut alii, consensit. Multi Episcopi protestabantur contra subscriptionem, quam Mennas Constantinopolitanus ab ipsis extorquebat, quod Concilio esset contraria, atque Libellos Stephano Diacono ad Papam transmittendos tradebant. Episcopis, qui damnationem trium Capitulorum approbabant, larga merces tribuebatur. Qui recusabant, deponebantur, aut proscribebantur. Multi fugiebant, & latebras quærebant. Tantum inter Fideles exortum est scandalum, ut exinde ipse Theodorus Cappadox dicere auditus fuerit, se Pelagiumque, turbarum Auctores, si vivi cremarentur, non justo severiores pœnas daturos. Duo Patriarchæ Antiochenus & Jerosolymitanus brevi exin tempore fatis functi. Ephrem successit Domnus, & Petro Macarius, uterque hujus nominis in sua Sede secundus. Ephrem multa opera scripserat, quibus Defensionem Concilii Calcedonensis, S. Cyrilli, & S. Leonis suscipiebat. Horum Librorum Excerpta Photii industria nobis servavit. In illis visebantur Acta cujusdam Concilii Antiocheni, in quo Syncleticus Episcopus Tarsensis tanquam de Hæresi suspectus accusatus fuerat, eo quod a quibusdam Viris non Orthodoxis Libellos recepisset. Stephanus quoque

Vict. Tun. an. 549. Lib. brev. in fine.

Phot. Cod. 228. p. 774. cod. 229. p. 789. p. 782.

que Monachus Syncletici Cellularius ac- Sæculum VI.
cusabatur. Atque uterque convictus A. C. 546.
fuit, quod errores Eutychis teneret. Verum Syncleticus eo adductus est, ut Fidem Catholicam profiteretur.

§. XXIII.

Error circa Diem Paschæ.

Eodem anno 546. de celebrando Die Paschæ Constantinopoli diversæ fuere hominum sententiæ. Populus, cum crederet, illo anno Diem Paschæ incidere in Primam Aprilis, in Dominica Die quarta Febr. ultimo carnes manducavit. *Theoph. an.* 19. *p.* 190. At Imperator certiora edoctus jussit, ut adhuc tota illa Septimana usque ad Diem Dominicam sequentem undecimam Febr. carnes venderentur, quia Dies Paschæ octava Aprilis futura erat. Macellarii occiderunt pecora, carnesque venales exposuerunt. Sed nemo fuit, qui emeret, aut carnem comederet. Nihilominus Festum Paschæ deinde illo tempore, quo Imperator jusserat, celebratum est, & ita accidit, ut populus plus una Hebdomada, ac præscriptum erat, jejunaverit. Græci abstinere incipiunt post Dominicam, quam nos Sexagesimæ, ipsi vero *Tes Apocreos* dicunt, id est, Dominicam, qua Hilaria agi solent. Sequente Die Lunæ, & tota Hebdomada carnes non amplius comedunt, sed solummodo lactea, *Goar. not. in Theoph. p.* 594.

Sæculum VI. A. C. 546.

lactea, & ova; inde apud ipsos Dominica Quinquagesimæ, quam *Tes Tirophágou* appellant, id est, Dominicam Casei, nomen habet. Sequente Die Lunæ Quadrageſimam auspicantur, tunc jejunare incipiunt, & non solum ab ovis & lacteis, sed etiam a piscibus & oleo abstinent. Causa, ex qua maturius quam nos jejunium inchoant, est, quod nec in Sabbatis nec in Dominicis jejunent, si Sabbatum sanctum excipias.

§. XXIV.

Totila Romam capit.

Procop. III. Goth c. 16. Fac. IV. c. 3. cant. Moc. p. 675.

Inter hæc Vigilius Papa acceptis ab Imperatore mandatis, ut Constantinopolim veniret, diu hæsit in Sicilia. Ibi eidem occurrit Dacius Episcopus Mediolanensis, qui anno 539. ipsius Civitate a Gothis vastata Constantinopolim confugerat, atque illuc reversus est cum Papa, compertis ab eo, quæ Constantinopoli agerentur, & quot scandalorum causa trium Capitulorum condemnatio existeret. Zoilus Patriarcha Alexandrinus prævolante fama edoctus adventum Papæ, Legatos obviam misit in Siciliam, qui quererentur, ipsum coactum fuisse, ut illi Condemnationi subscriberet. In illa commoratione Papa ex Sicilia naves plurimas frumento onustas Romam misit, ut penuriam Civitatis a Gothis obsessæ

Procop. III. c. 15.

c. 16.

Sæculum VI.

A. C. 546.

sessæ sublevaret. Verum his navibus in Portu Romano ab hoste direptis, nihil auxilii famelicis obvenit. Id sub finem anni 546. ex quo Bellum hoc tenebat, undecimi, contigit. Tunc Pelagius Diaconus ferme omnem pecuniam, quam Constantinopoli attulerat, impendit, ut fame pressis succurreret, quod clementissimi animi opinionem, jam antea maximam, plurimum auxit. Romani cogente fame Pelagium obtestati sunt, ad Totilam se conferret, paucorum dierum inducias rogaret, ipsorumque nomine promitteret, deditionem se facturos, nisi ante præstituendam diem auxilia Constantinopoli advenirent. Sed nihil impetravit. Tandem Totila decimo sexto c. 20. Calendas Jan. anno post Basilii Consulatum sexto Indictione decima id est 17. Dec. anno 546. occulta quorumdam proditione Romam in suam potestatem redegit. *Marcell. Chr.*

Cum Rex Ecclesiam S. Petri, quo Romanorum Optimates confugerant, fuisset ingressus, ut oraret, venit Pelagius Evangelium manibus suis tenens, & Totilam affatus, ait: *Domine! parce tuis!* Respondit Rex insultans: *Ades tandem, & jam supplicis speciem præfers? Venio*, respondit Pelagius, *quia Deus me tibi subdidit. Sed Domine! parce subjectis, & tuis!* Dedit non nihil Pelagii precibus

Sæculum VI. A. C. 546.

bus Rex, vetuitque, ne quis Gothorum victis vitam eriperet, aut fœminarum corporibus vim inferret. At res diripiendi licentiam fecit. Itaque Senatores, & Civium opulentissimi ad incitas redacti. Ex eorum miserorum numero fuit Rusticiana Boetii vidua & Symmachi filia, semper antea in egenos munificentissima. Mœnia Civitatis destructa, & aliquot ædes dejectæ. Quadraginta diebus vacuus ab hominibus locus fuit, sola bruta ibi relicta. Urbe expilata recessit Totila, & Belisarius qui inter hæc in Italiam redierat, Romam deinde venit, & muros restaurare cœpit.

Procop. c. 24.

§. XXV.

Africani Tribus Capitulis favent.

Pelagius, & alter Ecclesiæ Romanæ Diaconus, cui nomen Anatolius, ubi tria Capitula damnata fuisse fama percepe-runt, Ecclesiæ curam gerentes, ut absente Pontifice debebant, ad Ferrandum Diaconum Carthaginensem litteras dederunt, hortati, ut hac super re cum Episcopo suo, aliisque, quos viros zelosos & doctos noviset, deliberaret, & commune consilium exquireret. In illa Epistola non dissimulabant, hæc Anathemata suggerentibus Acephalis, Concilio Calcedonensi & S. Leonis Epistolæ infestis, fuisse conflata. Ferrandus non nisi

Fac. IV. c. 3.

post

post longum tempus respondit, prius tamen quam Ecclesiæ Africæ, quid sentirent, enunciassent. In hoc ergo Responso, quod habemus, dicit; non posse Epistolam Ibæ in Concilio Calcedonensi approbatam examini denuo subjici, nisi revocando in dubium omnia cetera Concilii Decreta. In fine adjicit tres propositiones, quibus constanter inhærendum affirmat; nullam illarum rerum, quæ in Concilio definitæ fuerunt, discussionem esse admittendam. In mortuos Actionem moveri non posse. Et neminem jure posse exigere, ut quidquid ipsi e calamo fluxerit, alter subscribendo approbet. Sæculum VI. A. C. 546. *in oper. Ferr. ed.* 1649. *p.* 250.

Justiniano Imperatori, cum Edictum suum de damnatione trium Capitulorum in Africam misisset, Episcoporum aliquis, cui nomen Pontianus, rescripsit, laudans zelum ejus, & Fidei Confessionem approbans. Tum subjungit: *In fine Epistolæ tuæ vidimus, quod non parum nos affligit; scilicet, exigi a nobis, ut Theodorum, Theodoreti libros, & Epistolam Ibæ damnemus. Horum Virorum libri ad nos usque non pervenerunt, si aliquando pervenerint, & si quidquam in iis Fidei adversum legerimus, attendemus ad id, quod nobis faciendum videbitur. At Scriptores, qui ex hac vita abierunt, damnare non possumus. Si adhuc viverent, & moniti* *to.* 5. *Conc. p.* 324.

Sæculum VI. A. C. 547.

moniti errores corrigere nollent, æquissimum foret, ipsos condemnare. Nunc vero contra quem Sententiam pronunciabimus? sed timeo, Auguste! ne sub specie istos damnandi aliud lateat, & sint, qui Eutychis Hæresin ab inferis excitare velint. Supplices rogamus te, ut Imperii tui tempore Pacem conserves, ne forte, dum mortuos damnare vis, multos viventes vita prives mandatis tuis refractarios, ideoque aliquando illi rationem reddere cogaris, qui venturus est judicare vivos & mortuos.

§. XXVI.

Vigilius Papa Constantinopoli.

Fac. IV. c. 3. & ad Moc. p. 573.

Vigilio Papæ adhucdum in itinere constituto redditæ sunt Imperatoris litteræ, quibus eum hortabatur, ut cum Menna aliisque Episcopis Pacem conservaret. Hinc Papa ad Mennam dedit Epistolam, qua significabat, lubentissime se pacem servaturum, sed veram, & Ecclesiæ utilem; verum se nullatenus ignorare, quæ Constantinopoli acta essent. Deinde excitabat Mennam, ut errorem emendaret. Tandem Papa octavo Cal. Febr. Indictione decima anno post Consulatum Basilii sexto, id est, 25. Jan. anno 547. Constantinopolim pervenit. Ab Imperatore Justiniano honorifice exceptus, tamen ad menses quatuor Men-

Marcel. Chr.

Theoph. an. 20.

nam

nam a sua Communione suspendit, quod condemnationi trium Capitulorum subscripsisset. Item lata Sententia Imperatricem Theodoram, & Acephalos damnavit. Nihilominus postea iterum placatus Augustæ precibus dedit, ut 29. Jun. in Festo SS. Apostolorum Petri & Pauli Mennam ad suam Communionem reciperet. Sed necdum tricandi finis fuit. Cum diu & importune instarent ad permovendum Pontificem, ut ipsemet tria Capitula damnaret, in publico Conventu exclamare auditus est: *Me quidem captivum, sed non S. Petrum tenetis!* (*) Interim cum Episcopis sibi consentientibus numero ferme septuaginta Synodum egit, quam post aliquot Sessiones iterum

Sæculum VI. A. C. 547.

Greg. II. ep. 36. Theoph. p. 191.

Ep. ad Leg. p. 407.

(*) Ex his Verbis manifeste eruitur, & probatur, omnia, quæ Vigilius Papa Constantinopoli egit, de Jure ob defectum plenæ Libertatis nullius fuisse valoris. Contra Protestantes probatur; ex unius alteriusve Pontificis errore non sequi, Ecclesiam Romanam non esse infallibilem, quia infallibilitas a Christo Domino non singulis in sensu litterali, sed omnibus tanquam totius Ecclesiæ Primatibus in sensu accommodo promissa est.

Denique novum hic habemus Exemplum, nullibi melius quam Romæ SS. Pontificibus suam constare Auctoritatem.

Sæculum VI. A. C. 548.

iterum ſolvit, rogavitque Epiſcopos, in ea præſentes, ut ſuam ſententiam ſcriptam ſibi traderent. Acceptas deinde has ſchedas poſt paucos dies miſit ad Palatium, ubi cum ſubſcriptionibus illorum, qui tria Capitula damnaverant, aſſervatæ ſunt. Hujus facti rationem Papa Epiſcopis reddidit dicens: *Cur apud nos hæc Reſponſa ſervemus Concilio Calcedonenſi adverſantia? ut forte futuris temporibus in Tabulis Eccleſiæ Romanæ inveniantur, & credant omnes, a nobis fuiſſe approbata? Deferamus ea ad Palatium, iisque faciant, quod voluerint.* Facundus Epiſcopus Africanus loco Reſponſi tradidit Excerptum ex opere pro Defenſione trium Capitulorum, quod poſtea in lucem edidit. Tandem ipſe Pontifex Sententiam ſuam Sabbato Sancto undecima Aprilis hujus anni 548. tradidit, quam vocat *Judicatum.* In ea damnat tria Capitula, ſed ſine Concilii Calcedonenſis præjudicio, & addito mandato, ne quis amplius vel voce vel calamo de hac Quæſtione mentionem faciat. Credidit Papa eatenus ſe poſſe cedere in Quæſtione facti, quæ Fidei non nocebat. (*) Igitur *Judicatum* ſuum tradidit

Fac. Conc. Moc. p. 572.

Præf.

Ep. ad Ruſt. p. 551. nova Collect. Baluz. p. 1495. Ep. ad Leg. p. 497.

(*) Ita quidem Fleurius. Sed iſta de tribus Capitulis Quæſtio a Fidei Cauſa vix ſeparari poſſe videtur; nam Auctores illius Edicti, in quo tria

tradidit Mennæ, ad quem etiam erat di- Sæculum VI.
rectum, & descriptum exemplar Pelagio A. C. 548.
Diacono Romam misit.

Nihilominus illa Declaratione Papa neutri Parti satisfecit. Trium Capitulorum inimici offendebantur clausula: *Salva Concilii Calcedonensis Auctoritate.* Et Capitulorum Defensores indignabantur, quod Papa ad ea damnanda induci se passus esset. Erant vero hi posterio-

Ep. ad Theod. p. 335

tria Capitula damnabantur, Concilio Calcedonensi adversabantur, & Eutychis Hæresi favebant.

Unser Uebersetzer hat der Pflicht eines guten Lutheraners gemäß zu seyn erachtet, eine kurze Anmerkung hieher zu setzen, damit ja seine Leser nicht ausser Acht lassen möchten, daß Pabst Vigilius sich contra Fidem vergangen habe. Er hebet an mit den Worten: Diese künstliche Distinction *inter Quæstionem facti & Fidei* muß damals, da dieses vorgefallen, unstreitig unbekannt gewesen seyn. Diese Distinction war damals sehr wohl bekannt, und ist unstreitig bisweilen sehr nothwendig, wenn jemand in der Gottesgelehrtheit richtig urtheilen will. Nur ist die Frage, ob solche allhier Platz finden soll, wie der Herr Fleury meynet. Es mag aber das Verhalten Pabstes Vigilii eine Schwachheit, oder ein Vergehen wider den Glauben gewesen seyn, so bleibet gleichwohl die Römische Kirche eine unfehlbare Kirche, und unser Uebersetzer ein Lutheraner.

Sæculum VI. A. C. 548.

res magno numero, scilicet, omnes Episcopi Africæ, Illyrici, & Dalmatiæ, qui hac de causa a Communione Papæ recesserunt. Imo duo ex Diaconis, quorum fide in arcanis negotiis maxime usus fuerat, Rusticus & Sebastianus a Papa defecerunt, & sub initium anni 549. Judicato aperte damnato in Provincias perscripserunt, Vigilium Papam a Concilio Calcedonensi recessisse. Inter alios Epistolam dederunt ad Aurelianum Episcopum Arelatensem, qui, ut de veritate rei certior fieret, quemdam nomine Anastasium cum Epistolis Constantinopolim ad Papam misit.

Epist. ad Aurel. p. 558

§. XXVII.

Regula S. Aureliani.

Biennio antequam hæc fierent, S. Aurelianus Monasterii Virorum, Childeberti Regis munificentia extructi, fundationem a Vigilio Papa confirmari petiit. Id actum 15. Cal. Dec. anno quinto, vel potius sexto post Consulatum Basilii, id est anno 547. In nova Ecclesia Reliquiæ veræ Crucis, Sanctæ Virginis, S. Joannis Baptistæ, & aliorum Sanctorum depositæ. S. Aurelianus his Monachis Regulam tradidit, in qua præcipit, ut Clausuram strictissime servent, prohibens, ne tota vita sua Monasterio egrediantur, nunquam Laicum quempiam intra limina,

Greg. VII. epist. 116.

in fine reg.

Cod. reg. to. 2. p. 100.

c. 2.

na, aut in Ecclesiam recipiant, sed tantum in exedra. Fœminis nunquam colloquantur. Nec ipsi inter se unquam secreto conversentur. Si in quemquam Monachorum flagris animadvertendum sit, prohibet, ne plusquam triginta novem plagæ infligantur secundum Legem Moysis. Jubet, ut omnes discant legere, & a Prima usque ad Tertiam legant. Vult, ut, dum laborant, interea piis cogitationibus mentem occupent, atque etiam, dum leguntur Nocturni, laborent, ne somno vincantur. Prohibet comestionem carnium, solum infirmis comedendi carnes volatilium licentiam facit, & toti Congregationi quibusdam diebus comedere pisces permittit. Hic discrimen inter volatilium, & quadrupedum carnes observatur. In fine Regulæ S. Aurelianus sigillatim Psalmodiæ ordinem præscribit, ab eo, quem disposuit S. Benedictus, non parum diversum. Virginibus quoque Regulam dedit observandam, a Regula virorum prope de verbo ad verbum desumtam.

c. 14.
c. 15.
c. 35.
Deut. 25. 3.
c. 41.
c. 32.
c. 28.
c. 29.
c. 51.
Cod. Reg. to. 3. *p.* 60.

§. XXVIII.

Concilium Aurelianense quintum.

Sanctus Aurelianus interfuit Concilio Aurelianensi quinto, Anno Regis Childeberti trigesimo octavo, Indictione decima tertia, quinto Cal. Nov. id est, 28. Octobr.

to. 5. *p.* 390.

Sæculum VI. A. C. 549.

Octobr. anno 549. celebrato. Adfuere Episcopi quinquaginta, atque præterea viginti & unus Delegatos miserunt. Metropolitæ novem numerabantur. S. Sacerdos Lugdunensis, qui Concilio præfuit. S. Aurelianus Arelatensis, Hesychius Viennensis, S. Nicetes Trevirensis, Desiderius Bituricensis, Aspasius Elusanus, Constitutus Senonensis, Urbicus Vesuntinus, & Avolus Aquensis. Inter Episcopos memoratu digniores fuere, S. Agricola Catalaunensis, qui hanc Sedem annis quadraginta octo tenuit, & octoginta tribus inter vivos versatus est. Vir in Senatorio Ordine cunas nactus, sapiens, humanus, eloquens. Civitatem suam magnificis exornavit ædificiis. Inter alia Ecclesiam marmoreis tabulis, opere vermiculato, & columnis decoratam. S. hic Episcopus nunquam prandere solebat, una de die refectione contentus. Obiit anno 580. Occurrunt quoque S. Gallus Claromontanus, S. Eleutherius Antissiodorensis, Tetricus Lingonensis, S. Laudo Constantinensis, S. Lubinus Carnutensis, S. Albinus Andegavensis, & Firminus Uzeriensis. Marcus Episcopus Aurelianensis aberat, quippe illo tempore accusatus, & Exul, atque ad eum judicandum Childebertus Rex Synodum tot Episcoporum non tantum ex suo Regno, sed etiam ex duobus ceteris

teris congregari voluerat. At Actore non probante Marcus in suam Civitatem sedemque restitutus est. Sæculum VI. A.C. 549.

Greg. Tur. vit. PP. c. 6.

In hoc Concilio 24. Canones conditi. In primo Errores Eutychis & Nestorii æqualiter damnantur, utpote a Sancta Sede jam prius damnatæ. Utraque Hæresis sine dubio hic rursus damnatur propter exortam de tribus Capitulis contentionem, nam qui hæc Capitula damnabant, & qui eadem defendebant sibi invicem alterutram hæresin objiciebant. Quæ ad Disciplinam spectant, hæc decernuntur: Vacante Sede Episcopali nullus Episcopus Clericos ordinet, non consecret Altaria, nec aliquid de Bonis Ecclesiæ vacantis sub pœna Interdicti ad unum annum sibi capiat. *c. 8.* Non licet Episcopatum emere. *c. 10.* Episcopus a Metropolitano & Episcopis Provinciæ, postquam a Clericis & Populo consentiente Rege electus fuerit, consecrabitur. *c. 11.* Non detur populo Episcopus, quem odit, nec Populus aut Clerici potentium Virorum metu oppressi cogantur, ut se ei subjiciant. Episcopus Simoniace, vel vi adhibita ordinatus, deponatur. Hi Canones satis produnt, a tempore, quo Barbari dominabantur, in Electione Episcoporum libertatem fuisse imminutam.

Regnorum Divisio quoque Disciplinam turbabat. Hinc omnibus sive Episcopi, *c. 12.*

Sæculum VI. A. C. 549.

copi, sive Clerici, sive Laici sint, prohibetur, ne Bona alterius Ecclesiæ sive in eodem Regno sive in alio sitæ usurpent.

c. 17. Episcoporum Causæ judicandæ sunt in hunc modum: cui negotium est cum Episcopo, primum familiari fiducia ipsum conveniat, ut res amica transactione componatur. Si eum audire noluerit, adeat Metropolitam, qui per litteras Episcopum monebit, ut litem electis Arbitris finiat. Si prima vice monitus non satisfaciat, Metropolita jubeat, ut coram se compareat, & donec morem gesserit, ab ipsius Communione suspensus sit. Si Metropolita bis monitus Episcopo suæ Provinciæ Actionem moventi non satisfecerit, Episcopus accusationem ad futurum Concilium deferat.

Canones Concilii Aurelianensis.

c. 2. Episcopi neminem levi ex causa excommunicent, sed in illis solumodo casibus, qui in Jure Canonico exprimuntur.

c. 6. Servus si Clericus fuerit ordinatus invito Domino, Servus remaneat ea conditione, ut ab eo non nisi Ministeria honesta exigantur, aut Episcopus, qui eum ordinaverit, datis aliis duobus servis ipsum redimat.

Ecclesiæ libertatem illorum defendent, qui in iis manumissi fuerint.

c. 7. c. 20. Illos, qui patrato crimine in carceribus detinentur, singulis Dominicis Archidiaconus aut Ecclesiæ Præpositus invisat, ut, quæ ipsis

ipsis desint, sciant, atque alimenta resque alias necessarias ex Ærario Ecclesiæ subministrent. Episcopi de pauperibus leprosis singularem curam gerant. Concilium fundationem Xenodochii in Civitate Lugdunensi a Rege Childeberto, & Regina Ultrogotha ipsius Conjuge erecti confirmavit. Episcopi omnes subscripserunt, & prohibitum fuit Episcopo Lugdunensi & Successoribus ejus, ne quidquam Bonorum ad hoc Hospitium pertinentium sibi aut Ecclesiæ Lugdunensi usurpent, sed ipsis injunctum, curam gerere, ut illi Domui semper Administratores seduli præficiantur, ægrotantes eo numero, quem fundatio præscribit, alantur, & Peregrini suscipiantur. *c. 21.* *c. 15.*

Haud diu post celebratum hoc Concilium ex iisdem Episcopis decem Claromontii in Arvernia congregati condiderunt sexdecim Canones ex Concilio Aurelianensi excerptos. Istud Concilium actum est in Regno Theobaldi juvenis, qui Patri suo Theodeberto anno 548. fatis functo successerat, anno Regni ipsius decimo quarto, post Clodovei Avi sui obitum trigesimo septimo. *to. 5. p. 401.* *Greg. III. Hist. c. ult.*

§. XXIX.

Cautinus Episcopus Claromontanus.

His S. Gallus Claromontanus haud diu supervixit. Ipso defuncto, statim *Greg. IV. Hist. c. 6.*

Sæculum VI. A. C. 549.

Clericis Catoni Presbytero Episcopatum gratulantibus, is, ac si Episcopus jam esset, Bonorum Ecclesiæ possessionem invasit. Episcopi, qui ad celebrandas Exequias S. Galli venerant, ipsius Corpore sepulto, ad Catonem dicebant: *Videmus, majorem populi partem te elegisse. Veni, ut te Episcopum consecremus. Theobaldus Rex juvenis est, si accusationem contra te afferat, tuam Defensionem apud Regem suscipiemus,* Imo sine Regis consensu eum ordinare non oportuisset. Cato, qui nihil certius esse, quam sibi Episcopatum obventurum, credebat, respondit: *Quæ fuerit vita mea a juventute, scitis; jejunavi, vigilavi, eleemosynam dedi. Sæpe noctes cantando Psalmos transegi. Per singulos Clericorum gradus secundum Canones ascendi. Decem annis Lector, annis quinque Subdiaconus, Diaconus quindecim fui, & jam anni viginti effluxere, ex quo Presbyter sum. Solus supereſt Episcopatus, quem Ministerio meo meritus sum. redite ad vestra, canonice ordinari volo.* Ipsi jactantiam hujus Viri vehementer mirati redierunt.

6. 7. Igitur Cato jam se gerens ut Dominum, cum Cautino Archidiacono dure agere cœpit, eidem Depositionem minatus. Cautinus nihil ab ipso nisi Benevolentiam animi petebat, seque obtulit ad Regiam profecturum, ut ad eum ordinandum

nandum Regis consensum obtineret. At Cato ratus Cautinum sibi illudere, oblatum officium respuit. Cautinus sperni se intelligens valetudinem simulat, & noctu Claromontio egressus Metas contendit, ad Theobaldum Regem, eique S. Galli obitum denunciat. Rex, & qui forte Purpuratorum aderant, convocatis multis Episcopis statim Cautinum Episcopum Claromontii ordinari voluerunt. Itaque Catonis Mandatarii postea illo missi re jam confecta advenerunt. Rex Cautinum cum Clericis, qui inde venerant, remisit, Bona etiam Ecclesiæ, quæ attulerant, reddidit, & Episcopos atque aliquos suis Cubiculis Præfectos honoris causa comites viæ dedit. Clerici Civesque Cautinum lubenti animo receperunt; at Cato adduci non potuit, ut ei se submitteret; unde in illa Ecclesia ortum est Schisma, nam & ipse suos habebat Sectatores. Cautinus æmulum expertus inflexibilem ei & omnibus ejusdem amicis Bona Ecclesiæ, quibus fruebantur, ademit; iis vero, qui ad suam obedientiam redibant, adempta reddidit.

Sæculum VI. A.C. 549.

§. XXX.

Papæ Epistolæ ad Aurelianum & Valentinianum.

Vigilius Papa Constantinopoli Epistola

Sæculum VI. A.C. 549.

la Aureliani Arelatensis 14. Jul. anno 549. accepta respondit; nihil se egisse contra Decreta Pontificum Antecessorum suorum, aut contra quatuor Concilia. Tum prosequitur: *Tu ergo Sacræ Sedis Vicarius cum sis, omnes Episcopos mone, ne mendacibus litteris, aut falsis nunciis quibuscunque ad eos delatis turbari se sinant, sed certum teneant, nos Fidem Patrum Nostrorum inviolabili servare constantia.* (*) *Postquam Imperator nos dimiserit, mittemus ad vos virum, qui accurate edoceat, quod ea quæ nobis proposueramus, partim ob hyemis rigorem, partim ob Italiæ calamitatem, quam non ignoratis, necdum efficere potuerimus.* Hic ipsi de Bello Cothorum sermo est. Tum subjunxit: *Cum sciamus Regi Childeberto maximam Sacræ Sedis Venerationem esse, eum instantissime rogate, ut Ecclesiæ in tanto periculo versantis curam suscipiat, & quia Gothi cum Rege suo Urbem Romam intrasse dicuntur, Childebertus datis litteris ad Gothorum Regem petat, ne quidquam contra Ecclesiæ Nostræ Prærogativas agat, etiamsi ipse diversam profiteatur Religionem. Dignum enim est Rege Catholico, qualem vos habetis, Fidem &*

Conc. V. Coll. 7. p. 558.

(*) Interne quidem Vigilius Papa fidem non amisit, sed quæstio est, an illud *Judicatum*, quod edidit, contra Fidem non pugnaverit.

& Ecclesiam, in qua baptizatus est, omni virium contentione tueri. Omnino etiam Totila decimo quinto anno Belli Gothici nempe 550. denuo occupaverat Romam, eam sibi conservaturus. Vigilii Epistola tertio Cal. Maji, anno Regni Justiniani 24. nempe 29. April. anno 550. data est. Prius etiam nempe 18. Martii Papa eadem super re ad Valentinianum Episcopum Tomitanum in Scythia Epistolam dederat, ut se a calumniis Rustici & Sebastiani purgaret. Rogat, ne ulterius eorum litteras recipiat, quod eos jam modo a sua Communione removerit, & minatur Judicium Canonicum, nisi cito resipiscant.

Sæculum VI. A. C. 550.

p. 557.

§. XXXI.

Sententia in Rusticum & Sebastianum lata.

Quod Papa prædixerat, implevit, atque Rusticum & Sebastianum lata sententia in modum Epistolæ ad eos ipsos directæ damnavit. Initio sermonem ad Rusticum dirigit, dicens inter alia: *Tu ipse deposcebas, ut tria Capitula damnarentur. Tu præsentibus Diaconis Sapato & Paulo & Surgentio Notariorum Primicerio exclamasti, non solum Nomen & Scripta Theodori Mopsuesteni a nobis esse damnanda, sed nihil evenire posse, quod tibi magis jucundum accideret, quam si ossa ejus*

Conc. V. Coll. 7. p. 550.

Sæculum VI. A.C. 550.

ejus humo effoderentur, & flammis traderentur. Postquam JUDICATUM nostrum tuo consensu & reliquorum Clericorum nostrorum pronunciatum fuerat, urgebas me in Palatio, ut illud cito Fratri nostro Mennæ, ad quem directum erat, traderem. Cumque Surgentius Autographum peteret, ut pro more illud servaret, illud tradere per multos dies recusasti, donec descripta Exemplaria in Africam misisses.

Sabbato Sancto, quo JUDICATUM

Sup. §. 24. *nostrum promulgavimus, ad Ecclesiam venisti, officio tuo functus es, & in recessu ab Ecclesia ad Episcopum Julianum dixisti, optime fuisse factum. Die sequente, in Festo Paschæ, simili modo factum approbabas, & diu hanc mentem servasti, alios exhortans, ut sponte judicium nostrum sequerentur. Apocrisiariis Ecclesiæ Antio-*

p. 552 *chenæ descripta JUDICATI Exempla a nobis petentibus, respondimus, ea magis a Menna esse petenda, ad quem essent directa; tu vero cum clamore pro ipsis ea petebas dicens, S. Leonem idem fecisse, & nisi a Nobis ipsis omnes acciperent Exemplaria, timendum tibi videri, ne sequente tempore illa supprimerentur. Cum occasio cujusdam in Siciliam proficiscentis tibi fuisset oblata, statim unum Exemplar Pelagio Diacono transmisisti, qui vero nostrum maturius accepit.*

Post

Sæculum VI. A. C. 550.

Post hæc omnia rumore ad nos delatum est, tibi mente mutata cum Ecclesiæ inimicis JUDICATUM Nostrum impugnantibus arcana esse commercia. Paulus Diaconus in Italiam iturus comperto scandalo, quod hic & in Africa creare nitebaris, instabat, ut cogerem te ad publicam Nobis Satisfactionem præstandam, vel Libellum Accusationis reciperem, quem manibus tenebat, & contra te traditurus erat. Tunc S. Evangelia tangens nobis juraſti, te a Nostro Ministerio nunquam discessurum. Habemus in Tabulis nostris verba tua, a Notario conscripta. Sed ex quo Sebastianus Constantinopolim venit, secreto conjuraſtis, & in lucem prorupit scandalum. (*)

Sententia contra Rusticum & Sebastianum.

Tum Papa ad Sebastianum Orationem dirigit, & postquam non nulla exprobravit, prosequitur: *Rogasti Nos instantissime, ut te ad Patrimonium Dalmatiæ mitteremus, sed ubi Salonam pervenisti, participem te reddidisti ordinationum illicitarum, quas Honorius Episcopus fecit. Constantinopolim reversus JUDICATUM Nostrum publice coram omnibus Clericis laudasti, dicens, opus esse a Cælo inspiratum, teque Romæ Theodori Mopsu-*

(*) Hæc satis inconstantiam istorum Diaconorum probant. Utinam etiam Vigilii Innocentiam clare demonstrarent!

Sæculum VI. A.C. 550.

Mopsuesteni libros legisse, Blasphemiis plenos.

Cum Festa Domini Natalitia advenissent, vocavimus te, & indicavimus, quid de factis tuis in Dalmatia ad nos fuisset relatum, diximus etiam officii nostri esse, ut
p. 554. *si aliquando Divina favente Gratia ad Sedem Nostram rediissemus, hunc errorem secundum Canones castigaremus. Exinde morsus tuæ conscientiæ non ferens occasionem quæsivisti a Nobis secedendi. Nihilominus Diaconi munere sicut antea tu & Rusticus functi estis, & ambo mensæ nostræ convivæ assedistis. Ad Episcopos Joannem & Julianum dixisti: sequor Papæ judicium, si modo illos, qui ei adversantur, puniat. Lampridio & Felice Monachis JUDICATUM Nostrum recipere detrectantibus, cum ad te venissent, nunciari jussisti: non possumus vobis loqui, quia alterius Sectæ estis; quo non obstante cum ipsis postea communicasti, & cum aliis, qui contra JUDICATUM scripserant, ideoque vi ipsius JUDICATI extra Communionem nostram; unde sequitur, te ipsum secundum Canones esse excommunicatum. Præterea auctoritatem prædicandi usurpasti, quam qui in Ordine Diaconatus sunt, nisi Episcopus jubeat, non habent. Concilium Ephesinum & S. Cyrillum aggressus es, & Blasphemias in Dominum Nostrum JEsum Christum prolatas*

tas defendisti. In omnes Provincias datis litteris sparsisti mendacium, Nos Concilium Calcedonense oppugnasse. Hinc, quibus ignota erat tua nequitia, cum litteras tanquam a Diaconis Romanæ Ecclesiæ scriptas acciperent, iis fidem simpliciter adhibuerunt, unde contigit, ut in quibusdam locis Ecclesia effuso sanguine pollueretur. Imo in Libello nuper Imperatori tradito affirmare ausus es, S. Leonem Antecessorem Nostrum errores Theodori Mopsuesteni sua Auctoritate firmasse. Sæculum VI. A.C. 550. p. 555.

Diu magna patientia expectavimus, sperantes, vos tandem saniores futuros. Bis jussimus vos per Episcopum Joannem & Julianum, Sapatum Diaconum, Cethegum Patricium, & alios moneri, sed renuistis. Ergo ad pœnam Canonicam procedendum est. Itaque dolentes & gementes Auctoritate a S. Petro Nobis tradita vobis indicimus, quod ob ista crimina honore & Ministerio Diaconorum privati sitis, ea conditione, ut, si Nobis in vivis existentibus Pœnitentiam profiteamini, recipiamini; at vero post mortem nostram nemo vos possit restituere. Etiam ab Ordine suo deponimus Joannem, Geruntium, Severinum, Importunum, Joannem alterum & Deusdedit, quos a Munere Subdiaconorum, Notariorum, & Defensorum excludimus. Felix Monachus Afer, quem Monasterium Gillitanum rexisse ferunt, Vigilii Papæ Sententia. p. 556.

Sæculum VI A. C. 550.

omnes conscii & Sectatores vestri seu Monachi, seu Laici eadem damnatione involuti sint. Hæc est Vigilii Papæ Sententia contra Rusticum & Sebastianum, quam ipsis Episcopi tres & quinque Clerici detulerunt.

§. XXXII.

Concilium tribus Capitulis favens.

Vict. Tun. Chr. ann. 550. 551.

Interim trium Capitulorum Defensoribus sua durabat constantia. Hoc anno 550. post Consulatum Basilii nono Synodum in Illyrico celebrantes Benenatum Episcopum primæ Justinianæ trium Capitulorum Adversarium damnarunt, & ad Imperatorem litteras dederunt. Anno sequente 551. post Consulatum Basilii decimo Episcopi Africæ in Concilio congregati Vigilium Papam, quod tria Capitula damnasset, excommunicarunt, (*) atque eadem datis ad Imperatorem litteris, quas Olympius Magistrianus pertulit, defenderunt.

§. XXXIII.

(*) Nempe Episcopis Africæ videbatur agi de Quæstione Fidei, & non tantum Personarum, quod Vigilius Papa affirmabat. Constabat præterea Vigilium inconstantia & timore laborare; hinc credere non poterant ipsum tanquam Caput Ecclesiæ & ex Cathedra loqui. Deinde ista Excommunicatio neutiquam haberi potest pro Sententia legitime lata, & cum Jurisdictione; hac enim

§. XXXIII.

Sæculum VI. A. C. 550.

Facundi Liber.

Priusquam Papa *Judicatum* ſuum promulgaſſet, Facundus Epiſcopus Africanus tunc temporis Conſtantinopoli verſatus ſcripſit Opus ſuum, in quo Defenſionem trium Capitulorum ſuſcipit, ad Imperatorem Juſtinianum directum. Dignum eſt, ut paulo fuſius memoretur; nullum enim aliud præſtantius pro illa Cauſa prodiit. Dividitur in Libros duodecim, & primo quidem Facundus approbat Fidei Confeſſionem, quam poſuerat Imperator, tanquam Edicti de tribus Capitulis Exordium. Dicit, Imperatorem Catholice fateri, quod unus ex Trinitate fuerit crucifixus, quod Sancta Virgo vere & in ſenſu litterali ſit Mater Dei, & duæ in JEſu Chriſto Naturæ ſint. Sed aſſerit, trium Capitulorum damnationem partum eſſe invidiæ & vindictæ, qua torquebantur Origeniſtæ, poſtquam Imperator Origenem damnaſſet. Dicit, Domitianum Ancyranum in Litteris ad Vigilium Papam id ipſum ſincere faſſum fuiſſe. *Commenti ſunt, quod optime ſcis,*

Lib. II. c. 6.

Lib. I. c. 2.

enim Epiſcopi Africæ in Epiſcopum Romanum non gaudebant, ſed pro qualicunque Separatione, ſicut quilibet Epiſcopus a Communione alterius, quem circa Fidem pertinaciter errare noverit, abſtinere poteſt.

Sæculum VI. A.C. 550.

ait ulterius Facundus, oratione ad Imperatorem conversus, *omnes Concilii Calcedonensis hostes cum Ecclesia communicaturos, si Epistola Ibæ tanquam Nestoriana damnaretur, & negaretur, eam a Concilio fuisse approbatam. Verum hac fraude ignaros decipere volebant, & Catholicis illudere, nam si deinde demonstrassent, quod facillime poterant, Concilium hanc Epistolam recepisse, nihil amplius habuissemus, quod responderemus Eutychianis, Concilium Calcedonense Nestorianæ Hæresis insimulantibus. Ita sub falsa Reconciliationis specie ipsis non modo Epistolam Ibæ, sed etiam illos, qui Epistolam approbaverant, anathematizare concessum est. Volens igitur Hæreticis hoc pectus objicere, cum sciam, quod Eutychiani Nestorianæ Hæresis omnes illos insimulare soleant, qui adversus ipsos Veritatem tuentur, Opus hoc explicatione fidei meæ de JEsu Christi Incarnatione exordiar.* Facundus in reliqua etiam Parte Libri I. Fidem suam exponit, & asserit, nos in JEsu Christo

c. 5. duas Naturas, confiteri debere, non autem unam Naturam compositam. Explicat textus S. Cyrilli, & ostendit, quod

c. 6. paritas ab anima & corpore in quolibet homine unitis nimium quantum claudicet, cum hæ duæ Partes ideo unam Naturam humanam constituant, quod voluntate Creatoris altera ad alteram sint ordinatæ.

In

In Libro ſecundo Facundus profite- Sæculum VI.
tur, etiamſi trium Capitulorum damna- A. C. 550.
tio Nomen Imperatoris præferat, ſe ta-
men neminem alium illius Auctorem ag- c. 1.
noſcere, quam Concilii Calcedonenſis
inimicos. Tum ad ipſam Cauſam tran-
ſiens affirmat, quamvis etiam Concilium
Ibæ Epiſtolam verbis expreſſis non ap-
probaſſet, eam tamen damnari non poſ-
ſe, quin ſimul Concilium damnetur, quod
aliunde illos approbat, qui Theodorum
Mopſueſtenum laudabant. Addit, nul-
lam aliam cauſam eſſe, cur Eutychiani c. 3.
hanc Epiſtolam damnent, quam quod
duas Naturas confiteatur. *Dicunt equi-*
dem, ſubjungit, *ideo ſe illam damnare,* c. 4.
quia S. Cyrillum vilipendit, eique adver-
ſatur. Atqui S. Cyrillum Gennadius Con-
ſtantinopolitanus, & S. Iſidorus Peluſinus
multo pejus habuerunt; cur non etiam his
iraſcuntur? Dicunt etiam, quod Deciſio-
nem Vigilii Papæ expectent. Quaſi vero
Vigilius Deciſionibus S. Leonis aliorum-
que Anteceſſorum ſuorum, qui Concilium
Calcedonenſe confirmarunt, adverſaturus
eſſet. Non ad Patrum ſuorum fidem de-
ſtruendam, ſed eam confirmandam & de-
fendendam, Vigilius omnium primam ma-
ximamque Poteſtatem accepit. (*)

(*) Dieſe Worte hat unſer Proteſtant redlich über-

Sæculum VI. A. C. 550.

Tum Auctor ad Defensionem Theodori Mopsuesteni progreditur, & primo asserit, nunquam antea contra quemcunque Hæreticum illam Formulam fuisse adhibitam, qua ipse damnabatur; *Si quis non anathematizat Theodorum & Doctrinam ejus, Anathema sit.* Cum multi Fideles Doctrinam & ipsa Nomina Hæreticorum ignorare possint. Rursus: *Theodoro vitio vertunt, quod Nestorii Magister fuerit. At vero, cum Theodorus Fidem contra Paulum Samosatenum defenderit,*

Lib. 3. c. 1.

Libri Facundi.

c. 2.

übersetzet. Was kann er aber auf dieses und tausend andere dergleichen Zeugnissen in allen Jahrhunderten, welche in diesen Kirchengeschichten vorkommen, zur Rettung seiner Religion antworten? Muthmaßlich würde er sagen: Facundus war eben ein Papist, und das Verderben, nach seiner Art zu reden, hatte schon lang vor dem sechsten Jahrhundert eingerissen. Allein wenn damal in Asia, Africa und Europa, nämlich in der ganzen sichtbaren Kirche keine andre Christen zu finden gewesen, als einer Seits Papisten, und andrer Seits Arianer, Nestorianer und Eutychianer, wo war denn jenes Häuflein, welches man das Rechtgläubige oder das Protestantische hätte nennen können? Denn ich glaube nicht, daß unser Uebersetzer diese letztere, ob er sie schon oft vertheidiget, offenbar für seine Glaubensbrüder annehme. War aber das Verderben allgemein, wie hälts um das Versprechen Christi: *Et Portæ Inferi non prævalebunt &c.?*

rit, hanc etiam anticipato contra Neſto- Sæculum VI.
rium propugnavit. Ajunt, Theodorum A. C. 550.
Symboli, a Cariſio Presbytero delati, &
in Concilio Epheſino damnati, Auctorem
eſſe. Verum nec Concilium, nec S. Cyril-
lus hoc dicunt. Facundus ſpeciatim ad *Sup. XXV.*
præcipuas objectiones ex Libris Theodo- *§.* 56. *c.* 3. 4.
ri excerptas reſpondet. Tum de Aucto- 5. 6.
ritate S. Cyrilli differit, & dicit: *licet* *Lib. IV. c.* 1.
verum eſſet, quod ipſe Theodorum Mopſue-
ſtenum arguiſſet, nemo teneretur S. Cyril-
lo in hac re magis aſſentiri, quam in iis,
quæ dixit contra S. Joannem Chryſoſto- *c.* 2.
mum, & contra Diodorum Tarſenſem, a
Patribus & Principibus Catholicis lauda-
tum, quem nemo niſi Apollinariſtæ, & Ju-
lianus Apoſtata damnavit.

Deinde Facundus ad Epiſtolam Ibæ digreditur. *Primo*, inquit, *negare nemo* *Lib. V. c.* 1.
poteſt, illam Concilium Calcedonenſe rece-
piſſe, & orthodoxam declaraſſe. Quod
autem Concilium definivit, retractare non
licet. S. Leo non ſolum Definitionem Fi- *c.* 5.
dei hujus Concilii, ſed etiam omnia Acta &
Decreta rata habuit, ſolo molimine Ana-
tolii Conſtantinopolitani excepto. In *Lib. VI. c.* 2.
Cauſæ ſubſtantia bene judicavit Conci-
lium, dum Epiſtolam Ibæ Orthodoxam
pronunciavit, & ſecutum eſt Exemplum
Scripturæ, quæ cuncta ſecundum majora
numero Suffragia judicat. Concilium il-
lam Epiſtolam Catholicam edixit, quia in *c.* 2.

Sæculum VI. A. C. 550.

JEsu Christo duas Naturas confitetur, & illam damnare non poterat, nisi etiam damnando S. Cyrillum, qui etiam duas Naturas confitetur, quamvis scribens contra Nestorium, qui eas nimium separabat, de earum Distinctione non ita expresse loquatur. Verum est, quod Ibæ mala de S. Cyrilli fide opinio fuerit, quia illam, quam S. Cyrillus revera tenebat, non satis perspectam habebat. At error iste Concilii Patres movere non debuit, quo minus ipsius Epistolam Orthodoxam pronunciarent, cum similis suspicio eundem S. Cyrillum non sit morata, quo minus Confessioni Fidei Orientalium subscriberet. Dum Ibas dixit, in JEsu Christo unicam esse Virtutem, non negare voluit, duas in eo esse Naturas, sed affirmare, unicam esse Personam. Dum dixit, Nestorium sine causæ Examine fuisse damnatum, non redarguit, ipsum fuisse damnatum, sed id solum queritur, quod Patres adventum Orientalium non fuerint præstolati. Ceterum Ibas in ferendo de Nestorio judicio falli potuit, sicut Anatolius in causa Dioscori, sicut S. Athanasius in causa Timothei Apollinaris Discipuli, sicut Concilium Palæstinæ, & Zosimus Papa in causa Pelagii & Celestii errarunt.

c. 3.

c. 5.

L. VII. c. 1.

c. 2.

c. 3.

§. XXXIV.

§. XXXIV.

Sæculum VI.
A. C. 550.

Theodorus Mopsuestenus defenditur.

Epistola Ibæ damnari non debuit propterea, quod Theodoro Mopsuesteno laudes tribuat, nam eundem S. Joannes Chrysostomus & S. Gregorius Nazianzenus laudarunt. Joannes Antiochenus & Orientales testantur, Antiquos Patres scripsisse Propositiones iis consentaneas, quæ in Theodoro reprehenduntur. Falsum est, quod Proclus Theodorum impugnaverit. Nec eum nominat. Concilium Antiochenum ad Theodosium juniorem Imperatorem & ad S. Cyrillum scripsit, Theodorum non esse damnandum. Quæ S. Cyrillus postea adversus Theodorum scripsit, ei nocere non possunt, cum damnari non possit, nisi eadem damnatione Diodorus Tarsensis implicetur, & Patribus Theodori ætate in vita degentibus magis quam S. Cyrillo soli credendum. Si enim suspectus de Hæresi fuisset, id neutiquam dissimulassent. Imo ex Theodori Libris elucet, Catholicum fuisse, & sola Expositio Psalmi quadragesimi quarti ad diluendas omnes objectiones, quæ contra ipsius Doctrinam in medium afferuntur, sufficit. Confessus est JEsum Christum non solum verum Hominem, sed etiam verum & sua Natura Deum, & in his duabus Naturis unam Personam. Quando paritatem de

c. 7. L. VIII. c. 1.
c. 2. 3.
c. 6.
L. XI. c. 1.
c. 2.
c. 3.
c. 4.

Sæculum VI. A.C. 559.

Homine ex anima & corpore compoſito attulit, ideo factum, ut unitatem Perſonæ in JEſu Chriſto demonſtraret, non ut Naturas confunderet. Ex his textibus claris illos explicari oportet, qui ſunt obſcuri, & ſervanda eſt illa Regula, quæ in explicandis aliis Patribus adhibetur.

c. 5.

Itaque nemo male factum putet, quod Concilium Calcedonenſe Theodorum non damnaverit, quamvis aliqua in ipſius Libris reprehenſione digna ſint; nam Concilium hæc ignorare potuit, aut credere, illos textus ab ejus inimicis inſertos, aut in bonum ſenſum trahi oportere; eo magis,

c. 2.

quod ipſemet non nulla in libris ſuis, quæ offendiculo erant, correxerit. Unde patet, ſi in aliquibus erraverit, non fuiſſe obſtinatum & ideo etiam non Hæreticum. Imo etiamſi Theodorus in Concilio Calcedonenſi fuiſſet accuſatus, tamen non poterat damnari vir in Communione Eccleſiæ mortuus. Rurſus, etſi manifeſti fuiſſent errores ejus, quis auſus fuiſſet affirmare, ipſum, ſi vixiſſet, non fuiſſe eos retractaturum? quis potuiſſet certo ſcire, eum erroris pœnitentiam nunquam, ſaltem imminente mortis hora, ſubituram? nunc vero Dominus Eccleſiæ ſuæ nullam in mortuos poteſtatem dedit, cum tantum hanc

Matth. 18. 18.

ſuper terram ligandi ſolvendique facultatem fuerit impertitus. Hinc Concilium Theodorum, etiamſi reus fuiſſet, non amplius

plius potuisset judicare. Solius vivorum mortuorumque Judicis est judicare illos, qui salvo honore & fama defuncti sunt. Sæculum VI. A. C. 550.

Ne S. Athanasium ideo damnavit, quod excusaverit dicta Dionysii Alexandrini, quorum longe difficilior est Defensio, quam illorum, quæ Theodorus protulit. Nemo S. Basilium vituperavit, quod S. Gregorii Thavmaturgi sensa in partem meliorem fuerit interpretatus, nec S. Hilarium, quod ea, quæ in Concilio Sirmiensi dure enunciata videbantur, defenderit. Multi ex Antiquis similia his scripserunt, quæ in Theodoreto displicent, quales sunt S. Eustbatius Antiochenus, S. Athanasius, S. Amphilochus, S. Gregorius Nyssenus, S. Joannes Chrysostomus, & ipse S. Cyrillus in decem locis. Nempe quando in Patribus errores invenimus, ob bonam intentionem excusamus, ne Hæretici esse credantur. Et re ipsa, qui simpliciter fallitur, hæreticus non est. Non ignorantia, imo nec solus error, sed obstinatio & perseverantia in errore Hæreticum facit. Facundi Opus. *L. XI. c. 1. c. 2. 3. 4. 5. 7. n. 6.*

Tot argumentis in medium adductis Facundus oratione revertitur ad Concilii Calcedonensis Auctoritatem, contra quam asserit non licere excipere, & quæ decisa fuere, iterum ad examen revocare; idque ex pluribus testimoniis S. Leonis, & Auctoritate Marciani Imperatoris probat. Unde arrepta occasione Justinianum *c. 2. c. 3.*

Sæculum VI. A. C. 550.

nianum docet, errare Principes, si in Quæstionibus Fidei Auctoritatem Episcoporum usurpent, sed potius ipsos Episcoporum Decisionibus subjici oportere. *Ita*, inquit, *subjecit se Imperator Leo. Econtra dum Zeno edito Henotico suo materiam Fidei definire voluit, longum & triste Schisma in Ecclesiam introduxit.* Facundus hujusmodi Exemplis diutius immoratur, & sub Zenonis Nomine Justiniani errorem secreto castigat, exhibens alterius Principis insaniam, qui ab assentatoribus dementatus, omnibus Antecessoribus suis Sapientiorem se arbitratur, atque jus populis dicere & Rempublicam regere negligit, ut ad Causas Ecclesiasticas, quarum cura ad ipsum non pertinet, incumbat. Et hic ipse morbus erat, quo laborabat Justinianus. Id etiam de Justiniano Procopius illius ævi Scriptor litteris mandavit in hunc modum:

c. 4.

III. Goth. c. 35.

Vigilius Papa Italique, qui non exiguo numero Constantinopoli versabantur, Imperatorem maximopere urgebant, ut collectis universis viribus Italiam sibi subjiceret. Imperator id sibi curæ futurum promittebat quidem, sed interim optimos dies Christianorum dogmata examinando perdebat, cupiens Disputationibus finem imponere. Et alibi: *Cum omnes cogitationes ad gerendum Bellum transferre Justinia-*

Anecd. c. 18. p. 55. *III. Goth.* c. 32.

ſtinianum oportuiſſet, inutilium rerum ſcrutatione diſtinebatur, & abſtruſis de Natura Divina Quæſtionibus. Idem Procopius quemdam, cui Nomen Arſacius, conjuratorum adverſus Cæſarem conſcium & ſocium ita loquentem inducit: *ſemper ſedet in Muſæo procul abſentibus Prætorianis in mediam noctem cum Epiſcopis decrepitæ ſenectutis Chriſtianorum libros aviditate inexplebili revolvens.*

Sæculum VI. A. C. 550.

§. XXXV.

Propoſitum Concilium Generale convocandi.

Vigilius Papa minime ignorabat, quantum ſcandalum creaſſet ſuum *Judicatum*, & quanto fervore Epiſcopi Occidentis tria Capitula tuerentur. Econtra Theodorus Cæſarienſis & Orientales inſtantiſſime poſtulabant, ut ea abſolute, & nulla facta Concilii Calcedonenſis mentione damnaret. Cum iſta importune urgere non ceſſarent, dixit Papa ad Imperatorem: *Veniant Fratres Noſtri in hanc Civitatem ex ſingulis Provinciis quinque ſexve Epiſcopi! tunc Cauſam hanc in pace & communi conſenſu definiemus. Nunquam enim eo adduci me ſinam, ut ſolus, & niſi omnes conſenſerint, illud faciam, quod Auctoritatem Concilii Calce-*

Sent. in Theod. p. 335. *Ep. Legat. p.* 407.

Sæculum VI. A. C. 550.

Calcedonensis dubiam reddit, & Fratribus meis Scandalo est. Ita ab Imperatore obtinuit promissum, ut, iis omnibus, quæ a quocunque de tribus Capitulis usque in eam diem dicta scriptave fuissent, non obstantibus, in Concilio cum Episcopis Africæ, Illyrici, aliarumque Provinciarum, quid facto opus esset, examinaretur, & illi præ aliis vocarentur, quibus hactenus acta offendiculo fuissent. Præprimis nemo in Causa trium Capitulorum quidquam attentaret, donec Concilium Sententiam pronunciasset. Hæc inter Papam & Imperatorem, Menna Constantinopolitano, Dacio Mediolanensi, Theodoro Cæsarienſi, quibusdam aliis Episcopis Græcis, & Latinis, Judicibus, Optimatibus, & toto Senatu præsentibus statuta.

Imperator, ut quod decretum fuerat exequeretur, in Africam & Illyricum misit, qui Episcopos accerserent. Verum nullus ex Illyrico venire voluit. Ex Africa non nulli in viam se dederunt, qui cum Constantinopoli non longe abessent, dixit Vigilius Papa ad Imperatorem: *Si id quod judicavi tibi non placet* (de suo *Judicato* loquebatur) *redde illud mihi, & cum Episcopis istis, qui propediem aderunt, Causam denuo discutiemus.* Ita Papa Judicatum suum publice in quodam Conventu

ventu recepit. (*) Subscriptionem quoque suam Episcopi Græci reposcenti reddiderunt, edixitque Pontifex; si quis eorum in causa trium Capitulorum quidquam moveret ante initium Concilii Universalis, a Communione S. Sedis esse removendum. Sæculum VI. A. C. 550.

§. XXXVI.

Concilium Mopsuestenum.

Interim ut ad Concilium Generale viam sternerent, Imperator, seu verius, sub Imperatoris nomine Orientales, Concilium Mopsuestiæ convocarunt, demonstraturi, Theodori Nomen in illius Ecclesiæ Diptychis non legi, nec hominum memoriam supersesse, aliquando fuisse lectum. Igitur Imperator ad Joannem Episcopum Justinianopolitanum, secundæ Ciliciæ Metropolitam, & ad Cosmum Episcopum Mopsuestenum litteras dedit. Acceptis his Mandatis Concilium anno nono post Consulatum Basilii Indictione decima tertia id est anno 550. 17. Junii celebratum. Præsuit Joannes, cui octo Episcopi ejusdem Provinciæ assistebant. Mathanius Cubiculariorum Comes tanquam Imperatoris Mandatarius, item omnes Clerici Mopsuestiæ, duo Comites, duo Tribuni, alii quidam ex Ministris, & multi

to. 5. *Conc.* *p.* 491.

(*) Istud Vigilii Papæ factum, si quid prius peccatum, satis diluit.

Sæculum VI. A.C. 550.

multi illius Civitatis Incolæ, aderant. In medio Conventus posita sunt Sacra Evangelia, & Imperatoris Epistolæ lectæ. Tum prodire jussi, qui facti illius, de quo agebatur, testes producti fuerant. Singuli nomen suum & conditionem professi. Nempe Presbyteri undecim, Diaconi sex, & septendecim Laici, ex quibus duo primi Comitum Dignitate eminebant. Paulus Civitatis Defensor testimonium reddidit, hos viros esse illius Civitatis ætate maximos & moribus honestissimos.

p. 493.

p. 494.

Episcopi deinde Ecclesiæ Thesauro Præfectum Diptycha, quæ cum Vasis Sacris custodiri solebant, producere jusserunt. Ubi fuere allata, publice recitata sunt in hunc modum: *pro Episcopis defunctis, Protogene, Zosimo, Olympio, Cyrillo, Thoma, Bassiano, Joanne, Auxentio, Palatino, Jacobo, Zosimo, Theodoro, Simeone.* In alio Libro eadem lecta sunt Nomina, & rursus in alio tantum usque ad Nomen Jacobi. Episcopi Diptycha sibi exhiberi jussa ipsimet inspexerunt, & juramentum dextra super Evangelia posita Thesauro Præfecti receperunt, nulla alia ipsi esse Diptycha.

Tum a testibus quoque petierunt Episcopi, ut edito juramento promitterent, veritatem eloqui. Illorum primus, Presbyter, cui Nomen Martyrius, locutus est in hunc modum: *Annos vitæ octo-*

octoginta plus minus numero, quorum ultra sexaginta inter Clericos transegi, & nunquam vidi aut a quoquam audivi, Theodorum, olim hujus Civitatis Episcopum, in Sacris Diptychis fuisse nominatum; sed audivi S. Episcopum Cyrillum Alexandrinum loco Theodori fuisse insertum. Nec enim scio in nostra Civitate unquam extitisse Episcopum, qui Cyrillus vocaretur. Ille vero Theodorus, qui in Diptychis legitur, ante annos tres obiit, & Patriam habuit Galatiam. Ceteri Presbyteri, quorum junior annos quinquaginta duos numerabat, idem suo testimonio confirmarunt. Tum Paregorius Archidiaconus sexaginta sex annos natus, aliique Diaconi. Tum duo Comites Eumolpius, & Theodorus, ceterique Laici. His auditis Episcopi pronunciarunt; ex testimoniis, & Diptychorum inspectione liquere, senioris Theodori Nomen fuisse deletum, & hac super re Epistolam Synodicam ad Imperatorem, alteramque ad Vigilium Papam dederunt. Nihil praterea in hac Synodo Mopsuestena actum. Ex his vero, quid rei Diptycha Ecclesiastica fuerint, discernitur.

Sæculum VI. A. C. 550.

p. 497.

p. 501.

§. XXXVII.

Vis Papæ illata.

Non obstante fide data nihil se esse moturos usque ad Concilium Univer-

Sæculum VI. A. C. 550.

sale, Græci Constantinopoli rursus Papam urgere cœperunt, ut cum ipsis tria Capitula damnaret, si Episcopi Africæ, Illyrici & Dalmatiæ id recusarent. Papa id abnuente, artibus Theodori Cæsariensis effectum, ut Edictum, quo tria Capitula condemnabantur, in Palatio, ipso præsente, & aliquibus Episcopis Græcis ejus Sectatoribus iterum prælegeretur. Cum Papa læsam fidem quereretur, simulata obedientia irritatum placarunt. Postea vero Theodorus advocatis in Domum suam Notariis multa Edicti illius exemplа describi jussit, tum promulgari, & in Ecclesia Constantinopolitana aliisque locis affigi. Cum ventum est ad ædes Placidiæ, in quibus Papa diverteбat, ibique tunc præsentes essent multi Episcopi Græci & Latini cum Presbyteris & Diaconis Constantinopolitanis, Papa & Dacius Mediolanensis elata voce dixerunt: *rogate Imperatorem, ut Edicta, quæ affigi jussit, tollat, & expectet, sicut inter nos convenit, donec Episcopi Linguæ Latinæ, quibus creatum est scandalum, ad Concilium adveniant, aut saltem sententiam suam scriptam integra libertate tradant. Si preces nostras non audiat, saltem vos nolite in ea consentire, quæ Pacem Ecclesiæ perturbant, & nihil contra datam fidem facite. Si non obtemperatis, scitote, quod ex hac hora a Communione*

Sent. in Theod. p. 335.

Ep. Leg. p. 408.

Vig. ep. 15. p. 525.

munione Sedis S. Petri viva voce mea tanquam prævaricatores ſuſpenſi ſitis. Dacius Epiſcopus Mediolanenſis his ſubjunxit: *Proteſtor meo Nomine & Nomine omnium Epiſcoporum, inter quos poſita eſt mea Eccleſia, ſcilicet Epiſcoporum Galliæ, Burgundiæ, Hiſpaniæ, Liguriæ, Æmiliæ, & Venetiæ, atque edico, nullum eorum, qui his Edictis conſenſerit, cum Epiſcopis iſtarum Provinciarum communicaturum. Nam perſuaſum mihi habeo, hæc Edicta Concilium Calcedonenſe, & Fidem Catholicam deſtruere.* Hæc ferme in medio Menſis Julii acta. Sæculum VI. A.C. 551.

His Declarationibus contemptis Theodorus cum ſuæ factionis Epiſcopis in Eccleſiam, ubi affixa erant Edicta, ſe contulit, Miſſam celebravit, Nomen Zoili Patriarchæ Alexandrini ex Diptychis delevit, & ipſius loco Nomen Apollinaris in illam Sedem intruſi inſeruit. Tunc Papa non amplius cum Orientalibus communicare, & nequidem colloqui voluit, hinc Imperator in eum & Dacium Mediolanenſem tanta iracundia accenſus eſt, ut, ſi ſalvi eſſe vellent, in Eccleſias confugere cogerentur. Vigilius ad S. Petrum in Palatio Hormisdæ ſe recepit, unde vi Pontificem abſtracturi, ad eum capiendum miſerunt Prætorem illum, cujus muneris alias erat fures & latrones comprehendere. Ipſo cum multis militibus *Sent. p. 336.* *Ep. Legat. p. 409.* Papæ Majeſtas violatur.

Sæculum VI. A.C. 551.

tibus nudos enſes & arcus intenſos tenentibus Eccleſiam intrante, Papa Aſylum quæſivit ſubter Altare, columnas, quibus innitebatur, amplexus. Prætor furiis actus Diaconos aliosque Clericos apprehenſis ipſorum capillis abſtrahi juſſit, ut eos ab Altari arceret, tum ut Papam inde avelleret, imperat, ut reluctantis pedes, barbam, capillos arriperent, & ad ſe traherent. Papa fortiter reſiſtebat, cumque eſſet magno corpore, & viribus valens, aliquas columnas Altaris fregit, ita ut ſuper eum corruiſſet Menſa Sacra, niſi Clerici labentem manibus ſuſtinuiſſent. Tandem populus percepto tanto ſtrepitu accurrens, & aliqui etiam ex militibus commiſeratione tacti, edito ingenti clamore Prætorem diſcedere coegerunt.

Theoph. an. 20. *p.* 191.

Veriſimile eſt, Papam hoc tempore, cum ultima injuria læſus fuiſſet, Setentiam in Theodorum ſcripſiſſe. In ea primum exprobrat, quod toto tempore, ex quo Epiſcopatum Cæſarienſem ſuſcepiſſet, nequidem uno anno integro in ſua Eccleſia fuiſſet, ſed Principis favore abuſus turbas excitare nunquam ceſſaſſet. Tum enarratis omnibus ejus molitionibus, & addito, quod triginta jam dies expectaſſet, ex quo ipſum a Communione S. Sedis ſeparaverat, eundem Epiſcopatu & Communione Catho-

to. 5. *Conc. p.* 334.

p. 336.

Catholica (*) privat, jubetque deinceps soli Pœnitentiæ vacare. Mennam vero Constantinopolitanum, ceterosque criminum Theodori conscios Papa solum a Communione usque dum satisfaciant, suspendit. Hæc Sententia decimo nono Cal. Sept. Justiniani anno 25. post Consulatum Basilii undecimo, id est, 14. Aug. anno 551. scripta. Loquitur Papa tam suo nomine quam tredecim Episcoporum, qui in illo Conventu aderant. Præcipui fuere Dacius Mediolanensis, & Primasius Adrumetinus. Reliqui erant Itali. Nec- *Ep.* 15. *p.* dum tamen Papa hanc Sententiam vul- 319. gare volebat, ut tempus daret Imperatori, quo facta retractaret, & damnati Episcopi resipiscerent. Verum Sententiam suam in manus viri fidelis deposuit, qui eam, si Papæ vis inferretur, aut subito occumberet, statim in illis locis, in quibus maxima esset hominum frequentia, publicam faceret, quo citius ad omnium notitiam perveniret.

Sæculum VI. A. C. 551.

Missi deinde fuerunt, qui Papæ dicerent; nisi fidem, quam jurato daturi essent, acciperet, futurum, ut vi adhibita ex Ecclesia S. Petri pelleretur. Itaque commentarium tradidit, in quo ea scripserat, quæ sibi promitti postulabat. Non

(*) Hic est iterum aliquod indicium, varios fuisse Excommunicationis gradus.

Sæculum VI. A. C. 551.

Pontificis Fuga.

omnia quidem, quæ petiit, conceſſa; at nihilominus, cum tandem Miniſtri ab Imperatore miſſi juramenti formulam ſuper Altare, & ſuper clathros, quibus S. Petri Reliquiæ circumdabantur, poſuiſſent, & manu tangentes veram Crucem, atque S. Petri Claves, juraſſent, ut Sacramento Reverentiam haberet, in Palatium Placidiæ rediit. Dacio quoque Mediolanenſi, & omnibus aliis, qui ad loca Sacra confugerant, promiſerunt, nullam vim ipſis eſſe inferendam. At juratam fidem non integre ſervarunt, & præter alios etiam Papa peſſime habitus eſt. Hac ſuper re apud officiorum Magiſtros, quos Imperator ſæpe ad ipſum mittebat, conqueſtus, eosdem non ſolum ore ſed etiam datis ter epiſtolis interpellavit, ut juramenta, quibus ſe obſtrinxerant, ſervarent. Sed in dies creſcebat periculum. Tandem biduo ante Feſta Domini Natalitia animum advertit, omnes aditus Placidiani Palatii, in quo verſabatur, poſitis ſtationariis cuſtodiri, ita ut excubitorum clamores in ipſius cubiculo exaudirentur. Itaque his anguſtiis prementibus intempeſta nocte fugam moleſtiis & periculo plenam ſuperato modico muro, qui tunc forte ædificabatur, capeſſivit. Ita Conſtantinopoli egreſſus Calcedonem transfretavit, & in Eccleſia S. Euphemiæ receptaculum elegit.

Ibi

Ibi cum Vigilius in gravem morbum incidisset, Imperator Die Dominica 28. Jan. anno 552. ad eum misit Patricios Belisarium, Cethegum, & Petrum, Justinum Curopalatem, & Marcellinum Quæstorem, nempe eosdem, quos sæpe jam antea miserat, qui ipsum hortarentur, ut eorum juramenta reciperet, Ecclesia S. Euphemiæ excederet, & Constantinopolim reverteretur. Papa respondit: *Nulla causa Personalis me adegit, ut huc confugerem, sed scandalum, quod totam perturbat Ecclesiam. Itaque si Imperator pacem reducere cogitat, quod olim fecit, cum Avunculus ejus viveret, non opus est jurejurando, statim, & hac hora egrediar. Si autem Causa Ecclesiæ necdum finita est, perinde jusjurandum nihil proderit, nec peto; nam statutum est mihi, hoc loco non egredi.* Tum omnia oratione repetiit, quæ facta fuerant, ex quo Imperator Edictum damnans tria Capitula affigi jusserat. Et finem dicendi fecit obtestans hos Magistratus, futurum Dei Judicium minitans, jubensque, ut Imperatori suis verbis dicerent: *magno peccato conscientiam tuam oneras, si cum iis, quos excommunicavi, præsertim cum Theodoro Cæsariensi, communicas.* Sæculum VI. A. C. 552.

Demum Die Dominica, quarta Febr. venit ad Papam Petrus Referendarius cum mandatis Principis, dicens: *Statue*

Sæculum VI. A. C. 552.

tempus, quo Judices ad te veniant, & juramentum tibi præstent, ut ea conditione hac Ecclesia excedas, & tutus Constantinopolim revertaris. Mandavit Papa, ut suis verbis Imperatori responderet: *ex urbe Roma profectus sum ante annos septem, & ad Tuam Pietatem huc veni nullam causam privatam habens. Hoc unum est, quod rogo, ne Ecclesiæ Pacem a Theodoro turbari patiaris. Sex jam Menses abierunt, ex quo excommunicatus, & depositus est, sed Tuæ Majestatis Reverentia, & spes emendationis ejus probibuere, ne Sententiam promulgarem, & ideo hucusque distuli.* Iterum deinde Papa consilium suggessit, se Dacium Mediolanensem, & quosdam alios data fide publica ad Imperatorem missurum, qui Causam Ecclesiæ agerent; quod si differretur, cogi se, ut etiam invitus irrevocabilem Sententiam pronunciaret. *Nihil quippe,* inquit, *nec propinquos, nec bona terrena, Saluti animæ nostræ, & famæ Principis, præponimus.* Hæc omnia vulgavit litteris die altera quinta Febr. anno 552. datis, & ad universum Populum Dei directis, in quibus omnes, quas perpessus erat, ærumnas narrat, atque, ut se purgaret, Fidei suæ Confessionem inserit.

Ep. 15.

Procop. IV. Goth. c. 24.

§. XXXVIII.

§. XXXVIII.

Sæculum VI.
A. C. 552.

Epistolæ Legatorum Franciæ.

Justinianus Imperator Legatum, cui nomen Leontius, ad Theobaldum Regem Francorum miserat, qui hunc Principem ad ineundam cum Romanis adversus Gothos armorum societatem invitaret. Theobaldus Rex remisit cum Leontio Leodardum ex Gente Francorum tresque alios Legatos, quibus Clerici Italiæ amplissimum scripserunt Libellum, eaque omnia, quæ Papa & alii Episcopi Catholici Constantinopoli patiebantur, illos edocebant. Dicunt Papam jam annos sex Constantinopoli morari, unde dispicitur, eos anno 552. scripsisse. Omnibus, quæ contra Papam aliosque Occidentales, usque ad tempus, quo Ecclesia S. Petri egressus fuerat, acta essent, enarratis, subjungunt: *miserunt etiam viros in Provincias Italiæ, qui Papæ & Dacio Episcopo invidiam crearent, & populos permovere conarentur, ut alios Episcopos sibi ordinari deposcerent, novæ eorum Doctrinæ consensuros. Imo tanta Græcorum fuit nequitia, ut per quosdam subornatos litteras suppositicias nomine Papæ scriptas, in Italiam deferente quodam, cui nomen Stephanus, miserint, quibus omnium animos in Pontificem exarcebarent. Itaque obtestamur vos, ut hæc omnia*

to. 5. Conc. p. 407.

p. 409.

Sæculum VI. A.C. 552.

nia cito in Provinciis vestris manifestis, ne quis ab his impostoribus decipiatur, aut a quodam, nomine Anastasio, quem S. Episcopus Arelatensis Aurelianus ante biennium ad Papam delegavit; is enim cum aliis conditionibus Constantinopoli abire non permitteretur, largis donationibus seductus, jurejurando promisit, se omnibus Episcopis Galliæ persuasurum, ut tria Capitula damnarent, & Papæ Epistolas, quibus Episcopos Galliæ, quid ageretur, certiores reddere volebat, deferendas accipere noluit. Ergo Episcopos Regionum vestrarum monete, ut Papam & Episcopum Dacium datis litteris consolentur, & confirment, ne novam Doctrinam recipiant. Postquam Constantinopolim perveneritis, ipsis, ut poteritis, opem ferte, præprimis Dacio. Petite ut ei ad Ecclesiam suam, jam annis quindecim vel sexdecim absenti, redire liceat. Nam omnes ferme Episcopi, quos ab ipso ordinari consuetudo postulat, ut scitis, defuncti sunt, jamque innumera populi multitudo sine Baptismate moritur.

Sup. §. 24.

§. XXXIX.

Concilium Parisiense secundum.

v. Coint. an. 551. n. 5. to. 5. Conc. p. 811.

Sancto Aureliano Arelatensi brevi postea ad superos translato, Sapaudus Successor ejus, secundo Concilio Parisiensi circa annum 551. celebrato præfuit.

fuit. Aderant Episcopi viginti septem, inter quos numerabantur sex Metropolitæ, scilicet, Sapaudus Arelatensis, Hesychius Viennensis, Nicetes Trevirensis, Probianus Bituricensis Desiderii Successor, Constitutus Senonensis, Leontius Burdegalensis. Hæc Synodus in ædibus Ecclesiæ congregata, invitante Rege Childeberto, in Causa Saffaraci Episcopi Parisiensis, qui magni criminis convictus fuerat. Jussit Concilium Acta sibi exhiberi, ex quibus liquebat, Saffaracum crimen suum confessum fuisse coram Medoveo Episcopo Meldensi, S. Lubino Episcopo Carnutensi, Leobacario Abbate, Hiculpho Presbytero, Eterno Archidiacono, & Castricio Diacono, in Concilio præsentibus ubi testimonium reddiderunt, sicut etiam Ardaricus seu Aridius Episcopus Nivernensis. Synodus judicavit crimen plene esse probatum, & illos tres Episcopos bene egisse, quod Saffaracum Monasterio incluserint. Tum Metropolitano ipsius, Constituto Senonensi mandatum, ut eum secundum Canones deponeret. Quo facto, in depositi locum Eusebius Episcopus Parisiensis ordinatus est. Is, ut suo loco retulimus, S. Clodoaldum Presbyterum ordinavit.

Sæculum VI. A. C. 552.

Sup. lib. XXXVI. §. 44.

§. XL.

Sæculum VI.
A. C. 552.

§. XL.

Delegati Palæstinæ Origenistis adversantur.

Dum omnia in Oriente ad celebrandum Concilium Generale præparantur, interim Monachi ex Palæstina Delegatos contra Origenistas Constantinopolim miserunt. Hi Nonno vita functo in duas Sectas abierant. Pars una Protoctistarum, seu Tetraditarum, alia Isochristarum nomine dicebatur. Theodorus Cappadox, in aula potentissimus, posteriori Sectæ adhærens, Auctor fuit, ut multi hujus factionis Episcopi & Abbates in Palæstina eligerentur. Protoctistarum Princeps erat Isidorus, qui cum satis intelligeret, imparem se esse, qui Theodoro solus resisteret, socium adscivit Cononem magnæ Lauræ S. Sabæ Abbatem, virum Catholicum. Hunc igitur, postquam ipsi in Ecclesia Montis Sion pollicitus fuisset, se Doctrinam de præexistentia non amplius defensurum, sed omni nervorum contentione errores Origenis oppugnaturum esse, in profectione Constantinopolitana, quo Conon delegabatur, secutus est.

Sup. §. 19. vit. S. Sabæ. n. 89. p. 373.

Ubi Constantinopolim pervenere, cœptis eorum maxime obstitit Theodorus; nihilominus sua patientia vicerunt omnia. Nam cum paucis post diebus Petrus

n. 90.

Sæculum VI. A. C. 552.

trus Patriarcha Jeroſolymitanus vita exceſſiſſet, Monachi novæ Lauræ, Origeniſtarum & Iſochriſtarum erroribus infecti malis artibus effecere, ut Macarius eligeretur, quod ſeditionis cauſa extitit. Hac re Imperator contra Theodorum & Origeniſtas vehementer commotus Macarium e Sede Jeroſolymitana pelli juſſit. Abbas Conon occaſione utendum ratus traditoLibello Imperatori Origeniſtarum crimina aperuit. Cum ſibi hac via non nihil Auctoritatis conciliaſſet, ſuggeſſit, in Patriarcham Jeroſolymitanum ordinandum eſſe Euſtochium Eccleſiæ Alexandrinæ Oeconomum, tunc Conſtantinopoli verſantem, & placuit Imperatori hæc electio. Conſtantinopoli diſcedens Conon, & novo Patriarchæ valedicens, rogavit eum, ut Eulogium Abbatem Monaſterii S. Theodoſii ad Concilium univerſale proxime celebrandum mitteret. Fecit Euſtochius Patriarcha, quod rogatus fuerat; nam miſit tres Epiſcopos, & totidem Abbates, quorum unus fuit Eulogius, qui ipſius Nomine Concilio intereſſent.

Evagr. IV. hiſt. c. 37.

p. 374.

Conc. V. Coll. 1. init.

Illa tempeſtate in Palæſtina prope urbem Gazam degebat S. Barſanuphus Ægyptius. Is in Cellulam ſe abdidit, ubi poſt annos quinquaginta nemini viſus adhuc vivere credebatur. Thomam quoque Apamienſem vitæ Sanctitas celebrem reddidit. Nemo vero Sanctorum Viro-

S. Barſanuphus.

Evagr. IV. c. 33. c. 35.

Sæculum VI. A. C. 552. c. 34.

Virorum magis insolens vitæ genus duxit, quam S. Simeon cognomento Salus, qui haud procul Emeso degens humilitatis exercendæ studio insanire se simulabat. Nihilominus magnum Peccatorum numerum convertit, & felici successu Acephalis caput objecit. Leontius Episcopus Napolitanus in Cypro, annis circiter quinquaginta posterior, ejus vitam scripsit. *Ap. Sur. 1. Jul.*

Theodorus Cappadox, ceterique illius Factionis, tandem Vigilio Papæ, adhucdum Calcedone in Ecclesia S. Euphemiæ securitatis causa hærenti, morem gesserunt. In Confessione Fidei ad Papam directa declarant, se, ut unitatem Ecclesiasticam conservarent, quatuor Concilia Generalia Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum & Calcedonense recipere, promittuntque, se sanctissime secuturos illa omnia, quæ in his Conciliis, consentientibus Legatis & Vicariis Sacræ Sedis, per quos Papæ suo quisque tempore illis præfuere, definita sunt. Ergo illa ætate Orientales (*) non dubitabant, *Const. Vig. p. 337.*

(*) Die Orientalischen Bischöfe, und so gar solche, welche den Pabst Vigilius verfolgten, haben im sechsten Jahrhundert nicht gezweifelt, es wären die Römischen Bischöfe in allen 4 allgemeinen Kirchenversammlungen in der Person ihrer Legaten und Vicarien vorgestanden. Allein unser Prote-

bant, quin Papæ per ſuos Vicarios omnibus Conciliis Generalibus præfuerint. De conſenſu Legatorum diſertis verbis mentionem faciunt ob Canonem Calcedonenſem Sedi Conſtantinopolitanæ faventem, cui ſuffragari noluerant Legati. Hanc Fidei Confeſſionem & in eadem Formula Mennas Conſtantinopolitanus, Theodorus Cæſarienſis, Andreas Epheſinus; Theodorus Antiochenus in Piſidia, Petrus Tarſenſis & plures alii Epiſcopi tradiderunt. Sæculum VI. A.C. 552. *Sap. lib. XXVIII. §. 30. 31.*

§. XLI.

Miraculum in puero Judæo.

Mennas Conſtantinopolitanus haud diu poſtea e vivis abiit, poſtquam Sedem tenuiſſet annis ſexdecim, cujus memoriam vigeſima quinta Aug. Eccleſia honorat. Ad ejus tempora ſequens Miraculum Conſtantinopoli patratum refertur. Antiquo more in illa Eccleſia receptum erat, ut, ſi multæ Corporis JEſu Chriſti particulæ ſupereſſent, ad eas conſumendas pueri innocentes, qui in ſcholis *Sup. lib. XXXII. Martyr. R. 25. Aug. Evagr. IV. c. 36.*

Proteſtantiſche Ueberſetzer will davon beſſer berichtet ſeyn, und meynet, es ſey nur ein Vorurtheil der Papiſten, welche dieſes glaubeten. Jedoch kann er dieſem unverwerflichen Zeugniß der Orientaliſchen Biſchöfe nichts, das nur erträglich wäre, entgegen ſetzen.

Sæculum VI. A. C. 552.

lis primis litterarum Rudimentis imbuebantur, convocarentur. Contigit, ut inter alios filius cujusdam Vitriarii Judæi accerseretur. Parentibus puerum interrogantibus, cur hac die serius rediret, dixit, quid egisset, & quid cum ceteris pueris manducasset. Illico Pater in furorem actus filium ligatum in fornacem conjicit. Afflicta mater hujus rei insçia infantem per totam Civitatem investigabat. Tandem elapso triduo ad ostium fornacis ardentis venit, & filium nomine suo compellat. Ipse in fornace responsum vocanti dedit. Tum Mater perfracto ostio vidit inter carbones stantem & incolumem. Interrogatus, quomodo ab igne illæsus mansisset, dixit Mulierem purpura vestitam sæpe venisse, & carbones circum jacentes injecta aqua extinxisse, eandem, quando esuriebat, cibum attulisse. Imperator comperto hoc prodigio Matrem & puerum baptizari jussit, & utrumque Clericis adscripsit, id est, puer inter Lectores, & Mater inter Diaconissas suscepta est. Patrem vero, Religionem Christianam amplecti recusantem tanquam latronem filii sui adacto palo transfigi mandavit. Historiæ Scriptor Nicephorus Callistus, qui in Sæculo decimo quarto vivebat, testatur, hunc morem Evchariſtiæ Reliquias infantibus dandi suo adhuc ævo Constanti-

Niceph. XVII. hist. c. 25.

stantinopoli fuisse servatum, seque ipsum eandem sæpe hoc modo accepisse. Sæculum VI. A. C. 552.

Justinianus etiam in causas Judæorum super Religione sua discrepantium inquirebat; id enim apparet ex Lege, octava Febr. anno 552. edita, qua ipsis licentiam facit legendi Scripturam Sacram in suis Synagogis Græco, Latino, aut quocunque sermone voluerint, si modo Græce tantum secundum septuaginta Virorum, aut Aquilæ Interpretationem legeretur. Prohibet vero legi illam, quam secundam Editionem, id est, *Misna*, appellabant, quod meras Traditiones humanas contineret. Unde dispicimus, quorumdam Judæorum opinionem fuisse, nullatenus legendam esse publice Scripturam ex aliqua Versione; certe pars ista certantium Victoriam obtinuit, nam hodie in suis Synagogis eam non nisi sermone Hebraico legunt.

§. XLII.

S. Eutychius Patriarcha Constantinopolitanus.

Sancti Mennæ in Sede Constantinopolitana Successor fuit S. Eutychius. Is natus erat in Phrygia circa annum 512. Patre Alexandro Viro militari & Belisario in paucis caro. Mater nomine Synesia filia erat Episcopi miraculis clari, qui

vit. ap. Boll. 6. Apr. to. 9. p. 550.

Sæculum VI. A.C. 552.

parvulum Eutychium nepotem ſuum in infantia baptizavit, eumque in Domo ſua Auguſtopoli educavit. Duodennis Conſtantinopolim ad diſcendas litteras miſſus, conſilium cepit amplectendi Inſtitutum Monaſticum; ſed ab hoc propoſito juvenem dimovit Epiſcopus Amaſeenſis, qui ipſi Infulam Epiſcopalem deſtinabat. Itaque eum Lectorem ordinavit, deinde Diaconum, & tandem, cum annum ætatis trigeſimum attigiſſet, ſervatis Canonicis Interſtitiis, Presbyterum. Cum autem poſtea Epiſcopus Amaſeenſis mentem mutaſſet, priſtinum Eutychio rediit ſolitudinis deſiderium, atque Monaſterium amplum in Civitate Amaſeenſi ingreſſus eſt. Poſt breve tempus Ordinis Monaſtici in Provincia Helenopontina, cujus Metropolis erat Amaſea, Præpoſitus Generalis creatus.

Cum Eutychius annos decem in Monaſterio tranſegiſſet, nempe anno 552. Epiſcopus Amaſeenſis ægrotans eum Conſtantinopolim miſit, ſuo nomine Concilio univerſali interfuturum. Ipſe in Domum Mennæ Patriarchæ divertit, qui eum benigne ſuſcipiens ad Clericos ſuos dixit: *Monachus iſte meus Succeſſor erit.*

Evagr. IV. hiſt. c. 37.

In quadam Collatione Imperatore præſente agitata eſt quæſtio illo tempore celeberrima; an poſſint damnari mortui.

4. *Reg.* 23. 16.

Eutychius id fieri poſſe affirmavit, adduc-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cto Regis Josiæ exemplo, humata ossa I- Sæculum VI.
dololatrarum effodi & cremari juben- A. C. 552.
tis. (*) Hæc Responsio magno omnium plausu, præsertim Imperatoris excepta. Tum Menna Patriarcha post dies paucos vita functo, Imperator Petro Referenda-

(*) Hier will unser Protestant in einer langen Anmerkung durchaus nicht leiden, daß man die todten Ketzer verdamme, und saget: Gesetzt, daß nun GOtt auch eine ausdrückliche und allgemeine Verordnung gemachet hätte, daß die Gebeine der Götzendiener ausgegraben, und verbrannt werden solten, so würde doch daraus noch kein Schluß auf die Verdammung eines verstorbenen Ketzers gemacht werden können. Er saget ferner zur Behauptung seiner Meynung: daß ein solches Urtheil in den Zustand eines Verstorbenen gar keinen Einfluß hat. Dieser Grund ist unrichtig. Denn wenn man über einen Todten bisweilen ein Urtheil gesprochen hat, so ist es wohl niemal in der Absicht geschehen, damit solches Urtheil in den Zustand des Verstorbenen einen Einfluß haben soll, sondern zur Beschämung der Anhänger des verstorbenen Ketzers, und damit die Unschuldigen desto mehr die verdammte Lehre verabscheuen. Als der König Carolus II. den Leib des Cromvells um das Jahr 1660. ausgraben, an den Galgen aufhenken, und alsdenn das abgeschlagene Haupt aufstecken lassen, mag es ihm wohl nicht in den Sinn gekommen seyn, dadurch den Zustand seiner Seele in der andern Welt zu verschlimmern.

Sæculum VI. A. C. 552.

rio mandavit, ut Eutychium quæreret, & honorifice apud se distineret. Deinde Clericorum & Senatus requisito consensu effecit, ut Episcopus eligeretur. Ergo annos natus quadraginta Patriarcha Constantinopolitanus ordinatur.

to.5. Conc. p.338.

Suscepto Episcopatu Eutychius Vigilio Papæ Fidei suæ Confessionem tradidit, illi, quam Mennas dederat, ferme similem. Nam in ea etiam profitetur, quod ad conservandam Pacem quatuor Concilia Universalia & Epistolas Paparum, præsertim S. Leonis, recipiat, & addit: *Cum in his omnibus, quæ supra dicta sunt, consentiamus, petimus, ut Sanctitate Tua præsidente, positis in medio SS. Evangeliis, tria Capitula examini subjiciantur, & quæstio ad confirmandam Ecclesiarum pacem decidatur.* Hæc Fidei Professio Vigilio Papæ tradita est in Die Epiphaniæ sexta Jan. 553. a Neoelecto Patriarcha Constantinopolitano Eutychio, ab Apollinari Alexandrino, Domnino Antiocheno, Elia Thessalonicensi, aliisque, qui Confessionis prioris participes non fuerant; huic vero subscripserunt, aut eam separatim tradiderunt. Ita Apollinarem legitimum Patriarcham Alexandrinum agnovit Papa, qui postquam ipsi, prima fidei Confessione tradita, fuisset satisfactum, relicta S. Euphemiæ Ecclesia Constantinopolim

Conc. V. Coll. 1. p. 428

redie-

redierat. Huic secundæ respondit die altera Januarii septima eam approbans & promittens, Conventum agere, in quo Quæstio de tribus Capitulis definiretur. Postea vero Papa ab Imperatore petiit, ut Concilium in Italia, vel saltem in Sicilia celebraretur, atque etiam Episcopi Africæ aliarumque Provinciarum latino sermone utentium advocarentur. Id obtinere non potuit, sed tantum illud inter ipsos decretum, ut Papa nomina Episcoporum ex Provinciis Latinis, qui cum ipso deliberaturi essent, Imperatori traderet. Deinde paucis diebus ante Pascha, quod illo anno 553. in vigesimam Aprilis incidebat, statutum, ut Episcopi tam Græci quam Latini Constantinopoli præsentes pari utrinque numero de tribus Capitulis conferrent.

Sæculum VI. A. C. 553.

p. 340.

§. XLIII.

Secundum Concilium Constantinopolitanum, Universale quintum.

Collatio prima.

Omnibus his pactionibus neglectis, Orientales anno Justiniani vigesimo septimo, post Consulatum Basilii duodecimo, Indictione prima, quarto Nonas Maji, id est, quarta Maji, anno 553. in Conclavi Cathedralis Ecclesiæ Constantinopolitanæ Concilio initium dederunt. Sessiones hujus Concilii

Sæculum VI. A C. 553.

Collationes appellantur. Primæ interfuere tres Patriarchæ, Eutychius Constantinopolitanus, Apollinaris Alexandrinus, & Domninus Antiochenus. Tres Episcopi ab Eustochio Patriarcha Jerosolymitano delegati. Benignus Episcopus Heracleensis in Pelagonia (*) Eliæ Thessalonicensis Vicarius. Theodorus Ascidas Episcopus Cæsarienſis in Cappadocia, omnium Turbarum Auctor. Andreas Episcopus Ephesinus, Sextilianus Episcopus Tunetanus Primasii Carthaginensis Mandatarius. Tum visuntur nomina Megethii Heracleensis in Thracia, Anastasii Tabiensis Vicarius Dorothei Ancyrani. Multi Metropolitæ, & universim centum quinquaginta & unus Episcopi, quos inter Africani quinque, numerantur.

to. 5. Conc. p. 416.

Jam

(*) Unser Uebersetzer hat hier den Fleury verbessern wollen, und Paphlagonia gesetzet. Allein er ist ein unwissender Geographus. Pelagonia war eine Landschaft in Macedonien, von welcher Carolus Stephanus so schreibet: Pelagonia Regio Siciliæ . . . . Alii, ut Plinius, in Macedonia ponunt, & Tripolim dicunt, Auctore Strabone, quod tribus urbibus constaret. Dieser Fehler rühret von seiner Unwissenheit her. Seine Nachläßigkeit ersieht man auf eben dieser seiner 300. Seite, da er anstatt Præfectus Africæ, gesetzet: Diaconus Africæ.

Jam anno superiore 552. Reparatus Archiepiscopus Carthaginensis, Firmus Primas Numidiæ, Primasius & Verecundus Episcopi Provinciæ Byzacenæ Constantinopolim venerant, ut Mandatis Imperatoris obtemperarent. Cum minis, blanditiisque tentati, ut in damnationem trium Capitulorum consentirent, superari non possent, accusatus est Reparatus Episcopus, quod Auctor fuisset Tyranno Guntarito, ut Areobindum Magistrum Militiæ interficeret. Hac calumnia oppressus, deponitur, omnibus, quæ ad se suosque in ista Profectione sustentandos attulerat, spoliatur, & Eucaitam in Ponto in exilium mittitur. Igitur Primasius Diaconus ipsius Apocrisiarius, damnatis tribus Capitulis, Episcopus Carthaginensis Clericis populoque invitis ordinatur, & non sine multis cædibus & sanguine in Sedem intruditur. Præfectus Africæ Constantinopolim misit aliquot Episcopos, ut omnia, quæ secundum Imperatoris voluntatem acta fuerant, suis suffragiis confirmarent. Conquisivit vero tales, quorum avaritiam & ignorantiam nemo nesciebat. Unus ex illis ante sexennium Constantinopoli commissi adulterii convictus fuerat.

Tales ergo erant Episcopi Africæ, qui soli ex toto Occidente in Concilio Constantinopolitano sederunt.

Saeculum VI.
A C 553.

Vict. Tun. Chr. an. 552. 553. Epist. Leg. to. 5. Conc. p. 408.

Sæculum VI. A. C. 553.

Episcopis considentibus, jussus est introire Theodorus Silentiarius afferens Imperatoris Edictum, quod statim prælectum. In eo Justinianus affert exempla Imperatorum Antecessorum suorum, qui quatuor Concilia celebrari curarunt. Refert etiam, quid egerit Leo Imperator, qui Episcopos super Auctoritate Concilii Calcedonensis consuluerat, Schisma postea exortum, & Ecclesiarum Reconciliationem, cujus Auctorem se solum, omissa de Justino mentione, facit. His addit: *Cum jam Nestoriani non amplius audeant Nestorium nominare, substituunt Theodorum Mopsuestenum Nestorii Magistrum, qui longe pejores blasphemias effutiit, item Libros impios Theodoreti contra S. Cyrillum, & Epistolam detestabilem Ibæ, dicuntque, eam a Concilio Calcedonensi fuisse approbatam. Id autem affirmant, non ad defendendum Concilium, sed ut sub Concilii Nomine Impietati suæ Auctoritatem concilient. Itaque ut malis eorum artibus nos opponeremus, primum consilium vestrum, cum adhuc in Ecclesiis vestris essetis, expetivimus, vosque, quid sentiatis, aperuistis, & Impietatem damnastis. Quia tamen non nulli sunt, qui adhucdum impia hæc tria Capitula obstinate defendunt, vos in istam Civitatem convocavimus, jamque hortamur, ut magna concordia mentem vestram*

p. 419.

Initium Concilii Constantinopolitani.

4. Maji.

vestram hac super re exponatis. Post- Sæculum VI.
quam Vigilius Papa antiquæ Romæ adve- A. C. 553.
nit, cum ipsi omnia, de quibus ageretur, explicassemus, sæpius datis litteris tria Capitula damnavit. (*) *Imo Rusticum & Sebastianum Diaconos, qui accepta ipsius Definitione, ea tamen volebant defendere, damnavit. Hac super re ad Valentinianum in Scythia, & Aurelianum Arelatensem, qui primæ Galliarum Ecclesiæ præest, Epistolas dedit, atque, ut paucis dicam, eandem semper mentem retinuit. Ex quo in hanc Civitatem adveniistis, vobis, & ipsi Epistolarum commercium fuit, ut hac super quæstione commune judicium ferretis. Mandavimus ei, ut vobiscum ad Concilium veniret; sed nobis respondit, se sententiam suam separatim esse traditurum. Hortamur vos igitur, ut vestra quoque ex Parte tria Capitula examinetis.* Tum Imperator concludit Epistolam in hunc modum: *Si quis de Fide sua interrogatus, responsionem diu differat, veritatem confiteri erubescit. Nam in hac Causa nemo primus, nemo secundus habetur, sed qui promptius respondet, is apud Deum acceptissimus est.* (**) Hæc Vigilium Papam tangunt. *p.* 414.

(*) Id solummodo limitate, addita explicatione & restrictione factum.

(**) Hic speciosissime argutatur Justinianus, magnus

Sæculum VI. A. C. 553.

Hac Lectione finita & Theodoro Silentiario exire jusso, Fidei Professio, Vigilio sexta Jan. ab Eutychio tradita, &

p. 429.

Papæ Responsum lecta. Tum Concilium dixit: *Etsi Judices & ex Nobis aliqui sæpe Vigilium Papam hortati fuerint, ut in nostrum Conventum veniret, & simul omnes Quæstionem de tribus Capitulis definiremus, justum & rationi consentaneum existimamus, si mittamus, qui eum hac etiam vice invitent.* Ergo rogante Concilio tres Patriarchæ Eutychius Constantinopolitanus, Apollinaris Alexandrinus & Domninus Antiochenus, multi Metropolitæ aliique Episcopi numero octodecim Papam adierunt. Inde ad Concilium reversi dixerunt: *Papa dixit; se modo invaletudine affectum nobis respondere non posse, & promisit, se crastina nos certiores redditurum, quid statuisset.* Hic primæ Collationis finis.

§. XLIV.

Collatio secunda.

8. *Maji.*

Collatio secunda post quatriduum nempe 8. Maji celebrata. Actis Collationis primæ recitatis, Patriarchæ ceterique ad Papam ante dies quatuor missi dixerunt: *Juxta promissum, quod nobis dede-*

magnus quidem Imperator, sed major futurus, nisi Theologus esse voluisset.

Sæculum VI. A. C. 553.

dederat Vigilius Papa, ante biduum in ædes ejus nos contulimus, nempe ſexta hujus Menſis. Reſpondit; non poſſe ſe ad Conventum noſtrum accedere, quod Epiſcopi Orientis adſint plurimi, ſuorum vero pauci, ſed ſententiam ſuam in tabellas relaturum, & Imperatori traditurum. Diximus ei: ſcis, in litteris viciſſim inter nos datis & acceptis te promiſiſſe venturum ad Conventum Epiſcoporum, qui noſtræ Communionis eſſent. Nos in tua Communione ſumus, nec expedit, ob abſentiam Epiſcoporum Occidentalium Rem differre. In præcedentibus quatuor Conciliis Occidentales nunquam magno numero adfuere, ſed ſolum duo tresve Epiſcopi & aliquot Clerici. Hodie Tu præſens es, & multi alii Italiæ Epiſcopi. Adſunt quoque aliqui ex Africa & Illyrico. Nihil obſtat, quo minus congregemur, & in Charitate totam cauſam finiamus. Si venire nolueris, tamen conveniemus; nam æquum non eſt, ut longiore dilatione Imperatori, & Populo fideli ſcandali occaſionem præbeamus. Addidimus, nos omnia ad Imperatorem delaturos. Detulimus, 8. *Maji. promiſitque Imperator, miſſurum ſe ad Papam Viros Magiſtratu eminentes, & Epiſcopos, qui iterum urgerent, ut veniat.*

p. 430.

Aderant quoque Magiſtratus, ſcilicet, Liberius, Petrus, Patricius, & Conſtantinus

Sæculum VI. A.C. 553.

tinus. Hic, cum Quæstor esset, omnium Nomine dixit: *Prima Die hujus Mensis, accepto ab Imperatore mandato, Vigilium Papam adivimus cum Patriciis Belisario, Cethego, & Rustico. Rursus ipsum adivimus septima hujus Mensis cum Theodoro Cæsariensi, Benigno Heracleensi aliisque Episcopis.* Hos duodecim numero nominat. *Quoties Papam adivimus, toties nomine Imperatoris diximus; omnibus esse libertatem ad Concilium veniendi, eosque, qui tria Capitula defendere vellent, id omni metu vacuos facere posse. Post plures alios sermones petiit sibi concedi moram, qua ipse solus Responsum daret. Diximus: Solus tria Capitula datis litteris & viva voce sæpius damnasti; sed vult Imperator, ut hac de re cum aliis*

p. 431.

consilia communices. Ad moram quod attinet, jam tibi Imperatoris jussu dictum, si promittas ad Concilium venire, moram tibi quantam cupis, & etiam longiorem concessurum. Si autem Sententiam tuam separatim tradere velis, oportet etiam, ut Episcopi, ob istam Causam vocati, & tam longo tempore hic commorati, Sententiam suam Synodalem pronuncient. Diutius ferre non possumus Ecclesiam perturbari, & illud præprimis tollendum est scandalum, quod Hæretici Episcopos calumnientur, & turpem Nestorianæ Hæresis Notam aspergant. Episcopi

432.

copi quoque ad Papam missi, quid egissent retulerunt, nempe aliud nihil, quam quod dixerant Magistratus. Hi Concilio exierunt, postquam Episcopos fuissent hortati, ut brevi hanc Causam secundum Doctrinam quatuor Conciliorum deciderent. Sæculum VI. A. C. 553.

Patres deinde delegatis Episcopis tribus & totidem Presbyteris, Primasium Episcopum Adrumetinum Provinciæ Byzacenæ, & Episcopos tres ex Illyrico Sabinianum, Projectum & Paulum invitarunt, ut ad Concilium venirent. Primasius respondit: *Non ibo, nisi Papa adfuerit.* Tres Episcopi ex Illyrico edixerunt; non posse se alteri cuiquam respondere nisi Archiepiscopo suo Benenato, cujus Sententiæ essent accessuri. Tum Concilium dixit: *De Primasio suo tempore secundum Canones decernetur. Tres vero Episcopi Illyrici, ut petierunt, jungent suffragia sua Benenato, qui nobis consentit; id enim apparet ex eo, quod Episcopus Phocas Suffraganeus & Vicarius ipsius in Concilio præsens sit. Ceterum, ne adhuc amplius cunctemur Imperatori Responsum dare, cras, quod justum est, faciemus.* 9. *Maji.*

§. XLV.

Collatio tertia & quarta.

Itaque die sequente Nona Maji ad tertiam

Sæculum VI. A.C. 553.

tiam convenerunt Collationem, in qua aliud nihil actum, nisi quod declaraverint, se Fidem quatuor Conciliorum Universalium tenere, & damnare ea omnia, quæ his Conciliis adversa essent, vel contumeliosa. Præterea sequi se omnes Patres Orthodoxos, nominatim S. Athanasium, S. Hilarium, S. Basilium, S. Gregorium Nazianzenum, S. Gregorium Nyssenum, S. Ambrosium, S. Augustinum, Theophilum, S. Joannem Chrysostomum, S. Cyrillum, S. Leonem, & Proclum. Trium Capitulorum Examen in alium diem distulerunt.

p. 434.

p. 435.

Id factum 12. Maji in Collatione quarta; in ea enim Doctrinam Theodori Mopsuesteni ad Examen vocarunt. Recitari jussa sunt diversa ex libris ejus Excerpta in Septuaginta & unum Articulos divisa, semper citato, unde textus desumtus erat, libro. In illis Theodorus dicit; non Deum, Verbum Consubstantiale Patri, natum esse ex Virgine, sed Templum ejus. Imo dubitat, an in eo habitaverit, quamprimum formatum fuisset; (*) sed

12. *Maji.*

p. 436.

n. 2.

Doctrina Theodori Mopsuesteni.

(*) Hier sind des Fleury Worte folgende: Il y dit, que ce n' est pas Dieu, le Verbe Consubstantiel au Pere, qui est né de la Vierge; mais son temple: encore doute-t-il, s' il y habitoit dès qu' il a été formé. Und müssen unstreitig so gegeben werden, wie ich solche übersetzet. Aber

Sæculum VI. A. C. 553.

sed credit, illud a Verbo sensim perfectionem accepisse, atque ob conjunctionem suam cum Natura Divina adorari. Quando S. Thomas exclamasset: Dominus meus! & Deus meus! ipsum hæc verba non direxisse ad JEsum Christum, sed ad Deum, quem laudabat, quod JEsum resuscitasset. Fideles baptizari in Nomine JEsu Christi, eo modo, quo S. Paulus dicit, Israelitas fuisse baptizatos in Moyse. Item Christianos Nomen suum a Christo, sicut Platonici, Epicurei, Marcionitæ & Manichæi a Sectarum suarum Auctoribus accepisse.

n. 9. *Joan.* 20. 28. *n.* 16. *Act.* 2. 38. 1. *Cor.* 10. 2.

JEsum Christum esse Imaginem Dei, eumque ita honorari, sicut Imagini Principis honor exhibetur. JEsum Christum esse Filium adoptivum sicut alios, & manife

n. 18. *n.* 46. *n.* 48.

Aber der protestantische Uebersetzer hat sie auf seiner 303. Seite also gegeben: Er behauptete ... daß nicht GOtt, oder das dem Vater gleichwesentliche Wort von der Jungfrau geboren worden, sondern daß sie nur sein Tempel gewesen; dabey zweifelte er noch ob er darinn gleich nach der ersten Bildung gewohnet ꝛc. Ich habe schon öfters angemerket, daß unser Uebersetzer mit der Gottesgelehrtheit nicht verwandt sey. Nempe Theodorus non dicebat, Beatam Virginem, sed natum ex ea Hominem Templum Dei seu Verbi fuisse. Multos alios Interpretis Protestantis errores brevitatis causa prætereo.

Sæculum VI. A. C. 553.

nifestare illum, qui est verus Filius, id est, Verbum. Illum, qui dicitur Verbum, alium esse ab Homine, quem assumpsit, dicebatque, se utriusque distinctionem probare. Affirmabat, illos Prophetiarum sensum detorquere, qui de JEsu Christo acciperent dictum, quod de Populo aut de Davide dicebatur. Imo ita explicabat Psalmum vigesimum primum, & sexagesimum octavum. Dicebat, Angelos JEsu Christo servire tanquam Dei amico. JEsum Christum acrius adversus pravos affectus Animæ quam adversus dolores Corporis pugnasse, atque ad eos superandos per operationem Divinitatis, quæ habitabat in ipso, animum suum exercuisse. In hoc Lectionis loco Concilium exclamavit: *Istud jam semel a nobis damnatum. Anathema Theodoro Mopsuesteno! Anathema Theodoro & Libris ejus! Istud contrarium Ecclesiæ, contrarium Patribus, & Impietate plenum est. Theodorus Juda melior non est.*

n. 19.

n. 20. 21.

n. 22. 23.

24.

26.

n. 27.

p. 445.

Lecti deinde plures Textus de Incarnatione, ubi dicebat: *Non est majus prodigium, solem fuisse obscuratum propter Templum Verbi Crucifixi, quam eundem jubente Josue, & orante Ezechia stetisse.* Et iterum: *Quando Naturas distinguimus, dicimus, dari unam Naturam perfectam Verbi, & unam Personam perfectam. Nam dici non potest, dari sub-*

n. 28.

12. Maji.

n. 29.

sisten-

sistentiam perfectam sine Persona. Admittimus etiam unam Naturam perfectam Hominis, & unam Personam. Sed quando ad Conjunctionem attendimus, dicimus, unam tantum esse Personam. Rursus: *Non potest dici, Verbum vel per substantiam vel per operationem inhabitare, sed solummodo per Bonam Voluntatem.* Item: *JEsus accepit unctionem Spiritus S. tanquam Meriti sui, & Puritatis, justam Mercedem. Justificatus & mundatus est Virtute Spiritus S. atque ad Immortalitatem & Incorruptibilitatem translatus.*

Porro dicebat: *Si quis quærat, an Maria sit Mater Hominis vel Dei. Respondendum; ipsam esse utrumque. Matrem Hominis per Naturam, Matrem Dei per Relationem; quia Deus erat in illo Homine, qui ex ea natus est.* Item: *Homo natus ex Maria est Filius Dei per Gratiam, Verbum autem per Naturam. Filius Mariæ non est Verbum, & Verbum non habet duplicem Nativitatem, unam æternam, in tempore alteram.* Rursus: *Verbum sua Præscientia cognoscens Virtutem Domini Nostri, in eo voluit habitare ab initio ipsius Formationis, eundemque per Voluntatem sibi uniens, majorem ipsi dedit Gratiam, quia inde in omnes Homines erat diffundenda.*

Non nulli alii quoque Textus producebant, ex quibus probabant, Theodo-

Sæculum VI. A.C. 553.

Errores de Incarnatione

n. 30.

n. 31. 39.

n. 41. 42.

49. 53.

n. 43.

n. 44.

n. 45.

n. 54.

n. 57. 61.

Sæculum VI. A. C. 553.

rum eodem modo facere Deum Auctorem Mali ac Boni, & asserere, Deum permisisse Peccatum tanquam nobis magis expediens. Tandem recitati fuere Textus, in quibus Librum Job, & Canticorum, contemptui habebat, & ipsius Symbolum in Concilio Ephesino damnatum. Tunc Concilium Constantinopolitanum exclamavit: *Diabolus hoc Symbolum procudit! Anathema illi, qui hoc Symbolum conscripsit! illud Concilium Ephesinum unacum Auctore suo damnavit. Non novimus aliud, nisi Symbolum Nicenum. Anathema Theodoro Mopsueſteno, Anathema illis, qui eum non anathematizant. Qui eum defendunt, Judæis & Paganis deteriores sunt. Plurimos annos Imperatori! Ecclesiam maligna peste purgasti. Anathema Theodoro & Libris ejus dicimus.* In aliam diem distulerunt ea examini subjicere, quæ Patres, Leges, & Historiarum Scriptores, contra Theodorum vel scripserant, vel decreverant.

p. 454.

Sup. L. XXV. §. 56.

§. XLVI.

Vigilii Papæ Constitutum.

Interim Vigilius Papa, ut promisso staret, traditurum se Sententiam suam de tribus Capitulis a Sententia Concilii separatam, amplissimum Decretum scripsit, quod *Constitutum* appellatur, ut eo faci-

facilius a priore, quod *Judicatum* dicitur, discernatur; quamvis tamen non nunquam hæc nomina confundantur, nam re ipsa unum & idem significant. *Constitutum* ad Imperatorem dirigitur, & in exordio ponuntur duæ Fidei Confessiones, a Menna & Eutychio Successore ejus olim Papæ traditæ. Deinde subjungit, cum ea, quæ ipsi fuissent promissa, non servassent, ut nempe Episcopi ex Oriente & Occidente numero pari congregarentur, sed econtra compelleretur, Responsum suum de tribus Capitulis tradere, petiisse se ob ægritudinem corporis viginti dierum moram, jamque Episcopos rogare, ut constitutos dies expectent, & antiquam Regulam observent nullam sententiam pronuncian-tes, donec Sacra Sedes Judicium suum vulgasset. Sæculum VI. A. C. 553. *p.* 337. *to.* 5. *Conc. Sup. n.* 48. 50. *p.* 340.

Tum Papa prosequitur in hunc modum: *Acta Conciliorum, Decreta Papa-rum Antecessorum Nostrorum & alias tabulas necessarias maturo examine discussimus. Vidimus etiam Volumen Chartaceum, quod Nobis vestrum omnium Nomine Benignus Episcopus Heracleensis tradidit, plenum Blasphemiis execrabilibus, & opinionibus Fidei Catholicæ contrariis. Has, ut sequuntur, damnavimus.* Papa deinde refert articulos sexaginta ex Libris Theodori Mopsuesteni excerptos;

Sæculum VI. A. C. 553.

sed ipsa opera non citat. Sunt vero ferme iidem, qui in Concilio prælecti fuere. Articulorum singulorum sensum perversum explicat, & addito Anathematismo damnat.

Itaque Papa rejectis erroribus, qui Theodoro tribuebantur, prohibet sub Anathematis pœna, ne quis inde occasionem Patres & Doctores Ecclesiæ calumniandi arripiat, & subjungit: *Quia Articuli isti Nomen Theodori Mopsuesteni præferunt, iis omnibus conquisitis, quæ Patres de ipso dixerunt, invenimus, quod S. Cyrillus ad Joannem Antiochenum scripserit, Patres Concilii Ephesini Symbolum Theodoro attributum damnantes pro sua Discretione de ipsius Persona mentionem non feciſſe; quod ut certo sciremus, Concilii Acta inspeximus. His S. Cyrillus adjicit, mortuis non esse insultandum. Proclus eodem modo in Causa Theodori locutus est, & errores, qui ipsius esse dicuntur, ipso non nominato damnavit. Nec in Concilio Calcedonensi quidquam legimus, quod Theodori Mopsuesteni memoriam fœdaret, etsi Concilium illud mentionem faciat de Epistola Joannis Antiochæni ad Theodosium Imperatorem data, in qua dicit, Theodorum vita functum damnari non debere.*

Sup. L. XXXI. §. 37

Vigilii Papæ Constitutum

Postea inquisivimus, an Antecessores Nostri quidquam contra Mortuos, cum luce

luce fruerentur, necdum damnatos, decre- Sæculum VI.
verint, & invenimus, Auctoritatem Leo- A. C. 553.
nis & Gelasii ejusmodi damnationi con-
trariam esse. Idem observatum legimus
in Causa Joannis, & Flaviani Constanti- *p.* 366.
nopolitani, quos licet, cum viverent, eje-
ctos nemo pro damnatis habuit. Eusebius *Euseb. VII.*
refert in sua Historia, Dionysium Ale- *Hist. c. 24.*
xandrinum eo adduci non potuisse, ut Ne- *Sup. L. VII.*
potem, ut ut Millenarium, sed jam defun- §. 51.
ctum, damnaret. His omnibus mature
pensatis Theodorum Mopsuestenum damna-
re non audemus, nec permittimus, ut quis-
quam alius eum condemnet.

Transeamus ad Libros, qui Theodoreti *p.* 397.
dicuntur. Miramur admodum, invenire
esse aliquos, qui rem hujusmodi objicere
possint Episcopo, qui ante annos centum
Judicium Concilii Calcedonensis sponte
subiens eidem Concilio & S. Leonis Epi-
stolis nullus hæsitans subscripsit. Quam- Theodoreti
vis Dioscorus & Ægyptii illo tempore Apologia.
dicerent, ipsum esse Hæreticum, tamen
Patres Nostri, postquam Fidem ejus accu-
rate examinassent, nibil aliud ab ipso pe-
tierunt, quam ut Nestorio, & Doctrinæ
ejus Anathema diceret, quod elata voce
toto Concilio præsente fecit. His pensa- *Sup. L.*
tis quidam Errores Nestoriani tanquam *XXVIII.*
ab ipso profecti damnari non possunt, nisi §. 24.
simul Patres Calcedonenses Mendacii aut
Dissimulationis arguantur. Nec creden-

Sæculum VI. A. C. 553.

dum, Patres ignoraſſe, quantam injuriam Theodoretus S. Cyrillo intuliſſet, dum ejusdem duodecim Capitula oppugnavit; ſed potius ſecuti ſunt Exemplum ipſius S. Cyrilli, qui Pacis amore omnia ab Orientalibus contra ipſum ſcripta ſilentio involvit. Sed quid amplius Theodoreto exprobrari poſſit, qui, poſtquam ex Epiſtolis S. Cyrilli in Concilio Calcedonenſi recitatis vera ipſius ſenſa cognoviſſet, laudavit Doctrinam illius, quem in Fide

p. 361. *falli perperam ſuſpicatus fuerat. Igitur omnibus & ſingulis probibemus, ne quidquam, quod Theodoreti memoriæ noceat, proferant; verumtamen ſalvo ipſius Perſonæ debito honore omnes libros, qui ejus aut cujuscunque alterius Nomen præferunt, & aliqua Neſtorii aut cujuscunque alterius Hæretici erroribus conſentanea continent, damnamus.* Tum Papa quinque Anathematiſmos pronunciat contra errores, qui in Libri Theodoreti Hæreſin olere dicebantur. Exinde proſequitur in hunc modum:

p. 369. *Jam de Epiſtola Ibæ diſſerendum. Ex Actis Concilii Calcedonenſis cernimus, quod perlectis monumentis, præſertim hac Epiſtola, Ibas innocens & Orthodoxus*

p. 3970. *fuerit declaratus. Ipſam Epiſtolam Orthodoxam edixerunt, quia illam Fidem amplectitur, quæ Reconciliationis S. Cyrylli cum Joanne Antiochcno & Orientalibus*

talibus fundamentum fuit; ideo tamen Sæculum VI.
Patribus minime probabantur obtrectationes, quas eadem Epistola contra S. Cyrillum continebat. Ipse Ibas illatam a se S. Cyrillo injuriam retractavit, postquam Capitulorum ipsius sensum melius percepisset, & ideo, quia retractavit, Orthodoxus judicatus est; nam diserte p.371. *professus est, se Concilii Ephesini Definitionem recipere. Duodecim S. Cyrilli Capitula ideo rejecerat, quia, cum illa non satis intelligeret, credebat, in iis Naturarum distinctionem negari. Postquam eorum Explicationem intellexit, recepit. Dioscorus & Eutyches S. Cyrillum laudabant, quia ipsum male interpretantes credebant Hæresin suam ab eo doceri; econtra Ibas eundem reprehendebat, credens eam ipsam Hæresin se in ejus Libris deprehendisse. Ita sentiens Ibas Catholicus erat, & quia Catholicus, in Latrocinio Ephesino a Dioscoro depositus, & in Concilio Calcedonensi restitutus est. Hinc statuimus, & decernimus, ut Judicium hujus Sancti Concilii de Epistola Ibæ latum, sicut de ceteris omnibus, ratum, firmumque sit.*

A. C. 553.

Tandem Papa, ut summatim ostendat, quam sancte Concilii Calcedonensis Auctoritas defendi debeat, Excerpta affert ex Epistolis S. Leonis, & Simplicii, atque etiam ex suo *Judicato*, quod p.373.

Sæculum VI. A. C. 553.

aliquando traditum rursus receperat, & quantum ad tria Capitula pertinet, retractat. In Conclusione prohibet omnibus, in quacunque Dignitate Ecclesiastica sint constituti, ne quidquam huic præcepto contrarium decernant. Hujusmodi est *Constitutum* Vigilii Papæ. Cum eo Episcopi sexdecim & tres Ecclesiæ Romanæ Diaconi, quos inter Pelagius, ipsius post hæc Successor, occurrit, subscripserunt. Actum istud 14. Maji hoc anno 553. datum est; sed Imperatori demum post dies undecim, id est, vigesima quinta Maji traditum. Interim hujus Constituti ratio nulla habita est; quamvis sapientissima videatur Papæ moderatio, qua errores damnat, & Personis parcit. (*)

p. 375.

§. XLVII.

Collatio Quinta.

Interim Patres Concilii Constantinopolitani non cessabant. In Collatione quinta

(*) Profecto! hoc Vigilii Papæ Constitutum non solum Doctrinæ veræ, seu Catholicæ, sed etiam Summæ Auctoritatis & Sapientiæ, Potestatis & Moderationis Notas habet. Præterea ea omnia, quæ præcesserunt, & ipsius Concilii Constantinopolitani initia attente legenti liquet, tam Imperatorem, quam Concilii Patres persuasum sibi habuisse, nihil firmum & irrevocabile, nisi Papæ consensus accederet, statui posse.

quinta Die 17. Maji ſtatim aliqua ex libris S. Cyrilli contra Theodorum lecta ſunt Excerpta, ubi Theodori verba prius referebat, & deinde refutabat, probans, ipſum Incarnationis Myſterium, & ex conſequenti Redemptionem Humani Generis ſubvertere. Tum lectus eſt Libellus Proclo Epiſcopo Conſtantinopolitano a Clericis & Monachis Armeniæ contra Theodorum traditus, & pars Reſponſi, quod Proclus dederat. Lectæ ſunt S. Cyrilli Epiſtolæ quatuor, & illa etiam quam Rabbula Edeſſenus ad eum dedit. Lectus eſt aliquis locus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Heſichii Presbyteri Jeroſolymitani, quæ amplius non ſupereſt, ubi dicit, Theodorum Mopſueſtenum, Judæorum Principia ſecutum, commentatum eſſe in Pſalmos, & omnes Prophetias de JEſu Chriſto rejeciſſe. Hanc ob rem increpitum, & retractare compulſum, cumque promiſiſſet librum ſuum flammis ſe traditurum, illum occultaſſe. Illum diu ob ignobilitatem Sedis ſuæ omnibus ignotum latuiſſe, & pauculos Diſcipulos, quos ſuis inficiebat erroribus, habuiſſe. Tandem in Senectute decrepita Libros contra Incarnationem ſcripſiſſe. Leges poſtea duæ Theodoſii Junioris contra Diodorum Tarſenſem, Theodorum Mopſueſtenum & Neſtorium latæ recitatæ ſunt. Rurſus una Epiſtola Theophili

Sæculum VI. A. C. 553.

p. 456. *v. Not. Baluz. p.* 463.

Sup. L. XXVI. §. 47

p. 470.

17. *Maji.*

Sæculum VI. A. C. 553.

philili Alexandrini ad Porphirium Antiochenum, & alia S. Gregorii Nazianzeni ad Theophilum de illis, qui errores Pauli Samosateni suscitabant. Tum aliquot loca Theodoreti, ubi fatebatur, Theodorum accusari, eumque defendere conabatur.

Aliæ postea lectæ sunt tabulæ, ut ea, quæ afferebantur ad Defensionem Theodori, refellerentur. Productæ sunt Epistolæ S. Gregorii Nazianzeni ad Episcopum nomine Theodorum, ex quibus maxima fuisse inter ipsos animorum concordia videbatur. Tunc Euphrantas Episcopus Tyaneus assurgens dixit: *Falluntur illi, qui credunt, Gregorium Beatæ Memoriæ has Epistolas ad Theodorum Mopsuestenum dedisse. Ego vero, qui Episcopatum Tyaneum teneo, & in ea Provincia natus sum, veritatem vobis pandam. Fuit S. Gregorii ætate in Civitate mea Episcopus, cujus Nomen Theodorus adhuc hodie in Diptychis legitur. Illo tempore Dobara & Nazianzum urbes erant Tyanæ subjectæ, quas piissimus noster Imperator subjecit Civitati, olim Mucissæ, & hodie Justinianopoli dictæ, dum eam jussit esse Metropolim. Inde est, quod S. Gregorius ad Theodorum Tyaneum scribens mentionem facit de Bospboro Episcopo Dobarensi, qui accusabatur, & eum rogat, ut alium loco sui Nazianzenis*

p. 745.

Greg. Naz. Ep. 81. 88. 90

p. 478.

nis Episcopum det. Ciliciæ vero secun- Sæculum VI.
dæ, in qua Mopsuestia posita est, & Cap- A. C. 553.
padociæ secundæ nihil commune; cum Ci-
licia prima interjaceat, & S. Gregorius
de Regimine Ecclesiarum Cappadociæ se-
cundæ & ordinando in illa Provincia E-
piscopo ad Episcopum exiguæ Civitatis
alteri Metropolitæ subjectæ scribere non
potuerit. Theodosius quoque Episcopus
Mucissenus seu Justinianopolitanus e Se-
de sua surrexit, & ab Euphranta dicta
suo testimonio confirmavit.

Tum Quæstio celebratissima agitari *p.479.*
cœpta, an liceat condemnare mortuos.
Ante omnia lectus est locus S. Cyrilli, id
licere affirmantis. Quo audito Sexti-
lianus Episcopus Africæ surrexit, & di-
xit: *Mei officii esse existimo, Concilium*
edocere, multos Episcopos in quodam Con-
ventu decrevisse, ut Episcopi, qui decede-
tes Bona sua Hæreticis reliquissent, post Mortui da-
mortem anathematizarentur. Habemus mnandi.
quoque Epistolas Augustini S. Memoriæ,
in quibus legitur, illis, qui pravæ Doctri-
næ inhæserunt, post mortem Anathema esse
dicendum, si ipsorum errores patefiant.
Lecti aliquot Textus S. Augustini, ubi ad
Donatistas dicebat: *Si probare possitis,*
Cæcilianum ceterosque, quos accusatis,
fuisse Traditores, vere reos esse, ipsos e-
tiam mortuos anathematizabimus. Be-
nignus Heracleensis subdidit: *Ita Eccle-* *p.481.*

sia

Sæculum VI. A. C. 553.

sia anathematizat Valentinum, Marcionem, & Basilidem, jam defunctos, etiamsi in nullo Concilio damnati fuerint. Eunomius & Apollinaris nihilo melius habiti. Ipsa Ecclesia Romana ante paucos annos Dioscorum vita functum, qui ejusdem Ecclesiæ Papa fuerat, anathematizavit. Nempe de Dioscoro Antipapa, seu Bonifacio II. anno 529. loquitur.

17. Maji.

Sup. L. XXXII. §. 21.

Ad Theodori Mopsuesteni Defensionem afferebantur Epistolæ S. Cyrilli ad Joannem Antiochenum & ad Proclum Constantinopolitanum datæ, in quibus dicebat; etsi Theodorus Mopsuestenus graves errores docuisset, tamen nominatim eum damnari non oportere, ut servaretur Discretio, Orientalium animi non irritarentur, & ignis, qui jam per reconciliationem ipsius cum Joanne Antiocheno sopitus esset, resuscitaretur. Ad hunc articulum Theodorus Cæsarienſis Nomine Concilii respondit: *Ipse S. Cyrillus scripsit adversus Theodori errores, cum videret, quantus numerus hominum perverteretur. Proclus eosdem, & ex consequenti eorum Auctorem condemnavit. Tandem quia Theodori Sectatores hac Patrum Nostrorum moderatione & Discretione abusi sunt, jam non amplius expedit illis parcere.* Porro ut condemnationem Personæ justam esse ostenderet, adducit Exemplum S. Pauli, ad

Sup. L. XXVI. §. 37

17. Maji. Gal. 5. 2. Coloss. 2. 19.

ad tempus Cæremonias Legales obſervari tolerantis. Exempla SS. Baſilii & Athanaſii, qui poſtquam cum Apollinari prius communicaſſent, ipſum damnaverant, & S. Leonis Papæ, qui ab initio Eutychen approbare videbatur. Sæculum VI. A. C. 553. *Sup. XVII. §. 34.* *Baſil. ep. 82.*

Præterea Theodorus Cæſarienſis ut pluribus demonſtret, mortuos condemnari poſſe, affert Exemplum Origenis a Theophilo Alexandrino damnati, & addit: *Vos quoque, vos, inquam, & Vigilius Papa Origenem noviſſime damnaſtis.* *Sup. XXVII. §. 23.* *Sup. XXI. §. 1.*

Hæc verba non ita accipienda ſunt, ac ſi jam tunc Concilium Conſtantinopolitanum Sententiam Damnationis contra Origenem pronunciaſſet; quippe magis verum videtur, id demum damnatis tribus Capitulis factum. Sed Epiſcoporum plerique, & ipſe Papa, jam ante Concilium Origenem ſinguli damnaverant, quando Imperatoris Edicto ſubſcripſerant.

Qui Theodoro patrocinabantur, illud maxime urgebant, virum damnari non poſſe in Communione Eccleſiæ mortuum. Hinc legi juſſa ſunt Acta Concilii Mopſueſteni, ante triennium jubente Imperatore, atque veriſimiliter inſtante Theodoro Cæſarienſi, celebrati. Ex his Actis conſtabat, Nomen Theodori Mopſueſteni in Diptychis Eccleſiæ ſuæ non legi, nec *Sup. n. 4.* *p. 491.* *Sup. n. 36.*

Sæculum VI. A.C. 553.

nec a tempore immemorabili lectum fuisse.

p. 503.

Deinde Patres ad Capitulum, quod inter illa tria secundum est, scilicet ad Causam Theodoreti pertinens processerunt. Lecta sunt multa ex operibus ejus excerpta, ut probaretur, quod S. Cyrillum oppugnasset, & econtra Theodorum & Nestorium defendisset. Primo lecti sunt Textus ex ipsius Tractatu contra duodecim Anathematismos S. Cyrilli, in quo Theodoretus dicebat, nos appellare S. Virginem Matrem Dei, quia Mater est Hominis, Deo uniti. Nos in JEsu Christo Unitatem Subsistentiæ non confiteri. Formam Servi in JEsu Christo aliqua ignorasse. Lecta est Epistola ad Monasteria data, in qua S. Cyrillum arguebat, quod secundum Errorem Apollinaris Naturas JEsu Christi confunderet. Aliqua etiam Sermonum fragmenta contra eundem lecta sunt. Item Epistolæ ad Andream Samosatenum, ad Nestorium, & Joannem Antiochenum datæ, in quibus Theodoretus adhucdum, etiam post Reconciliationem, affirmabat, duodecim S. Cyrilli Capitula erroribus scatere. Tandem lecta est Epistola data ad Joannem Antiochenum de Morte S. Cyrilli, at ea Theodoreti non est, aut de morte alicujus alterius Episcopi Sedi Antiochenæ subditi agit. His omnibus per-

Sup. XXV. §. 29.

p. 507.

v. Marca diss. c. 22. to. 5. Conc. p. 613.

perlectis Concilium dixit: *Dum impietatem librorum Theodoreti perpendimus, exactam Concilii Calcedonensis curam valde miramur, quod cum ipsius Blasphemias non ignoraret, primo contra Auctorem sæpius exclamavit, & deinde non ante recepit, nisi postquam Nestorium & ipsius Blasphemias, in quarum Defensionem prius calamum strinxerat, anathematizasset.* Examen tertii Capituli, nempe de Epistola Ibæ, in aliam diem dilatum. Sæculum VI. A. C. 553.

§. XLVIII.

Collatio Sexta.

In Collatione sexta 14. Cal. Jun. id est 19. Maj. dicta Epistola ad Examen vocata est. Primo lecta est ipsa Ibæ Epistola, id est Versio Græca, ex Autographo Syriaco desumta, qualis in Concilio Calcedonensi lecta fuerat. Deinde Epistola Procli Constantinopolitani ad Joannem Antiochenum recitata est, in qua ei significabat, esse, qui contra Ibam quererentur, quod Doctrinam Nestorii tueatur. Et addebat: *Rogo te, ut eum ad subscribendum epistolæ meæ ad Armenos datæ, & ad condemnandos, quos ad me miserunt, Articulos, compellas.* Ibæ nempe Epistola his erat contraria. *Sup. L. XXVII. §. 22. p. 511.* 19. *Maji.*

Tum Theodorus Cappadox, quæ in Causa Ibæ acta fuissent, narrare cœpit. Ut a Clericis Ecclesiæ suæ Edessenæ coram

Sæculum VI. A. C. 553.

ram Proclo, & deinde coram Flaviano Constantinopolitano accusatus fuisset, quæ in Concilio Tyriensi acta, Ibam postea depositum, & Nonnum in Sedem ejus ordinatum. Quod autem id in Ephesino latrocinio actum fuisset, silentio pressit. Retulit deinde, quid in Ibæ causa Patres Concilii Calcedonensis egissent, lectam tunc ipsius Epistolam, ipsumque ad Defensionem Fidei suæ petiisse, ut testimonia Clericorum Ecclesiæ suæ legerentur. His dictis Theodorus adjecit: *Est igitur, cur miremur, quod aliqui Epistolam Ibæ nomine Concilii Calcedonensis tueri velint, nullo alio fundamento nixi, quam verbis unius duorumve Episcoporum, quibus hæc Epistola probari videbatur. Certa enim est & constans Regula, in Conciliis non ad ea esse attendenda, quæ unus alterve dixerit, sed quæ omnes Patres vel eorum major Pars deciderint. Imo si res attente consideretur, quod hi privati pro Epistola dixisse videntur, ad eam rejiciendam manifeste tendit; ipsi enim omnino approbarunt Judicium Photii & Eustachii, qui Ibam ad recipiendum Concilium Ephesinum, quod in sua Epistola rejiciebat, & ad Nestorium anathematizandum, quem ipsius Epistola tuebatur, compulerunt. Hoc Judicium secuti sunt omnes Episcopi, & denique*

Sup. XXVII §. 19. 20. &c. p. 515.

Sup. XXVIII. §. 15.

Ibæ Causa.

nique Ibam pœnitentem, venerabilem viri canitiem miserati, receperunt. Sæculum VI. A. C. 553.

Postquam hæc edixisset Theodorus, jussit Concilium, quo omnia clarius perciperentur, legi in Actis Concilii Ephesini locum illum, in quo S. Cyrilli Epistolæ approbabantur, & in Actis Concilii Calcedonensis illum locum, ubi S. Leonis Epistola laudabatur. His prælectis, recitatæ sunt ex Concilio Ephesino duæ priores Epistolæ S. Cyrilli ad Nestorium, Epistola S. Cœlestini Papæ, Epistola tertia S. Cyrilli, in qua duodecim Anathematismi leguntur, & judicium his super Epistolis a Concilio latum. Ex Concilio Calcedonensi lecta est Epistola S. Leonis ad Flavianum, & quid Concilium de ea senserit. His omnibus recitatis Concilium Constantinopolitanum dixit: *Ex his, quæ lecta sunt, perspectum habemus, quam rationem tenere soleant Concilia in illis approbandis, quæ proponuntur; quamvis enim de sapientia magnorum Virorum, qui has Epistolas scripserant, apud omnes esset ingens opinio, eas tamen non simpliciter & sine prævio examine receperunt, sed postquam cognovissent, easdem Patrum Doctrinæ, cui eas contulerunt, esse consentaneas. Unde omnibus, qui Concilio interfuere, eadem deinde stetit sententia. Hanc igitur sequentes Regulam jubemus, ut Definitio Fidei Concilii Calcedonen-*

p. 517.

19. *Maji. p.* 534. *Sup. Lib. XXVIII. §.* 11. §. 15.

Concilium Constantinopolitanum

Sæculum VI. A. C. 553.

sis prælegatur. Illa prælecta Concilium Constantinopolitanum subdidit: *Jam Nobis videtur necessarium, ut, quam dicunt esse Ibæ, Epistolam cum ista Definitione & Libris Patrum conferamus, tumque examinemus, quæ Theodorus & Nestorius Hæretici illi Epistolæ consentanea dixerint.*

Sup. Lib. XXVIII. §. 21.

Conc. p. 544.

Lectæ igitur sunt tabulæ ad dictam Collationem antea præparatæ. Interalias ista Propositio in Epistola Ibæ reprehendebatur: *Qui dicunt Verbum Carnem sumsisse, & factum esse Hominem, Hæretici sunt & Apollinaristæ. Verbum non est Templum ex Maria natum.* Præterea, hæc Epistola Concilio Ephesino adversatur, & defendit Nestorium. Econtra eadem S. Cyrillum pro Hæretico habet, & duodecim ejus Capitula dicit esse impia. Laudat Theodorum Mopsuestenum, cujus Symbolum in Concilio Ephesino damnatum. Dicit Epistola, nos confiteri debere Templum, & eum, qui in Templo habitat; itaque duas Personas affirmat. Hac Lectione finita Concilium dixit: *Collatio peracta manifeste demonstrat, Epistolam, quæ Ibæ dicitur, Definitioni Concilii Calcedonensis in omnibus adversari. Idcirco Anathema dicere Nestorio, & Definitioni Concilii subscribere compulsus est.* Episcopi omnes exclamarunt: *Omnes idem dicimus: Epi-*

p. 548.

26. Maji.

stola

ſtola Hæretica eſt. Omnes eam damnamus. Qui eam non anathematizat, Hæreticus eſt. Anathema Theodoro & Neſtorio. Qui hanc Epiſtolam recipit, Cyrillum rejicit, & Patres Calcedonenſes. Hoc modo in Concilio trium Capitulorum Examen finitum. Sæculum VI. A. C. 553.

§. XLIX.

Collatio ſeptima.

Collatio ſeptima ſeptimo Cal. Jun. id eſt 26. Maji celebrata. Conſtantinus Quæſtor ab Imperatore miſſus, & Conventum ingreſſus dixit: *Satis vobis notum, Imperatori in primis curis ſemper fuiſſe, ut Controverſia de tribus Capitulis finiretur, & Eccleſia a calumnia, quam hac ſuper quæſtione patitur, liberaretur. Hortatus eſt piiſſimum Vigilium, ut in veſtrum Conventum ſe conferret; & Vigilius mentem ſuam ſæpius explicavit, dum tria Capitula datis litteris & viva voce coram Imperatore, Magiſtratibus & multis ex vobis præſentibus damnavit; verum invitatus, ut eadem in Concilio cum Patribus damnaret, hucusque venire recuſavit. Heri miſſo Servodei Subdiacono Eccleſiæ Romanæ Patricios Beliſarium, & Cethegum, Viros Conſulares Juſtinum & Conſtantianum, atque Theodorum, Benignum & Phocam Epiſcopos, ut ad ſe venirent, rogavit. Ubi venerunt, dixit;* p. 549. *Nova Coll. Baluz. p.* 1539.

Sæculum VI. A.C. 553.

se in Causa trium Capitulorum epistolam conscripsisse ad Imperatorem directam, rogavitque, ut eam legerent, & ad Imperatorem deferrent. Responderunt: non possumus sine Imperatoris mandato eam accipere. Sunt tibi Diaconi, quorum opera uti potes ad eam reddendam. Episcopi adjecerunt. Si ad Conventum Nostrum venire vis, sicut datis litteris promisisti, Caput Nostrum, & Patrem Nostrum te veneramur. (*) *Ergo Papa misit eundem Servumdei, quem Imperator, postquam Magistratus audivit, hoc responsum ad Papam referre jussit. Invitatus a Nobis, ut ad Conventum Episcoporum venires, noluisti, & dicis modo, te separatim in tabellis, quid de tribus Capitulis sentires, scripsisse. Si Capitula in istis tabellis damnas, non opus est, ut mittas, sufficiunt epistolæ, quas manu tua scriptas tenemus. Si*

(*) Testes profecto! quorum suffragium pro Auctoritate & Potestate Romani Pontificis contra Protestantes est inconcussum. His & mille aliis Testimoniis retunditur impudentia Interpretis nostri Lutherani, dicentis, Episcopos Occidentis quidem se ipsos Potestati Episcoporum Romanorum, non vero Orientis subjecisse. Ceterum horum Episcoporum verba non nihil faciunt ad decidendam illam Quæstionem a quibusdam Canonistis motam; an eadem Potestas SS. Pontificis cum aut sine Concilio loquentis sit,

Si non damnas, quomodo Epistolam a te accipiamus, in qua te ipsum refellis & condemnas? Papa accepto hoc Imperatoris Responso, tabellas suas non misit.

Sæculum VI A.C. 553.

His enarratis Constantinus sermonem prosecutus est in hunc modum: *Itaque credidit Imperator, necessarium esse, ut, antequam in causa de tribus Capitulis sententiam pronuncietis, oculis vestris litteras, quas in manibus habemus, exponeremus. Una Epistola manu Vigilii scripta ad Imperatorem directa est. Alia ad Theodoram Imperatricem Beatæ Memoriæ alterius manu scripta, sed cui subscripsit Vigilius. Porro damnationis Sententia in Rusticum ipsius Propinquum & Sebastianum Ecclesiæ Romanæ Subdiaconum. Adsunt etiam epistolæ ad Valentinianum Scythiæ, & Aurelianum Arelatensem. Scitis etiam ipsum edidisse JUDICATUM, ad Mennam Archiepiscopum directum, in quo Tria Capitula damnat. Postea quidem illud sibi reddi petiit, sed addidit terribiles execrationes, nisi ea pure & simpliciter damnaret. Hinc Imperatori visum, istud etiam juramentum ad vos mittere, ea conditione, ut postquam perlectum fuerit, mihi illud reddatis. Ceterum hoc juramentum notum est Episcopis Occidentalibus, Clericis Ecclesiæ Romanæ, & Vincentio Episcopo Claudiopolitano, qui cum esset*

Collatio septima.

26. Maji.

Sæculum VI. A.C. 553. *Subdiaconus Romanus, ad illud conscribendum operam dederat.*

Quia vero Vigilius & Clerici ejus sæpe Imperatorem hortati sunt; ipsius esse conservare Ecclesiam in illo Splendore, quem omnes, dum viveret Pater ejus, admirabantur, ut ostendat, se & Imperatoris Patris sui animum referre, & inhærere vestigiis, mittit ad vos Epistolam Justini ad Hypacium tunc temporis in Oriente Militiæ Magistrum datam, postquam ad ipsum relatum fuisset, quod aliqui Clerici Ecclesiæ Cyrensis Theodoreti Imagini, atque Memoriæ Theodori, Diodori, & Nestorii tanquam Martyris honorem habuissent.

Omnia hæc monumenta perlecta; scilicet Declaratio, quam Vigilius Papa dederat Imperatori, & Imperatrici, in qua tria Capitula speciatim & sigillatim anathematizabat. Tum Sententia contra Rusticum & Sebastianum lata. Epistolæ datæ ad Valentinianum & Aurelianum. Lectum etiam Juramentum a Papa Theodoro Cæsariensi & Cethego Patricio præsentibus per Clavos Domini Nostri & quatuor Evangelia præstitum, in quo Imperatori promittebat, se cum ipso tota sua Potestate operam daturum, ut tria Capitula anathematizarentur, nec per se nec per alios quidquam moliturum, ut ea tueretur, sed hanc Causam communi omnium consensu

Sup. n. 28. 29.

sensu tractaturum. Sed id quoque verum, Imperatorem promisisse hoc Pontificis jusjurandum se nunquam vulgaturum. Datum erat 15. Aug. Indictione 13. anno 550. Hæc acta in hunc finem Episcopis communicata, ut intelligerent, ipsos ob Papæ absentiam deterreri non debere, quo minus tria Capitula damnarent, ab ipso Papa jam prius damnata. Sæculum VI. A.C. 553.

Lecta postea est Epistola Justini Imperatoris ad Hypacium septima Aug. Rustico Consule anno 520. data, in qua percepta lectione actorum in Civitate Cyrensi, Imperator Hypacio mandabat, ut in hanc causam inquireret. *p.* 560. *Sup. lib. XXXI.* §. 45.

Constantino Quæstore jubente lectum est deinde Mandatum Imperatoris, quo volebat, ut Nomen Vigilii Papæ ex Diptychis tolleretur, quod Concilio interesse nollet, & tria Capitula defenderet. *Nihilominus*, subdit Imperator, *Sanctæ & Apostolicæ Sedi uniti remanemus*, & *nullatenus dubitamus, vos quoque in illius Communione remansuros.* Hæc Distinctio Sacræ Sedis & Papæ est notatu digniſſima. (*) Concilium hoc Imperatoris & 26. Maji.

(*) Ecce Justinianus Imperator non tantum Juris peritus sed Auctor credebat, dari posse inter Papam & Sacram Sedem Distinctionem, cui P. Balduinus

Sæculum VI. A. C. 553.

Mandatum recepit, & approbavit; Sententiam vero contra tria Capitula ferendam in aliam diem distulit. In quibusdam Exemplaribus illa, quæ Vigilio Papæ in hac septima Collatione maxime adversantur, omissa sunt; verisimile est, id tunc demum deletum, postquam Concilium approbasset.

§. L.

Collatio octava. Damnantur tria Capitula.

p. 562. *Evagr. IV. c.* 37.

Collatio octava celebrata est secunda die Junii. Non singulorum Episcoporum suffragia collecta, sed statim Sententia, jam ante conscripta, recitata in hunc ferme modum: *Postquam cognovimus, Nestorii Sectatores impiam suam Doctri-*

---

duinus maledicit. Nempe qui ita distinguunt, volunt dicere, infallibilitatis Prærogativam a Christo Domino S. Petro concessam non tam singulis Summorum Pontificum Personis, quam Sacræ & Apostolicæ Sedi, id est, continuæ Episcoporum Romanorum Successioni inhærere. Fatendum etiam raro huic distinctioni esse locum. Ceterum nimium petiit Justinianus, dum voluit nomen Vigilii Papæ ex Diptychis auferri, & Patres nimium Imperatoris Voluntati indulserunt. Nec etiam istud Concilium Constantinopolitanum, priusquam illud Vigilius Papa ratum habuisset, Oecumenicum fuit.

Doctrinam Ecclesiæ Catholicæ affingere omnium virium contentione conari, cum eandem esse comminiscerentur, ac illam, quam Theodorus Mopsuestenus tradidit, & quam tam libri ipsius, quam etiam Opera impii Theodoreti, & Epistola detestabilis, quæ dicitur ab Iba ad Marim Persam scripta, continent, ad reprimendum hunc abusum Voluntate Dei & Imperatoris mandato congregati sumus. Sæculum VI. A.C. 553.

Piissimus Vigilius in hac Civitate existens, quotiescunque de causa trium Capitulorum deliberavimus, adfuit, & eadem sæpius viva voce, & scripto, condemnavit. Postea scripto promisit, se ad Concilium venturum, & ea nobiscum examinaturum, ut rem communibus suffragiis definiremus. Cum Imperator secundum inita pacta nos fuisset exhortatus, ut coiremus, compulsi sumus Vigilium rogare, ut promisso staret. In memoriam ei reduximus Exempla Apostolorum, qui, licet singuli Spiritu Sancto repleti, ita ut nullius consilio indigerent, tamen noluerunt definire Quæstionem, an circumcidendi essent Gentiles, nisi postquam fuissent congregati, & suæ opinioni adductis Scripturæ locis Auctoritatem conciliassent. (*) *Patres qui suo tem-* 2. Junii.

(*) Si Summi Pontificis tanquam Capitis Ecclesiæ infallibilitas in eo sensu explicanda esset, quo

Sæculum VI. A. C. 553. *tempore quatuor Concilia celebrarunt, veterum Exempla secuti, Quæstiones ab Hæreticis motas communi consensu definierunt. Non enim in Quæstionibus Fidei aliud Veritatem cognoscendi remedium suppetit. Quisque fratris sui auxilio indiget secundum Scripturam. Et ubi duo vel tres congregati sunt in Nomine JEsu Christi, ibi est in medio ipsorum. Postquam igitur Vigilium Papam sæpe invitavimus, & Imperator ad eum viros Magistratu eminentes misit, edixit, se suam Sententiam de tribus Capitulis sigillatim daturum. Hoc Responso accepto consideravimus, quod dicit Apostolus, unumquemque nostrum pro se rationem Deo redditurum, & alia ex parte timuimus Dei Judicium, quod illis imminet, qui Fratribus suis scandalo sunt.*

Prov. 18. 19. Eccles. 4. 9. Matth. 18. 20. Rom. 14. 12. Matth. 18. 7.

Hæc Concilii Dissertatio notatu digna est admodum, & perspicitur, quantam ex una parte Papæ Auctoritatem esse omnes sibi persuasum habuerint, & ex altera, quam esset necessarium, Causas Ecclesiæ communi consensu decidi. (*)

Tum Concilium relatis omnibus, quæ in causa trium Capitulorum acta erant, summa-

p. 563.

quo volunt Theologorum & Canonistarum aliqui, Concilia Oecumenica nullo tempore fuissent necessaria.

(*) Huic Fleurii Reflexioni nihil addi posse videtur.

Sæculum VI. A. C. 553.

summatim illa refellit, quæ in eorum Defensionem afferebantur. Tandem concludit in verba: *Nos recipimus quatuor Concilia, Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Calcedonense. Illa docemus, quæ hæc Concilia de Fide docuerunt; nam eadem est omnium quatuor Conciliorum Fides. Illos, qui hæc non recipiunt, ab Ecclesia Catholica separatos judicamus. Verum Theodorum Mopsuestenum & libros ejus impios damnamus, item impia, quæ Theodoretus contra veram Fidem, contra duodecim S. Cyrilli Capitula, contra Concilium Ephesinum, & pro Defensione Theodori, & Nestorii scripsit. Anathematizamus etiam Epistolam impiam, quæ ab Iba ad Marim Persam scripta dicitur, ubi negatur, quod Verbum carnem assumpserit, & ex Virgine Maria Homo factum sit: ubi accusatur S. Cyrillus, quod Hæreticus sit & Apollinarista: ubi Concilium Ephesinum vituperatur, quod Nestorium sine Examine deposuisset: ubi Theodorus & Nestorius eorumque libri impii defenduntur. Itaque hæc tria Capitula, & eorum Defensores, qui ea Patrum aut Concilii Calcedonensis Auctoritate*

p. 567. Sententia lata. 2. *Junii.*

videtur. Der Deutsche Uebersetzer hat diese Worte richtig übersetzet. Ein Anti-Papist! und einer, der auf die Kirchenversammlungen wenig oder nichts hält!

Sæculum VI. A.C. 553.

ritate tueri volunt, anathematizamus. Huic Sententiæ Concilium subjungit quatuordecim Anathematismos, qui summatim & Theologice totam de Incarnatione Doctrinam, quantum pertinet ad Theodori Mopsuesteni & Nestorii errores, complectitur. Sequuntur Nomina Episcoporum, qui subscripserunt centum sexaginta quinque. Primus est Eutychius Constantinopolitanus, qui in sua Subscriptione Sententiæ Summam repetiit. Hic finis fuit Concilii universalis quinti, Constantinopolitani secundi.

Non erraret, qui diceret, Patres hujus Concilii Sententiam tulisse in contumaces; (*) nam Defensores trium Capitulorum aut adesse nolebant, aut non audebant. Nemo in Concilium venit, qui se Theodoro Cappadoci opponeret. Nec etiam videtur, singulorum Sententiam fuisse exquisitam, quod tamen aliorum Conciliorum usus ferebat. Ut ut autem modus se habeat, hujus Concilii Judicium in Causæ substantia Sanctum est & Catholicum; nec illius periculi, quod trium Capitulorum Defensores timebant, ullum appa-

(*) Diese Worte hat der Deutsche Uebersetzer auf seiner 315. Seite also gegeben: Man muß freylich bekennen, daß es fälschlich geurtheilet. Das ist etwas anders, als was der Herr Fleury saget.

apparet vestigium, ne scilicet Capitulorum damnatio Concilium Calcedonense labefactandi, & Hæresin Eutychis stabiliendi prætextus esset. Si cujusquam forte privati hæc intentio fuit, obstitit Deus, ne malorum consilium sortiretur, quem quærebant, effectum. Igitur in Concilio Constantinopolitano solemni ritu Concilium Calcedonense confirmatum, & tribus præcedentibus æquiparatum est. Præterea Hæresis Eutychis & Naturarum in JEsu Christo confusio in quibusdam Anathematismis diserte damnata. Non habemus Actorum hujus Concilii Autographum Græcum, sed tantum antiquam Versionem latinam, & forte illam ipsam, quæ statim concinnata est, ut Acta Vigilio Papæ communicarentur; nam ipsemet fatetur, se linguam Græcam ignorasse.

Sæculum VI. A. C. 553.

c. 8. 9. 11.

Const. p. 369.

§. LI.

Origenes damnatur.

In Actis superius recensitis nihil de Damnatione Origenis occurrit; quamvis aliunde constet, eundem in Concilio quinto fuisse damnatum; sed cum magna sit antiquorum Exemplarium diversitas, id saltem dispicitur, non omnia Acta in singulis fuisse inserta. Theodorus Cappadox optabat quidem efficere, si potuisset, ne Origenes damnaretur; at

v. Baluz. brev. in 5. *Conc.*

post

Sæculum VI. A.C. 553.

post obitum Theodoræ Imperatricis, anno 548. defunctæ, multum pristinæ Auctoritatis amiserat. Igitur Imperator Abbatibus Conone & Eulogio aliisque a Patriarcha Jerosolymitano delegatis instantibus, ad Patres Concilii Epistolas misit, in quibus dicebat: *Relatum est ad Nos, Jerosolymæ Monachos existere, qui errores Pythagoræ, Platonis, & Origenis sequuntur.* Tum eorum Doctrina breviter exposita concludit in hunc modum: *Exhortamur vos, ut congregemini, & Expositione, quæ huic Epistolæ adjuncta est, accurate perlecta, singulos Articulos cum impio Origene & omnibus illis, qui eadem cum ipso sentiunt, aut imposterum ipsius errores amplexi fuerint, damnetis.* Hæc Expositio nihil aliud est quam Libellus ab Abbatibus Eulogio, Conone, Cyriaco, & Pancratio traditus, quocum etiam Imperator transmisit ad Concilii Patres magnum suum Edictum ante annos quindecim contra Origenem editum, & verisimiliter illud Exemplum, cui Vigilius Papa subscripserat, ut saltem in suo Chirographo illi Concilio præsens rederetur.

Procop. III. Goth. c. 30.

Sup. §. 48. vit. S. Sab. n. 90. p. 374.

to. 5. Conc. p. 679. ex Cedren.

Sup. §. 4.

Marca Dissert. c. 25.

Evagr. IV. c. 17.

Concilium accepta Imperatoris Epistola &, quæ memoravimus, Actis, Origenem cum Didymo & Evagrio Sectatoribus ipsius una voce damnavit, postquam contra ipsos sæpius conclamasset. Tum,

Niceph. 18. c. 27.

Vita S. Sab. n. 90. p. 374.

Tum, quid actum fuisset, ad Imperatorem delatum. Juncti sunt Articuli, quos Origenis Sectatores docebant; unde dispici poterat, in quibus consentirent, aut dissentirent, & quam variæ essent ipsorum Sectæ. Inter alia legebantur ista Theodori Cappadocis verba: *Si modo Apostoli patrant Miracula, iisque tantus bonor habetur, qua ratione melior eorum futura esset in Resurrectione conditio, nisi JEsu Christo æquales fiant?* Hinc Secta illa Isochristarum dicebatur. Supersunt nobis etiam quindecim Canones Græco sermone, qui præcipuos Origenis errores damnant, & Titulum centum sexaginta Patrum Concilii Constantinopoli celebrati præseferunt. Sæculum VI. A. C. 553. n. 48.

§. LII.

Papa Concilio consentit.

Tandem Vigilius Papa Patrum suasionibus cessit, dataque post semestre ad Eutychium Patriarcham epistola fatetur, Charitatem a se læsam fuisse, cum se a Fratribus suis separasset. Subdit, neminem pudore teneri oportere, ne retractet facta, si ad cognitionem veritatis perveniat, & S. Augustini affert exemplum. Dicit, causa trium Capitulorum mature jam pensata, eadem sibi damnanda videri. Refert graviores errores Theodori Mopsuesteni, Theodoreti, & Ibæ, & to. 5. Conc. p. 595. Nov. Coll. Baluz. p. 1548.

Sæculum VI. A. C. 554.

& concludit: *Toti Ecclesiæ Catholicæ notum facimus, quod eo modo, quo ceteros omnes Hæreticos, Theodorum Mopsuestenum, & impios ejus Libros, Ea, quæ Theodoretus adversus S. Cyrillum & Concilium Ephesinum, & quæ pro Theodoro & Nestorio scripsit, item Epistolam datam ad Marim Persam, quæ Ibæ esse dicitur, damnemus, & anathematizemus. Eodem Anathemate involvimus, quicunque crediderit hæc tria Capitula esse defendenda, aut ad ea asserenda quidquam molitus fuerit. Tanquam Fratres nostros & Collegas amplectimur omnes illos, qui dicta Capitula damnarunt, & hoc Decreto Nostro omnia illa, quæ a Nobis vel ab aliis ad trium Capitulorum Defensionem acta sunt, irrita & nulla declaramus.* Hæc Vigilii Papæ Epistola octava Dec. eodem anno 553. data est, eamque Græco solum sermone habemus.

Nov. Coll. Baluz. p. 1551.

Verum supereſt nobis Constitutio Latina multo amplior tribus ferme mensibus illa Epistola posterior Constantinopoli septimo Cal. Martii, Justiniani anno vigesimo septimo post Consulatum Basilii decimo tertio id est vigesima tertia Febr. anno 554. data, in qua tria Capitula damnat. Prima, quæ in hac Constitutione occurrunt, sunt Definitio Fidei Concilii Calcedonensis, & Epistola S. Leonis ad Flavianum. Deinde Vigilius Papa

pa operoso examine Ibæ Causam discutit, & vult demonstrare, Ibam nunquam professum fuisse, Epistolam ad Marim, quæ ipsius nomen præfert, suam esse, & revera ipsius non esse, sed a Nestorianis calumniatoribus procusam. Illam ad Marim Epistolam, nempe fictam, in Concilio Calcedonensi damnatam, illam econtra, quæ pro Catholica habita est, & ob quam Ibas absolutus est & restitutus, diversam esse Epistolam, & Clerici Edesseni, ad ejus Defensionem scriptam. Hanc constitutionem claudit Papa Anathema dicens Epistolæ ad Marim Persam falso Ibæ adscriptæ, illisque, qui dicunt, eam in Concilio Calcedonensi Catholicam fuisse pronuntiatam. Deinde ad Theodorum Mopsuestenum transiens, expositis accurate ipsius erroribus, Personam ejus & scripta anathematizat. Damnat etiam ea, quæ Theodoretus contra S. Cyrillum & contra Concilium Ephesinum scripsit, tanquam ab ipso Theodoreto damnata. Tandem damnat omnia tria Capitula & Defensores eorum, illosque fratres suos & in Sacerdotio Collegas recipit, qui ea damnarunt. Omnia, quæ vel ipse vel alii ad Defensionem trium Capitulorum egissent, perperam facta declarat. In hac Constitutione Vigilius Papa, sicut ante Patres Concilii quinti, dicit, tunc S. Leonis Epistolam

Sæculum VI. A. C. 554.

Papa accedit Concilio. n. 25. n. 26. n. 27.

n. 28.

Sæculum VI. A. C. 554.

lam in Concilio Calcedonenſi approbatam, poſtquam fuiſſet examinata, & Trium præcedentium Conciliorum Fidei conſentanea inventa. Hæc affirmatio ex ore Summi Pontificis profecta majoris roboris eſt. (*) Conſenſus Vigilii Papæ, quo luculenter adeo Definitionem Concilii Conſtantinopolitani confirmat, omnem prætextum abſtulit eam impugnandi, dubitandive, an hoc Concilium eſſet Oecumenicum, atque omnes Papæ Vigilii Succeſſores illud pro Oecumenico, eosque, qui adhuc ulterius tria Capitula defendere voluerunt, pro Schismaticis habuere. Cum igitur Vigilius Papa data hac Conſtitutione Imperatoris voluntati feciſſet ſatis, amplam ab eo obtinuit Legem Italiæ faventem, in ea inter alia Dona-

Pragm. ap. Pith. p. 673.

(*) Ad hanc Fleurii Criſin P. Balduinus longam ſubjunxit Reflexionem, ex qua eandem attente legenti nihil aliud liquet, quam quod bonus vir illa Fleurii loca, quæ in malum ſenſum detorqueri poſſunt, colligat, illa vero quæ ad Auctoritatem SS. Pontificum firmandum faciunt, qualia ſunt hic ſequentia: *Conſenſus Vigilii Papæ .... omnem prætextum abſtulit ..... dubitandi, an hoc Concilium eſſet Oecumenicum.* omittat. Deinde ex eo, quod in Conciliis SS. Pontificum Epiſtolæ examinentur, neutiquam ſequitur, SS. Pontifices Conciliis eſſe ſubjectos. Ubi igitur Fleurii mala fides?

Donationes ab Athalarico, Amalasunta seu Theodato Romanis factæ confirmantur; illa autem, cujus Totila Auctor erat, nulla efficitur. Matrimonia, cum Virginibus Deo consecratis inita, nulla pronunciantur. Lex ista data est anno Justiniani 28. post Consulatum Basilii decimo tertio nempe anno 554. & ad Narsem atque Antiochum Præfectum Prætorio in Italia dirigitur. His ita peractis Vigilius Papa Constantinopoli discessit, Romam rediturus. At totam conficere viam non potuit, obiitque ex renum calculo Syracusis in Sicilia decima Jan. anni sequentis 555. postquam S. Sedem tenuisset annos decem & octo & menses sex, creassetque duabus Ordinationibus Mense Decembri Diaconos sexdecim, Presbyteros quadraginta sex, & diversis temporibus Episcopos octoginta & unum. (*) Corpus ipsius Romam delatum & ad S. Marcellum sepultum est. Sedes vacavit tribus mensibus.

Sæculum VI. A. C. 554.

c. 16.

Lib. Pont.

(*) Nemo dubitat, vitiosum fuisse in S. Petri Sedem ingressum Vigilii, quem postea Ecclesiæ totius consensus legitimum Pontificem fecit. Refert Palatius Anastasii verba dicentis in vita Silverii: *vacavit Episcopatus ejus dies sex.* Hæc qualemcunque Vigilii Electionem seu Confirmationem, postquam Silverius vitam posuisset, indicare videntur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæculum VI.
A.C. 554.

§. LIII.

Concilium V. in Oriente recipitur.

Actis Concilii quinti ab Imperatore Justiniano Jerosolymam transmissis, omnes Episcopi Palæstinæ in Synodo congregati consenserunt, eaque viva voce & Scripto confirmarunt. Excepto Alexandro Episcopo Abylensi, qui hac de causa Episcopatu depositus post aliquot exinde annos Constantinopoli vita exiit terræ motu obrutus, forte illo, qui anno 557. hanc Civitatem afflixit. Tunc vero Monachi Novæ Lauræ S. Sabæ Damnationem Origenis impatientissime ferentes a Communione Ecclesiæ Catholicæ discesserunt. Eustochius Patriarcha, cum per menses octo docendo & hortando efficere non potuisset, ut saniores essent, tandem auctoritatem Mandatorum Cæsareorum adhibuit, & Athanasii Ducis opera usus non modo ex Nova Laura, sed etiam ex tota Provincia pertinaces ejecit. In locum expulsorum induxit Eustochius Monachos Catholicos centum viginti, (*) qui Novæ Lauræ possessionem anno post mortem S. Sabæ vigesimo

vit. S. Sab. n. 90. p. 375. Conc. Nic. II. Act. I. to. 7. p. 83.

(*) Hier hat der Deutsche Uebersetzer zum drittenmal die Worte: *six-vingt Moines.* übersetzet 26. orthodoxe Mönche. Er muß die Französische Sprache nicht vollkommen inne haben.

gesimo tertio, id est, anno 554. adierunt. His adnumerabatur Cyrillus Scythopolitanus, qui S. Sabæ vitæ hanc Historiam subjunxit. Is ad istud Monasterium missus est Auctore S. Joanne Silentiario, qui exin triennio exacto adhuc in vivis agebat, cum idem Cyrillus Joannis vitam scriberet, nempe anno 557. tunc ætatis annos centum & quatuor numerantis. Ecclesia ipsius Memoriam 13. Maji honorat. Sæculum VI. A. C. 554. *ap. Boll. 13. Maji. to. 14. p. 232.*

§. LIV.

Schisma in Occidente.

In Occidente multæ Ecclesiæ Concilium V. rejiciebant, quod crederent, damnationem trium Capitulorum Auctoritati Concilii Calcedonensis nocere. Latini Linguam Græcam ignorantes, Theodori Mopsuesteni errores nesciebant, & ob locorum distantiam videre non poterant, quantum scandalum ipsius & Theodoreti libri in Oriente crearent, & quantum in iis gloriarentur Nestoriani præsertim in Syria superiore, ubi tam altas hoc malum radices posuit, ut post tot Sæculorum lapsum hodieque non exiguum Nestorianorum numerum invenire sit. Occidentales timebant, ne Eutychianis occasionem præberent Concilium Calcedonense calumniandi, & Vigilii Papæ inconstantia haud parum Auctoritati *Pelag. II. ep. ad Epi. Istr. c. 6. p. 621.*

Sæculum VI. A.C. 554.

ipsius detrahebat. Tandem ex ista de quinto Concilio opinionum diversitate ortum est Schisma, quod post annos ferme centum vix extinctum.

Rusticus Diaconus, in quem Vigilius Papa triennio ante Concilium Sententiam tulerat, trium Capitulorum Defensor obstinatus, etiam adversus Concilium calamum stringere ausus est. Hinc in Thebaidem in exilium migrare jussus; in illo otio, ut conjicere licet, scripsit contra Acephalos Dialogum, quem habemus. In iis de Collationibus, quibus Constantinopoli, Alexandriæ, & Antinoi in Thebaide interfuerat, mentionem facit. Integrum ipsius opus non supereſt, sed ea, quæ ad tria Capitula spectabant, suppressa fuisse creduntur. Cum Rustico non nulli alii solum vertere jussi in Thebaidem iverunt, quos inter fuit Felix Abbas Guillanus in Africa; non paucos enim Schismaticos in illa Provincia reperire erat. Nihilominus Firmus Numidiæ Primas damnationi trium Capitulorum subscripsit, obiitque in itinere maritimo deprehensus, cum in Africam trajiceret. Primasius Adrumetinus, primo in Monasterium relegatus, cum postea tribus Capitulis renunciasset, Boetio Provinciæ Byzacenæ Primati succeſſit, & iterum ab ejusdem Provinciæ Schismaticis depositus est. Verecundus alius ex Africa Episco-

Sup. §. 21.

Bibl. PP. to. 4. pag. 987. præf.

Episcopus obfirmato ad Defensionem trium Capitulorum animo Calcedone in Asylo S. Euphemiæ, quo confugerat, diem clausit.

Sæculum VI. A. C. 554.

Schisma in Occidente.

Aliqua opera Primasii Adrumetini ad nostram usque ætatem pervenerunt, scilicet, Commentarius in Apocalypsin, & in Epistolas S. Pauli. At desiderantur Libri tres de Hæresibus Fortunato inscripti, in quibus Primasius quædam explicabat, a S. Augustino in ipsius Tractatu de Hæresibus necdum perfecta. Duo Episcopi Rufinus & Vinus eo omnem conatum adhibuerunt, ut cuncti Episcopi Provinciæ Proconsularis, paucissimis exceptis, amplecterentur Communionem Primasii Episcopi Carthaginensis, qui in locum Reparati suffectus fuerat. Episcopi Numidiæ exemplum Provinciæ Proconsularis secuti Carthaginem venerunt anno 15. post Consulatum Basilii, id est, an. 556. ibique in Synodo collecti Primasii Communionem receperunt. Recusantes fustibus, carcere, exilio mulctati.

Cassiod. de div. lect. c. 9. Isid. Illustr. c. 22. Sup. XXIV §. 62. Vict. Tun. an. 555.

Id. an. 556.

Id. 557.

Hos inter numeratur Victor Episcopus Tunonensis, qui verberibus affectus, & carceri datus, primo in Monasterium Mandrense, deinde in Egeam, Mauritaniæ Insulam, & tertio Alexandriam cum Theodoro Episcopo Cabarsusiensi relegatus est. Advenientes in carcerem Prætorianum missi, tum in ergastulum Arcis

Sæculum VI. A. C. 554.

Diocletiani. Inde producti, cum Collationes in Prætorio per dies quindecim continuos celebrassent, iisdem Monasterium Ordinis Tabennensis in Canopo duodecim milliariis ab Alexandria positum carceris loco datum. Idem hic est Victor Tunonensis, cujus habemus breve Chronicum usque ad annum primum Regni Justini Junioris. Reparatus Episcopus Carthaginensis depositus in Exilii sui loco Eucaitæ anno 564. Naturæ debitum solvit. Facundus quoque Hermianensis ex illorum numero Episcoporum Africæ est, qui tria Capitula pertinacissime defenderunt, seque a Communione eorum, qui illa damnaverant, separare non erubuerunt. Facundus in Exilium migrare compulsus, Tractatum composuit contra Mucienum seu Mutianum, qui adductis S. Augustini contra Donatistas verbis eum urgebat, & demonstrabat, nunquam licere, ab Ecclesia universali secedere. (*) Aliam quoque ipsius Epistolam hac super re scriptam habemus.

ibid. an 556. *Isid. Illustr. c.* 25. *Vict. ibid.*

In

(*) Certa & constans omnium Sæculorum Regula fuit; nunquam licere ab Ecclesia universali secedere. Protestantes Sæculo XVI. secesserunt ab Ecclesia Romana; at nunquam eorum aliquis demonstrare potuit, aliam in illo Sæculo nisi Romanam fuisse universalem.

In Illyrico quoque Schismaticos videre erat, itemque in Gallia; imo & in Hiberniam penetraverat malum. Quo remotiores ab Oriente vivebant, eo minus, quid in Concilio V. actum fuisset, sciebant. In Illyrico Frontinus Episcopus Salonensis Constantinopolim evocatus, cum tria Capitula damnare detrectaret, in Exilium missus est Antinoum in Thebaide & in ipsius locum Petrus Episcopus Salonensis ordinatus. Elapsis octo annis Frontinus Antinoo Ancyram in Galatia migrare jussus.

Sæculum VI. A.C. 555.

Greg. II. ep. 36.

Vict. an. 555.

Id. an. 563.

§. LV.

Pelagius Papa.

Postquam Sacra Sedes Vigilio defuncto vacasset mensibus tribus, electus est Pelagius Patria Romanus Filius Joannis, olim Præfecti Prætorio Vicarii. Erat Ecclesiæ Romanæ Archidiaconus, Vigilii in Profectione Constantinopolitana & in reditu comes. Verum fuere, qui suspicarentur, ipsum duræ persecutionis, quam Vigilius passus fuerat, cum aliis causam extitisse, & præmaturæ mortis conscium. Hinc nullus Episcoporum eundem ordinare volebat, nisi Joannes Perugianus, & Bonus Ferentinensis cum Andrea Presbytero Ostiensi. Hi sexta Aprilis eodem anno 555. Episcopum ordinarunt. Multi vero viri Pro-

Lib. Pont.

Sæculum VI. A. C. 555.

bitate, sapientia, & Nobilitate clarissimi ab ejus Communione ob suspicionem necis Vigilio illatæ recesserant. Igitur Pelagius, ut innocentem se probaret, communicatis cum Narsete, qui copiis Imperatoris in Italia præerat, consiliis, publicas preces indixit, & ex Ecclesia S. Pancratii ad S. Petrum processit, ubi Evangelium & Crucem Domini Nostri capiti suo imponens, conscenso suggestu publice juravit, nihil mali se Vigilio Papæ intulisse. Populo acquiescente, ipse deinde omnes Præsentes rogavit, ut secum ad proscribendum ab Ordinationibus Simoniæ vitium operam jungerent. Bonis Ecclesiæ administrandis præfecit Valentinum, qui ipsi ab Epistolis erat, virum timentem Deum. Is omnibus Ecclesiis ablata vasa aurea, argenteaque, & vela restitui curavit.

§. LVI.

Papa Schismaticos persequitur.

Pelagius Papa ad reprimendos Schismaticos Italiæ omni virium contentione incubuit, quod ut facilius efficeret, Narsetis Auctoritatem in auxilium vocavit. *Epist.* 3. Quia vero hic Patricius magna pietate erat, & timebat, ne in Religionem peccaret, in quadam Epistola ad eum data Pelagius dicit: *ne te absterreant vani Sermones dicentium; Ecclesiam excitare persecutio-*

Sæculum VI.
A. C. 555.

secutionem, dum crimina punit, & Salutem Animarum quærit. Illi solum Persecutores sunt, qui ad faciendum malum cogunt; alias enim omnes Leges Divinæ humanæque, quæ malefacta puniri jubent, abolendæ erunt. Schisma vero malum esse, etiam Potestate Sæculari reprimendum, Canones & Sacræ Paginæ nos docent. Quicunque a Sedibus Apostolicis separatus vivit, sine dubio in Schismate est. Fac itaque, quæ, ut faceres, sæpe a te postulavimus, illosque, qui talia moliuntur, addito militum præsidio ad Imperatorem transmitte. Cogita, quam potenti auxilio tibi Deus adfuerit illo tempore, quo Tyrannus Totila Istriam & Venetiam tenebat, Francis interea omnia depopulantibus. Tamen inter tantos Belli tumultus non concessisti, ut Episcopus Mediolanensis ordinaretur, donec datis ad Imperatorem litteris ipsius Mandata accepisses; sed inter medios hostes versatus Electum atque eum, qui ipsum ordinaturus erat, Ravennam deduci jussisti. Quid de Episcopis Liguriæ, Venetiæ, & Istriæ dicam, quos posses reprimere, & rustice gloriari Sedibus Apostolicis contemptis finis? Si dubium ipsis obortum de Decretis Concilii Universalis, Constantinopoli celebrati, oportebat pro consuetudine aliquos suorum deligere, viros doctos & sapientes, qui argumenta ipsorum exposuissent, & nostra audivissent.

Sæculum VI. A. C. 555.

divisſent. Oportebat dubia ſua ad Sedem Apoſtolicam deferre, non vero oculos claudere & Eccleſiam, quæ JEſu Chriſti Corpus eſt, dilacerare. Non eſt igitur, quod timeas. Mille ſuppetunt exempla & leges, ex quibus demonſtratur Publicæ Poteſtatis eſſe, Schismaticos non Exilio modo ſed etiam privatione Bonorum & arctis carceribus coercere. Magna hujus Epiſtolæ pars in alia ad Patricium Valerianum data repetitur, quæ eodem utique tempore ſcripta fuerit.

Frag. 3, *p.* 807.

Cum Schismatici Narſetem excommunicaſſent, gratulatus eſt ei Papa, id permittente Numine factum, quo eum a diro Schismate ſervaret ſecurum. At ſimul excitavit Præfectum, ut inſolens hominum iſtorum facinus puniret, & reos ad Imperatorem mitteret. Speciatim de Paulino Epiſcopo Aquilejenſi dicit, Uſurpatorem eſſe, & cum Schismati inhæreat, ultra Epiſcopum eſſe non poſſe. In eadem Epiſtola mentionem facit de alio Epiſcopo Schismatico, cui nomen Euphraſius, Homicidii, & Adulterii inceſtuoſi reo. In alia Epiſtola ad Narſetem conqueritur de Thracio & Maximiliano Epiſcopis Schismaticis accuſatis, quod Bona Eccleſiæ in uſus ſuos converterent. Inſtat Papa apud Narſetem, ut præter Epiſcopum Aquilejenſem Conſtantinopolim ire compelleret Epiſcopum

Ep. 4.

Epiſcopi Schismatici.

Ep. 2.

Ep. 5.

pum Mediolanenſem, qui Aquilejenſem contra Canones ordinaverat, non ideo ſolum quia erat Schismaticus, ſed quia in propria ſua Eccleſia ordinari debuiſſet, ut in alia Epiſtola explicat, & ſubjungit: *quia grave accidiſſet Epiſcopis Mediolanenſi & Aquilejenſi ab Epiſcopo Romano ordinari, ob locorum diſtantiam, veteri conſuetudine introductum, ut mutuo ſe ordinarent, ea tamen conditione ut Conſecrans ad Civitatem Conſecrandi ſe conferat, tum ut de conſenſu Eccleſiæ vacantis ipſi conſtet, tum ut inde pateat, Epiſcopum quem ordinat ipſi non eſſe ſubjectum.* Pelagius Papa præterea in his Epiſtolis dicit, nunquam licuiſſe Concilium Particulare convocare ad examinandum Concilium Generale, ſed ſi hac ſuper re aliquod ſuperſit dubium, conſulendam eſſe Sedem Apoſtolicam. Eadem de cauſa ſcripſit ad Viatorem & Pancratium Viros Illuſtres, ut eos averteret a Communione Schismaticorum, quorum obſtinatio ex ignorantia, & inani timore, ne Concilio Calcedonenſi refragarentur, originem trahebat. In his Epiſtolis Papa Auctoritatem S. Auguſtini ſæpe affert.

Sæculum VI. A. C. 555.

Fragm. 1. p. 805.

Epiſt. 5. *fragm.* 3. *fragm.* 2.

Epiſcopi Hetruriæ datis ad Papam Epiſtolis ſperabant effecturos ſe, ut ipſemet eorum Schisma laudaret. Pelagius reſpondit: *quomodo neſcire poteſtis, vos a Communione totius Mundi eſſe ſeparatos,*

Epiſt. 2.

Sæculum VI. A. C. 556.

tos, cum Nomen meum pro more in SS. Mysteriis non recitetis? quamvis enim indigniſſimus ſim, in me tamen hodie Sedis Apoſtolicæ Firmitas per Epiſcopatus Succeſſionem perſeverat. (*) *Ne vero vobis aut populis veſtris qualiscunque ſuſpicio de Fidei Noſtræ ſinceritate ſupereſſe poſſit, certiſſimi eſtote, quod Fidem Concilii Niceni, Patrum Conſtantinopolitanorum, Concilii Epheſini, & Calcedonenſis teneam, & omnes, quicunque iſtorum quatuor Conciliorum Fidem aut Tomum Beati Leonis Papæ in Concilio Calcedonenſi confirmatum aut ex parte labefactare, aut in dubium vocare præſumſerint, anathematizem.* Hæc Epiſtola 15. Cal. Mart anno poſt Conſulatum Baſilii 15. id eſt 16. Febr. 556. data. Pelagius Papa ſimilem Fidei Confeſſionem edidit ad univerſum Dei populum directam, in qua ſubjungit, quod pro debita Reverentia recipiat Canones a S. Sede receptos, & Epiſtolas Pontificum Anteceſſorum ſuorum, quos a Cœleſtino usque ad Agapitum incluſive nominat. Tandem quod venerabiles Episcopos Theodoretum & Ibam tanquam viros Catholicos honoret.

Ep. 7.

§. LVII.

(*) Succeſſio continua Romanorum Epiſcoporum lapis eſt, in quem quotiescunques cadit Interpres noſter Proteſtans, colliditur, & quoties ille in ipſum cadit, conteritur.

§. LVII.

Sæculum VI.
A. C. 556.

Epistola Papæ in Galliam missa.

Confessionem Fidei ista ampliorem misit Papa ad Childebertum Francorum Regem, qui accepta Papæ Epistola cum quibusdam Reliquiis, Monachis Lerinensibus deferentibus, Legatos misit, petiitque etiam Reliquias SS. Petri & Pauli, aliorumque Martyrum. Legationis Princeps, cui Nomen Rufinus, dixit ad Papam; esse in Gallia, qui quererentur, fidem Catholicam fuisse labefactatam, rogavitque Papam, ut profiteretur, se integram S. Leonis Epistolam recipere, aut Fidei Confessionem mitteret. Iidem Legati nomine Sapaudi Episcopi Arelatensis Prærogativam Vicarii Papæ in Galliis & Pallium petierunt. Pelagius Papa abrupta omni mora primæ Petitioni Rufini circa Epistolam S. Leonis satisfecit, scripsitque ad Regem Childebertum in hæc verba:

Ep. 9. 10.

Ep. 16.

Ep. 11.

Ab obitu Theodoræ Imperatricis finitæ sunt de Fide lites in Oriente. Non nulli solummodo Articuli hominum privatorum fuere examinati, quorum explicationem valde prolixam unius Epistolæ pagella non caperet. Ut autem Tibi, & omnibus Confratribus nostris Galliæ Episcopis faciamus satis, edicimus, nos anathematizare quemcunque, qui vel latum unguem *Ep.* 10.

discre-

Sæculum VI. A. C. 556.

discedit a Fide, quam Leo Papa in Epistolis suis docuit, & Concilium Calcedonense in suo Decreto amplexum est. Ne igitur ad sermones futiles hominum, qui scandala serunt, attendas. Imperator omnes Hæreses, quæ usque ad tempus, quo fasces capessivit, dominatæ fuerant, extinxit; Hæreticorum Episcoporum Ecclesias, pingues reditus plurima vasa pretiosa ad Catholicos transtulit. Qui in errore perseverarunt, improbe uniuntur, & nulli parcunt labori, ut Ecclesiam perturbent, & dividant. Tempore, quod Constantinopoli versabamur, huc & in Italiam conflictas litteras nostro Nomine mittebant, dicentes, Nos fateri, Fidem Catholicam fuisse corruptam. Adhucdum contra nos afferunt epistolas, quibus nullius hominis Nomen præfixum. Nestoriani præprimis has turbas cient, qui audent affirmare, opinionem suam a Sententia Concilii Calcedonensis & Leonis Papæ non esse alienam, cum tamen Leo Nestorium ideo damnaverit, quod duas Naturas separatas assereret. In hac quoque Provincia turbarunt aliquos Episcopos simplices, prima Fidei elementa ignorantes, Quæstionem non intelligentes, & nescientes, quantum bonum sit, a Fide Catbolica non aberrare. (*)

Sup. lib. XXXII. §. 27.

Causa,

(*) Nempe pauciſſimi erant illis temporibus viri docti, Barbaris Nationibus bellico furore omnia implentibus.

Causa, ob quam Constantinopoli multum diuque Persecutionem tulimus, illa est, quam diximus, quod Imperatrice in vivis agente omnia, quæ de Rebus Ecclesiasticis agitabantur, nobis suspecta essent. Hæc Epistola, quam Rufinus detulit, undecima Dec. anno 556. data est. Sæculum VI. A.C. 557.

Papa acceptis Epistolis a Rege & Sapaudo ad se datis, Sapaudum Sanctæ Sedis Vicarium per universam Galliam edixit, & usum Pallii data Epistola 3. Febr. anno 557. concessit. Simul Regi Childeberto Confessionem Fidei amplissimam misit, in qua explicat Mysteria de Trinitate & Incarnatione, novissimas Hæreses refutans, itemque Doctrinam exponit de Resurrectione mortuorum, quod verisimiliter ad refellendos Origenistas adjecit.

Altera etiam Epistola ad Sapaudum data Papa scire expetebat, an missa sua Fidei Confessio Regi & Episcopis Galliæ satisfeciisset. Tum Sapaudi & Parentis ipsius Placidi Benevolentiæ commendat Romanos, quos in Galliam confugere terror hostium Italiam vastantium compulerat. Memorem esse monet mittendi vestes, de quibus antea dixisset, *Quippe*, inquit, *quis satis hominum in hac Civitate paupertatem, & corporum nuditatem referat? cor dolore obruitur, atque oculos cogor avertere, ne civium ho-* *Ep.* 15.

Sæculum VI. A. C. 557.

nesto loco natorum & quondam divitum miseriam conspiciam. Hæc Epistola 13. April. ejusdem anni 557. data.

§. LVIII.

Concilia Arelate & Parisiis celebrata.

Paucis ante hæc annis Sapaudus præfuerat Concilio Arelatensi quinto, tertio Cal. Jul. Childeberti anno 33. id est 29. Jun. anno 554. celebrato. Adfuere Episcopi undecim, & octo ab absentibus delegati, nimirum Presbyteri quatuor, duo Archidiaconi, & duo Diaconi, omnes ex Provincia Arelatensi & duabus aliis vicinis Narbonensi secunda, atque Alpium maritimarum. In eo Concilio conditi sunt Canones septem, quorum primus jubet, ut Episcopi Conprovinciales morem Ecclesiæ Arelatensis sequantur, & panes in Altari offerri solitos similis formæ esse procurent. Monasteria tam Virorum, quam fœminarum Jurisdictioni Episcopi Diœcesani subjiciuntur. Clerici fundos, quorum usumfructum ab Episcopo acceperint, non reddant deteriores sub pœna Disciplinæ id est pœnæ corporalis, quæ Clericis juvenibus adhibebatur. Ita illi, qui necdum erant Subdiaconi, vocabantur.

to.5. Conc. p.708.

c.2. 3. 5.

c.6.

to.5. p.814. v. Cointe an. 557. n.10.

In Concilio Parisiensi tertio, quod anno 557. celebratum creditur, decem Canones

nones conditi, quibus præcipue cavetur, ne Ecclesiarum Bona usurpentur. Quidam enim bona sua in Ecclesias largiter conferebant, alii spoliabant. Inter alios Ecclesiarum Benefactores memoria dignus est Dux Crodinus. Is novas fundabat Villas, terras excolebat, plantabat vineas, domos ædificabat, tum convocans Episcopos, quos non esse divites noverat, convivio excipiebat, eoque soluto iisdem ipsam Domum, vasa argentea, aulæa, supellectilem, famulos, agros, & eorum cultores donabat. Obiit Crodinus anno 582. ætatis suæ septuagesimo. Concilium Parisiense Excommunicationem fert contra illos, qui Bona Ecclesiis donata retinent, donec restituant, iidemque pauperum latrones pronunciantur. Prohibetur, ne quis possessionem Bonorum Ecclesiæ capiat, sub specie illa Sede Vacante custodiendi. Si usurpator in alia Diœcesi degat, Episcopus Ecclesiæ spoliatæ ad Collegam suum hac de re scribet, qui usurpatorem monebit, & si opus fuerit, in eum Censuris animadvertet. *Tandem*, inquiunt Episcopi, *æquum non est, ut magis Tabularum Ecclesiæ Custodes dici mereamur, quam Bonorum Defensores.* Prohibetur etiam, sub comminatione earumdem pœnarum, ne quis Bona Episcopis propria rapiat, quod etiam aliqua ratione ad Ecclesias pertineant.

Sæculum VI. A. C. 557.

Greg. VI. hist. c. 20. Conc. Par. c. 1.

c. 2.

Concilium Parisiense.

Sæculum VI. A. C. 557.

neant. Prohibetur generatim omnis Bonorum alienorum usurpatio, præsertim sub commento, quod ea Rex concessisset.

c. 6. Non nulli Auctoritate Principis abutebantur, ut Viduas aut Virgines invitas & invitis parentibus ducerent. Id Concilium sub pœna Excommunicationis prohibet, & leges Superiores contra omnia conjugia illicita sive inter propinquos & affines, sive cum fœminis Deo consecratis renovat. At circa Auctoritatem Regum abusus longe majoris momenti irrepserat, nempe Libertas in Electione Episcoporum suppressa. Hinc Concilium statuit, ut Canonum rigor observetur. Invitis civibus non ordinetur Episcopus, sed ille, quem Clerici & Populus plena libertate elegerint. Episcopus Mandato Principis non intrudatur, nullum cujuscunque generis pactum interveniat, sed Metropolitæ, & Episcoporum Provincialium consensus adsit. Si quis Episcopatum ex Regis Mandato usurpaverit, nullus Episcoporum ex illa Provincia eum recipiat; si receperit, a Communione ceterorum Episcoporum excludatur. Ordinationibus illicitis jam peractis, Metropolitæ & Provincialium aliorumque vicinorum Episcoporum Judicium esto, quid faciendum.

c. 4. 5.

c. 8.

His

His constitutionibus Ecclesiasticis subscripserunt Episcopi quindecim, atque hos inter fama magis celebres reddidit Probianum Archiepiscopum Bituricensem S. Desiderii Successorem, S. Prætextatum Archiepiscopum Rothomagensem, S. Leontium Burdegalensem, S. Germanum Episcopum Parisiensem, S. Euphronium Turonensem anno superiore 556. consentiente Clotario Rege electum, S. Felicem Nannetensem, Domitianum Andegavensem Eutropii Successorem, S. Paternum Abrincensem, S. Chaletricum Carnutensem S. Lubini Successorem anno præcedente 556. vita functi, S. Samsonem primum Episcopum Dolæ in Britannia. S. Paternus Episcopus Abrincensis a vulgo *S. Patier* aut *S. Pair* dictus, Pictavii natus vitam Monasticam amplexus est in Abbatia Ansionis, quæ hodie a Nomine S. Jovini ad Matronam notissima est. Cum genus vitæ rigidioris ducere cuperet, ad Diœcesin Constantiensem transiit, ubi ipsum Episcopus Leontius post annos paucos Presbyterum ordinavit. Ad convertendas animas aptissimus, multos Idololatras JEsu Christi Fide imbuit; non nullos enim in remotioribus illis Regionibus invenire erat. Plurimis etiam persuasit, ut Mundo valedicerent, multaque Monasteria non modo in territorio Constantiensi, sed etiam in

Sæculum VI. A. C. 557.

Greg. IV. c. 15. X. c. 31.

Sæculum VI. A. C. 557.

Cenomanensi, & in Britannia fundavit. Ecclesia ipsius Memoriam 16. Aprilis colit.

Mart. Rom. 16. April.

§. LIX.

S. Germanus Parisiensis.

Episcoporum illorum S. Germano Parisiensi nullus illustrior. Is Augustoduni nobilibus parentibus natus est. Patri ejus nomen erat Eleutherius, & Matri Eusebia; ipse vero a quodam propinquorum, cui Nomen Scopilion, pie educatus, ab Agrippino Episcopo Augustodunensi Diaconus, & post elapsum triennium Presbyter ordinatus est. Nectiarius Agripini Successor eum ad S. Symphorianum Abbatem creavit, ex quo Miraculorum Dono clarere cœpit. Eusebio vita functo, electus est Episcopus Parisiensis circa annum 555. nec ideo de rigore vitæ Monasticæ quidquam dimisit. Cum Childebertus Rex ei quadam die solidorum aureorum millia sex misisset, quæ inter pauperes distribueret, millia tria erogavit. In Palatium reversus sciscitanti Regi an aliquid supereſſet, respondit, mediam donativi partem sibi in manibus esse, quod tot pauperes non occurrissent, dixit Rex: *Etiam ea, quæ tibi supersunt, distribue in egenos; nunquam enim Deo adjuvante deerit, quod demus.* Tum jubens vasa aurea & argentea confringi, ea Episcopo in levamen miserorum tradidit.

Haud

Haud multum temporis exinde efflu- Sæculum VI.
xerat, cum S. Germanus Ecclesiam S. Vin- A. C. 557.
centii, quæ hodie S. Germani de Pratis dicitur, dedicavit, a Childeberto Rege ædificatam hac occasione. Anno 542. Chil- *Greg. III. hist. c. 29.*
debertus & Clotarius fratres translatis in Hispaniam armis Cæsarauguſtam obsidione presserunt. Pavidi Incolæ cilicia induere, & jejunare cœperunt, mulieres S. Germanus de Pratis.
pullatæ sparsis capillis cineres imponebant, & lugubri pompa in muris S. Vincentii Tunicam circumferebant, Psalmos canentes. Obsidentes Franci credebant, cives periculum velle magica arte depellere; ubi vero compererunt, S. Vincentii Tunicam circumferri, expavescentibus omnibus, Childebertus Rex petiit, ut Episcopus ad se veniret, qui munera afferens venit. At Rex rogavit, ut sibi da- *Gesta Franc. 26.*
ret S. Vincentii Reliquias. Episcopus servata Tunica Sancti Viri Stolam tradidit. Itaque Franci obsidionem solverunt, & Childebertus Parisios reversus Ecclesiam S. Vincentii honoribus ædificari cu- *Aimoin. lib. II. c. 19. 20.*
ravit, ibique deposuit ipsius Stolam, plurima Vasa pretiosa, Calices, Cruces, Evangeliorum operimenta, quas res Toleto abstulerat, & inter alia Crucem auream gemmis ornatam, quæ occasio fuit, ut illi ædificio Crucis figuram dari præceperit. Ecclesia columnis marmoreis incumbebat, fornicem aurea laquearia ornabant, *Vit. S. Dotarov. Act. to. I. p. 254.*

Sæculum VI. A.C.557. muros imagines in areis deauratis pictæ decorabant, pavimentum lapidibus concinne aptatis stratum, tectum ex cupro deaurato; unde populus hanc Ecclesiam S. Germanum aureum nuncupavit. In extremis quatuor partibus quatuor stabant Altaria. Altare Majus ad Orientem spectans honori S. Crucis, & S. Vincentii, cujus Stola ibi inclusa dedicatum est. Altare, quod ad Septentrionem erat positum, SS. Martyribus Ferreolo, & Ferrutioni sacrum fuit. Quod ad Meridiem, S. Juliano Brivatensi, quod ad Occidentem SS. Gervasio, Protasio, Celso puero, & Georgio. Ad Meridiem aliud erat oratorium S. Symphoriano, & aliud ad Septentrionem S. Petro consecratum. (*)

Rex collatis huic Ecclesiæ plurimis ornamentis pretiosis & magnorum censuum agris S. Germanum rogavit, ut Monachos illuc colligeret. Id vero effectum dedit S. Episcopus, atque multos fundos proprii Patrimonii in Territorio Antissiodorensi & Nivernensi donavit, unde ad illustrandam hanc Ecclesiam oleum & cerei

to.3.p.2. p.93.

(*) Si quis Protestanti hæc & mille alia similia Religionis Romanorum Catholicæ, Venerationis Sanctorum, & Reliquiarum ipsorum Monumenta antiquissima objiciat, nihil solidum aut constans, nihil inquam, quod respondeat, habet. Sed ad talia animum non advertit Interpres noster, qui in hoc loco verba: de S. Vincent, don l'Etole, Stola, y fut enfermée, reddidit: Dessen Stern darinn eingefasset war.

rei copioſe ſuppeditarentur. Abbatem ibi creavit, S. Doctroveum, ſuum olim in Monaſterio S. Symphoriani Auguſtoduni Diſcipulum, quem ſecundum Regulam S. Antonii & S. Baſilii inſtituerat. Eccleſia illa necdum dedicata fuerat tempore, quo Childebertus Rex graviſſimo morbo decumbebat. Id contigit circa finem Menſis Dec. cum multi Epiſcopi & Optimates Feſta Domini Natalitia cum Rege celebraturi Pariſios adveniſſent. S. Germanus hac occaſione uſus Dedicationem cum Epiſcopis ſex decimo Cal. Jan. peregit, omnia Altaria ad honorem Sanctorum, ut memoravimus, conſecrans. Childebertus Rex eadem die e vivis abiit 23. Dec. anno 558. Regni ſui 43. Sepultus eſt in hac ipſa S. Vincentii Eccleſia, atque, peractis Dedicationis Cæremoniis, nulla interpoſita mora Regiæ Exequiæ ſecutæ ſunt. Præter iſtud S. Vincentii Monaſterium Rex Childebertus Noſocomii in urbe Lugdunenſi, & Monaſterii virorum in urbe Arelatenſi Fundator extitit, donavitque fundum S. Calai. Ad erigendum Monaſterium, quod hodieque ipſius Nomen gerit.

Sæculum VI. A. C. 558. Childeberti obitus.

§. LX.

Viri Sancti in Gallia.

Sanctus Calais ſeu Carilefus natus in Arvernia, atque in Monaſterio Menatis

Sæculum VI. A. C. 558.

educatus, illud cum S. Avito reliquit, ut se Disciplinæ S. Maximiani prope Aureliam habitantis subjiceret. Inde ambo in solitudinem Regionis Perchiensis digressi, & Regis Childeberti Munificentia adjuti construxerunt Monasterium, quod hodieque a S. Aviti Nomine dicitur, sed illud jam Moniales incolunt. Post hæc S. Carilefus in Territorium Cenomanense transiens, ejusdem Regis Beneficiis auctus fundavit Monasterium in ripa amnis Anisolæ, hodie Anillæ, unde nomen primo sortitum est; verum posteriore tempore hæsit Nomen S. Carilefi, qui circa annum 540. ad Cœlestia migravit. Monasterium istud Mulier nunquam intrabat, nequidem Ecclesiam, quod illis temporibus non insolens erat. Ecclesia Gallica honorat plures alios Sanctos Viros, qui illa ætate solitudinem Perchiensem & Cenomanensem incolebant. His S. Lomerus seu Launomarus, S. Almerus, S. Frambaldus aliique minus noti accensentur.

vit. S. Carilefi. Act. to. 1. p. 642.

vid. Hist. S. Ben. liv. 2. c. 30.

Rex Childebertus ultimis vitæ annis retinuerat in Urbe Parisiensi S. Ferreolum Episcopum Uzetiensem, de quo malam suspicionem conceperat. Res vero ita se habebat. Accusatus fuerat Vir Sanctus quod sæpe ad Judæorum convivia accederet, & dona iisdem ferret; nempe sperabat se ista comitate hos homines JEsu Christo lucrari posse. S. Ferreolus Patrem

vit. ap. Ant. Domin.

trem habebat Ansbertum Senatorem, qui genus suum ducebat ab altero Ferreolo, olim Galliarum Prætorio Præfecto. Anno 553. S. Firmino Propinquo suo Episcopo Uzetiensi successit, atque elapso Biennio relegatus est Parisios, ubi annis tribus mansit. Rex vero, quamvis eum custodiri jussisset, honorem tamen exhibebat, & tandem cognita Viri sanctitate etiam muneribus cumulatum dimisit. S. Ferreolus ad suos reversus Judæos in sua perfidia obstinate remanentes non modo e Civitate Uzetiensi, sed etiam e tota Diœcesi ejecit. Sæculum VI. A. C 558.

Idem Vir Sanctus fundavit Monasterium a Nomine ipsius dictum, deditque eidem Regulam, Lucretio Episcopo Diensi inscriptam, quam ipsius Judicio subjiciebat. Lucretius Bodani Monachus fuerat, & S. Marii Abbatis Discipulus. Monasterium illud in Diœcesi Segesteronensi positum, hodie est Prioratus, qui Bevona dicitur, Insulæ-Barbæ subjectus. S. Ferreolus in Regula sua præcipit, ut omnes Monachi litteras discant, & Psalmos memoriæ imprimant, nequidem illis exceptis, qui ad custodiendum pecus exeunt, ut nullo non tempore vel lectione vel opere manuum exerceantur. Qui agrorum labores ferre non possunt, scribant, retia conficiant capiendis piscibus necessaria, aut calceos. Venationem Monachis

Cod. Reg. to. 2. p. 116. S. Ferreolus. *vit. Mar. ap. Boll. 27. Jan. & to. 1. Act. SS. Ben. p. 105. c. 11.*

Regula. c. 19. 26. c. 28. c. 34.

Sæculum VI. A. C. 559.

nachis prohibet. Interulas lineas non induant. Abbas Monasterii mancipium manumittere non possit, nisi omnes Fratres consenserint. Inde dispicimus, fuisse ipsis Servos. In Monasterio Baptismus non conferatur. Hæc mihi in Regula S. Ferreoli memoratu digna visa sunt. Etiam aliquos Libros Epistolarum, Sidonium imitatus, composuit, & usque ad annum 581. superstes fuit.

c. 31.

c. 36.

c. 15.

§. LXI.

Pelagii obitus. Joannes III. Papa.

Regem Childebertum hac vita defunctum brevi secutus est ad alteram Pelagius Papa, nempe secunda die Martii anno 559. cum S. Sedem occupasset annis tribus, & Mensibus decem. Duabus Ordinationibus Mense Dec. creaverat Presbyteros 26. Diaconos 9. Episcopos 49. Successorem habuit Joannem III. cognomento Catellinum, Filium Anastasii, illorum ex Ordine, qui Illustres dicebantur. Sedit annis ferme tredecim. Pelagius Papa extremo vitæ tempore Ecclesiam SS. Apostolorum Philippi, & Jacobi ædificare cœperat; hanc Joannes Papa perfecit, multasque ex veteri Historia Res gestas partim opere vermiculato, partim penicillo exhiberi curavit. Eandem etiam dedicavit; unde, conjectura est, consuetudinem prima die Maji amborum Apostolorum Festum celebrandi traxisse originem

Lib. Pont.

ed. de 6. *ar.* *n.* 4518 *oll.* 1. *Maji.* *.* 28.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nem. Joannes Papa Cœmeteria Martyrum reſtauravit, & auxit. Item præcepit, ut Eccleſia Lateranenſis ſingulis diebus Dominicis Panem, Vinum & Cereos illis Sepulchris ſuppeditaret. Sæculum VI. A. C. 559.

§. LXII.

Caſſiodorus.

Joannis Pontificis ætate Caſſiodorus ultimo Senio confectus obiit, vir celebratiſſimus. Is ex nobiliſſimis inter Romanos ſtirpibus genus ducens, Scyllacei in Calabria circa annum 470. natus, ſub Theodorico Rege publicæ rei Adminiſtrator, anno 514. Conſul, ſub Athalarico Theodato & Vitige Præfectus Prætorio fuit. Poſt triſtem hujus Principis caſum circa annum 540. relicto Mundo jam ſeptuagenarius recepit ſe in Monaſterium Vivarienſe, quod in uno prædiorum ſuorum haud procul loco, in quo lucem primo aſpexerat, ædificavit. Pelena modicus amnis illam oram alluens rigandis hortis aquas dabat, & Molendinum movebat. Tam prope erat Mare, ut Monachi facile piſcari poſſent, atque ſub radicibus montis vivaria cuſtodiendis piſcibus humano labore paraverant. Fontes quoque aderant, quæ aquas bibituris, & balneum lavantibus tam vegetis, quam ægrotantibus præbebant. Nec opus erat Monachis ut exirent, cum vitæ ſubſidia intra *Divin. lect. c. 29.*

Sæculum VI. A.C. 559.

intra Monasterium haberent. Visebantur in eo Lucernæ tam eximio artificio, ut nemine accurante longo admodum tempore arderent: Horologia, in quibus Solis umbra diei tempora indicabat, & Clepsydræ, quæ aquarum motu temperabantur. Præprimis vero locupletissima Bibliotheca hoc Monasterium decorabat. In ipso Monasterio Vivariensi Cœnobitæ degebant, at in monte proximo erat Monasterium Castelanum, ubi manebant Anachoretæ, qui in Congregatione diu exercitati, judicabantur idonei, qui in solitudine ad sublimius perfectionis fastigium conniterentur. Itaque geminum erat hoc Monasterium, & verisimile est, quod ideo duos nempe Calcedonium & Gerontium habuerit Abbates.

c. 38.

c. 29.

c. 31.

In illo secessu Cassiodorus pluresLibros conscripsit. Primo Commentarium in Psalmos, nam cum in illis legendis dulcem saporem sensisset, totum se huic studio dedit, cum vero multa valde obscura non intelligeret, conversus est ad Commentarium S. Augustini, & alterum ipse composuit, non tantum ex S. Augustino sed etiam ex aliis excerptum. Exinde scripsit Cassiodorus de Divinis Scripturis Institutionem, in qua Monachos suos docet, quæ ratio in illis legendis tenenda sit. Incipit in hunc modum: *Cum viderem, quanto ardore*

ardore in litteras humanas plerique incumberent, vehementer indolui, quod nulli essent Doctores Publici, qui Sacras Scripturas explicarent. (*) *Tum ego & Agapitus Papa conatus nostros junximus, ut ejusmodi Sacra Schola Romæ expensis communibus institueretur, qualis multo tempore Alexandriæ fuisse dicitur, & Judæos hodieque Nisibi habere ferunt. Sed bellicis tumultibus obstantibus, ne vota mea effectum bonum sortirentur, illum defectum utcunque ista mea Scriptione supplere me existimavi.* Regu-

Sæculum VI. A. C. 559. *Præf. Inst.* Cassiodorus.

(*) Dolendum omnino erat cum Cassiodoro, illa ætate non fuisse erectas publicas Cathedras, in quibus prælegeretur S. Scriptura seu Theologia Dogmatica & etiam Scholastica, si modo illa non fuisset, cujus Osor Joannes Trithemius Abbas Spanheimensis fuit. De hoc Viro & Theologia Scholastica in Historia Rei Litterariæ O. S. B. Parte secunda, Cap. I. de Theol. Schol. hæc leguntur: *Ceterum Trithemius Theologiæ Scholasticæ osor fuisse dicitur. Ita prorsus est. Sed cujus? illius nempe, quæ Sanctissima Fidei Dogmata tricis involvit philosophicis; qui auditores suos meris & inutilissimis pascit subtilitatibus, quæ in eo tantum desudat, ut annuas novitates, velut Theodericus a S. Guilielmo de Petro Abaelardo ajebat, procudat; quæ sine Scripturarum, Canonum, Patrum, atque Historiæ Ecclesiasticæ luce gravissimas exponit Quæstiones. Hanc hujusmodi Theologiam suo ævo in plerisque Scholis tradi solitam odio habuit Trithemius, non autem veram ac sinceram, cujus Dignitatem, utilitatem, atque necessitatem non modo non improbavit, sed summopere laudavit.* Hæc ibi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæculum VI. A. C. 559.

Regulam ponit, Scripturam ſecundum Expoſitiones approbatas Patrum eſſe intelligendam. Primo totum Pſalterium memoriæ eſſe imprimendum, tum reliquam omnem Scripturam ex correctis Exemplaribus eſſe legendam, donec memoriæ redderetur præſentiſſima. Felices illos exiſtimabat, qui eam ex memoria recitare poſſent. Hortatur, ut in Monachorum ſtudiis ordo ſervetur, & explicat Summam Operis ſui, in duos Libros diviſi. In primo tractat de Scriptura Sacra, & in ſecundo de Artibus liberalibus.

§. 1. 2. 3. &c. Ipſam Materiam ſibi propoſitam aggrediens, ſingillatim Commentarios Patrum in quemlibet Scripturæ librum indicat, ſuadetque, ut legantur. Hos Commentarios ipſe in ſua Bibliotheca habebat, non ſolum Patrum Latinorum, ſed etiam Græcorum, quorum Opera transferri curaverat in latinam.

§. 3. Ubi de Origene loquitur, dicit, aliquos Patres eum pro Hæretico habere, & nuper a Vigilio Papa fuiſſe damnatum. Inde conjectura eſt, ut credamus, hoc Opus a Caſſiodoro brevi poſt celebratum Concilium quintum ſcriptum

§. 11. fuiſſe. Nihilominus ubi ipſi ſermo eſt de Conciliis Univerſalibus, nempe ſtatim poſt S. Scripturam, tantum prima quatuor nominat, ſive Quintum necdum tunc fuerit finitum, ſive de illius Auctoritate dubi-

Sup. n. 54. taret Caſſiodorus, cum videret, illud a multis

multis Episcopis, præsertim in Italia non recipi. Sæculum VI. A. C. 559.

Præcipuos scientiæ Ecclesiasticæ Scriptores enumerat sive Theologos sive Historicos sive Morales, quos inter etiam locum dat Cassiano; sed monet caute legendum, & secundum Victoris Episcopi Martyriti in Africa correctionem. Inter Scriptores Historiarum mentionem facit Historiæ Tripartitæ, quam ab amico suo Epiphanio concinnari petierat. Hoc opus est trium Scriptorum Græcorum Socratis, Sozomeni & Theodoreti versio, in unum Corpus collecta, & in duodecim Libros divisa. Eadem quoque est quasi continuatio Rufini, qui decem Libros Eusebii transtulerat, & undecimum adjecerat. Ex eo tempore vix alia Historia Ecclesiastica Latinis fuit nota. Cassiodorus Auctorum Ecclesiasticorum seriem claudit, memorans duos SS. Abbates, scilicet Eugippium & Dionysium exiguum, ipsius in paucis amicos.

Sup. n. 54.

c. 17. 18. &c.

c. 29.

Historia Tripartita.

c. 17.

Cum Cassiodorus esset litterarum amantissimus, Monachis suis suadet, ut præprimis Sacræ Scripturæ scientiæ operam dent, & omnibus illis Disciplinis, quæ ad eam intelligendam faciunt; suntque ipsius opinione satis multæ. Ne labor manuum desit, hortatur, ut præ reliquis operibus libros describerent, jubetque ut magna cura sit Orthographiæ. Hujus mul-

c. 30.

Sæculum VI. A. C. 559.

tas præscribit Regulas præsertim ad corrigenda antiqua S. Scripturæ Exemplaria, quæ sæpe correctione temeraria mutabantur. Hæc res Cassiodoro adeo cordi fuit, ut annos natus nonaginta tres scriberet Tractatum peculiarem de Orthographia, ex duobus Scriptoribus, quorum ultimus erat Priscianus, excerptum. Illi vero Monachi, qui ad excolendas litteras inepti essent, Cassiodoro Auctore, agrorum vel hortorum culturam ad sublevandos hospites & ægrotos exerceant. His libros de agris & hortis tractantes, illis, quibus ægrotantium cura erat demandata, Tractatus a Medicis editos, indicat.

n. 15.

c. 28.

Secundus Liber Cassiodori de Institutione complectitur Tractatus in compendium contractos de Artibus Liberalibus, nempe, de Grammatica, de Rhetorica, Logica, Mathematica, quæ iterum alias quatuor partes habet, nempe Arithmeticam, Geometriam, Musicam, & Astronomiam, universim de Disciplinis septem, quæ septem Artes Liberales sunt ex eo tempore in Christianorum Scholis celebratissimæ. Ita Cassiodorus vitam circa annum 565. sancte clausit. Eidem exiguus Tractatus seu Rationarium temporis Paschalis anno 562. scriptus tribuitur.

c. 31.

FINIS LIB. XXXIII. & TOM. VII.

INDEX

INDEX
RERUM ET NOMINUM
TOMI VII.

A.

Abbates. Possunt ab Episcopo deponi. p. 305. ordinantur ab Abbatibus. p. 456.
Absolutio a peccatis. p. 202.
Acacius Constantinopolitanus. Damnatur. p. 47. aperte Schismaticus. p. 52. obit. p. 60.
Acemetenses Monachi hæretici. p. 505. damnantur. p. 516.
Africa. Persecutio Christianorum ibidem. p. 179. Ecclesiæ Libertas. p. 388. Ecclesia Africæ restauratur. p. 556.
Agapitus Papa. p. 541. Epistolæ. ibid. & seq. ad Justinianum Imp. scribit. p. 554. Constantinopolim proficiscitur. p. 558. obit. p. 564.

Agnoitæ hæretici. p. 590.
Alaricus Rex Visigothorum. Codicem Theodosianum conscribi jubet. p. 197. vincitur. p. 217.
S. Albinus Andegavensis. p. 585.
Almondar. Eutychianos confundit. p. 272.
Amalaricus Rex Visigothorum in Hispania. p. 422.
Anastasius Imp. p. 64. turbæ in Religione. p. 65. Catholicos persequitur. p. 176. Schismaticus. p. 231. & 241. ejus versutia. p. 282. perjurus. p. 293. obit. pag. 315.
S. Anastasius Papa. Scribit ad Clodoveum. p. 138. ad Anastasium Imp. p. 144. obit. p. 148.
Animæ. An præexstiterint. p. 599. & seq. puniuntur in corporibus. ibid.
Anthimus Constantinopolitanus hæreticus. p. 556. deponitur. p. 560.
Apollinaris Alexandrinus. p. 708.
Aprunculus Trevirensis. p. 524.
Arabia. Christianorum persecutio. p. 395.
Arator. Ipsius Poëma. p. 638.
Ariani. Eorum colloquium in Africa. p. 17. Vandali Ariani rebaptizant Catholicos. p. 38. Lugduni. p. 160.
Athalaricus Rex Gothorum in Italia. pag. 421.
S. Athanasius. Symboli quis author. p. 26.
Athanasius Alexandrinus hæreticus. p. 62. obit. p. 120.

S. Au-

S. Auguſtinus. Ejus corpus in Sardiniam defertur. p. 195. Ipſius doctrinam ſequitur Romana Eccleſia. p. 517.
S. Avitus. Romam ſcribit. p. 158. Concilium convocat. p. 302.

B.

Baptiſmus. Unctio Chryſmatis in capite. p. 134.
S. Barnabas. Ejus Corpus, & Evangelium S. Matthæi. p. 54.
S. Barſanuphus Anachoreta. p. 701.
Beliſarius. Triumphat. p. 543.
S. Benedictus. Ejus initia. p. 435. Regula. p. 442. Ejus Regula ab omnibus Monachis in Occidente recepta. p. 462. Totilæ mortem prædicit. p. 620. Ejus miracula. p. 621. obitus. p. 624.
Beneficia Eccleſiaſtica. Eorum origo. pag. 200.
Boëtius. Ejus Libri. p. 416. occiditur. p. 417.
Bonifacius Carthaginenſis. pag. 406. & 546.
Bonifacius II. Papa Schiſma. p. 467. obit. p. 479.
S. Brachion. p. 537.
Breviarium. Omnium primo deſcriptum. p. 443. & ſeqq.

C.

S. Cæsarius Arelatensis. Concilio Agathensi præsidet. p. 198. In Italia. p. 257. obit. p. 629.
Calendion. Antiochenus. Pellitur. p. 52.
Capitula tria. p. 645. & 757.
Cardinalis. In quo sensu. p. 125.
Cassinense Monasterium. p. 436.
Cassiodorus. Ejus Libri. p. 781.
Childebertus Rex Francorum. obit. p. 777.
Christus. Est ignorans. p. 591.
Chrysma. Ejus unctio a quo facienda. pag. 306.
Clerici. Nunquam sine contubernali & socio sint. p. 174.
S. Clodoaldus. p. 532.
Clodomirus Rex Francorum. S. Sigismundum occidit. p. 398. ejus Filii. ibid.
Clodoveus. Convertitur. p. 138. baptizatur. p. 141. bellum cum Alarico. p. 214. obit. p. 231. ejus Filii & Nepotes Reges Franciæ. p. 531. & seq.
Clotarius I. Rex Francorum. p. 520. occidit filios Clodomiri. p. 533.
Clotildis Uxor Clodovei. p. 139. Avia Regum Francorum. p. 398. obit. p. 534.
Codex Justiniani. Promulgatur. p. 518.
Communio. Ter in anno obligat. p. 202.
Concilia. Quanta eorum Authoritas. p. 103. eorum necessitas. p. 745.

Concilia in Africa. p. 405.
Concilia in Gallia. p. 430.
Concilia in Hiſpania. p. 399.
Concilium Agathenſe. p. 197. Canones. p. 199. & ſeqq.
Concilium Arelatenſe. p. 770.
Concilium Aurelianenſe. Primum. p. 224. Secundum. p. 520. Canones. ibid. & ſeq. Epiſcopi. p. 521. Tertium. p. 581. Quartum. p. 632. Quintum. p. 661.
Concilium Carthaginenſe. p. 546.
Concilium Claromontanum. p. 530.
Concilium Conſtantinopolitanum. p. 323. ſub Menna. p. 564. Anthimum damnat. p. 568. Univerſale Quintum. p. 709. Theodori doctrina. p. 718. Sententia contra tria capitula. p. 744. Origenes damnatur. p. 749. Vigilii Papæ conſenſus. p. 751.
Concilium Epaunenſe. p. 302. Canones. p. 304. & ſeqq.
Concilium Gerundanum. p. 310.
Concilium Lugdunenſe. p. 308.
Concilium Pariſienſe. Secundum. p. 698. Tertium. p. 770.
Concilium Romanum. Sub Felice III. p. 57. ſub Symmacho. p. 154. & 168. ſub Bonifacio II. p. 471.
Concilium Sidonienſe. p. 241.
Concilium Tarraconenſe. p. 308.
Concilium Toletanum. p. 469.
Confeſſio. Auricularis eruitur. p. 584.

Confirmatio. An a Presbyteris fuerit collata. p. 306.
Conſtantinopolis. Ejus Sedis prærogativa nulla. p. 115. eſt Catholica. p. 317. Collationes de Fide. p. 496.
Continentia Clericorum. p. 469.
Corrupti Cultores, ſeu Severiani. p. 494.
Coſroës Rex Perſarum. p. 616.

D.

S. Daniel Stylites. p. 63.
Decretales. Collectæ a Dionyſio Exiguo. p. 514.
Defuncti. Sacrificium pro iis offerendum. p. 403.
Deniſa Martyr. p. 28.
Dionyſius Areopagita. Prima de Libris ipſi adſcriptis mentio. p. 500.
Dionyſius Exiguus. Quis fuerit. p. 513. Canones colligit. ibid. & Decretales. p. 514. Æræ Chriſtianæ Author. ibid.
Dioſcorus Antipapa. p. 467.
Dioſcorus Junior Alexandrinus. p. 300. cædes. p. 301.
Domnus Antiochenus. p. 650.
Dorotheus Theſſalonicenſis. p. 284. Schismaticus. p. 342. & 350.
S. Dypticha. Quid ſint. p. 689.

Eccle-

E.

Ecclesia. Bonorum Ecclesiasticorum divisio. p. 100. & seq. Ecclesiastica potestas a Sæculari distincta. p. 88. & quomodo p. 116. Causæ Ecclesiasticæ non judicantur a Rege. p. 156. Imperatoris est punire refractarios Ecclesiæ. p. 356.

Ecclesia Romana. Omnium Ecclesiarum Caput. p. 14. omnibus aliis prælata. p. 102.

Electio. Qualis Sæculo V. Electio Papæ. p. 150. Episcoporum Electio ex voluntate Principis pendet. p. 369.

Elias Jerosolymitanus. p. 119. Concilium Calcedonense damnat. p. 233. pellitur. p. 293. obit. p. 316.

Ennodius. Apologia illius pro Symmacho. p. 170.

Ephrem Antiochenus. p. 422. obit. p. 650.

S. Epiphanius. Ad Theodoricum, & a Theodorico legatus. p. 90. ejus vita. p. 93.

Epiphanius Constantinopolitanus Catholicus. p. 368. obit. p. 556.

Epiphanius Tyriensis. Reconciliatio Tyriensium. p. 326.

Episcopus. Non accusetur a suis, nisi in fide erret, aut ipsis privatim noceat. p. 173. ipsorum liberi an capaces hæreditatis. p. 200. filius non nunquam successit Patri. p. 229. ob crimen deponitur. p. 699.

S. Equitius Abbas. p. 463.
Evchariſtia. Eſt Divinum Sacrificium. p. 9. aſſervatur. p. 528. particulæ remanentes dantur pueris. p. 703.
Eugenius Carthaginenſis. p. 1. ejusEpiſtola, & exilium. p. 24. revocatur. p. 57.
Euphemius Conſtantinopolitanus. p. 62. non recipitur ad Communionem. p. 75. ejicitur. p. 118.
Euphraſius Antiochenus. p. 374. obit. p. 422.
Euſtochius Jeroſolymitanus. p. 701.
S. Eutychius Conſtantinopolitanus. p. 705.
Excommunicatio. Eſt minor cenſura quam anathema. p. 173.
Exemptio Monaſteriorum. p. 409.

F.

Facundus. Liber defendens tria capitula. p. 675.
Fauſtus Rejenſis. Ejus Libri de Gratia quales. p. 365. ſunt hæretici. 375.
S. Felix II. Legatos mittit Conſtantinopolim. p. 42. damnat eos, & Petrum Mongum. p. 44. damnat Acacium. p. 47. Epiſtola ad Eccleſiam Africanam. p. 57. obit. p. 73.
S. Felix III. p. 421. obit. p. 467.
S. Ferreolus. Regula ipſius. p. 779.
Flavianus Antiochenus. p. 120. Neſtorianiſmi accuſatur. p. 177. Schiſmaticus. p. 231. ejicitur. p. 267. obit in Exilio. p. 316.

Flavi-

Flavita Constantinopolitanus. p. 61.
Francorum primi Reges. p. 138.
S. Fulgentius. Ejus vita. p. 181. & seqq. Libri. p. 376. secundum ejus exilium. p. 380. alia Opera. p. 382. Libri ultimi. p. 507. obit. p. 512.

G.

Gallia. Ejus Episcopi Sancti. p. 228.
S. Gallus Claromontanus. p. 523.
Gelasius Papa. p. 74. Epistola ad Euphemium. p. 75. Commentarius contra Græcos. p. 79. aliæ Epistolæ. p. 84. ad Imperatorem. p. 88. Decretales. p. 97. aliæ Epistolæ. p. 105. obitus. p. 121. Liber contra Lupercalia. ibid. Sacramentarium. p. 128.
Gennadius Massilienſis Scriptor. p. 85.
Germanus Capuanus Legatus Papæ. pag. 338.
S. Germanus Parisiensis. p. 774.
Gilimer & Hildericus Vandalorum ultimi Reges. p. 542. & seq.
Godomarus S. Sigismundi Frater. p. 398.
Græcia. Ejus Ecclesiæ Catholicæ. pag. 341.
Gundebaldus Rex. Colloquium. pag. 166. obit. p. 302.
Guntamundus Rex Vandalorum. pag. 41. obit. p. 180.

Hil-

H.

Hildericus Rex Vandalorum. p. 388.
Horæ Canonicæ. p. 207.
Horæ diei inæquales. p. 446.
Hormisdas Papa. p. 264. Anastasius Imp. ab eo petit Concilium. p. 274. Mandata Legatorum. p. 275. altera Legatio. p. 288. Monachorum ex Syria ad eum Epistola. p. 312. tertia Legatio. p. 337. Unio Ecclesiæ Constantinopolitanæ. p. 344. Epistolæ. p. 365. obit. p. 390.
Hunericus Rex Vandalorum. Libertatem prædicandi hæresin postulat. p. 2. Catholicos ad colloquium vocat. pag. 12. obit. p. 41.
Hypacius Ephesinus. p. 500.

I.

Ibas. Ejus epistola examinatur. pag. 738.
Iconolastæ. Eorum origo. p. 53. eorum Princeps. ibid. non licet pingere Christum & Angelos. p. 54.
Jerosolyma. Vasa Templi Jerosolymitani remittuntur. p. 544.
JEsus Christus. Ejus Corpus an corruptibile, vel incorruptibile. p. 493. doctrina de duabus naturis. p. 681.
Illyricum. Jurisdictio in hanc Provinciam. p. 473.

Ima-

Imagines Salvatoris & Apoſtolorum. p. 261.
Incorruptibiles ſeu Juliani Sectatores. pag. 494.
Indulgentia. In quo ſenſu. p. 581.
Inſtitutiones Juris. Promulgantur. p. 518.
Joannes Conſtantinopolitanus. pag. 300. damnat Severum. p. 319. unitur Eccleſiæ Romanæ. p. 344. obit. p. 368.
Joannes Jeroſolymitanus Catholicus. p. 293. obit. p. 422.
Joannes Maxentius. Ejus Liber. p. 374.
Joannes Nicajota Alexandrinus Schismaticus. p. 121. & 233. obit. p. 300.
Joannes Papa I. p. 391. Conſtantinopoli. p. 413. obit in carcere. p. 420.
Joannes Papa II. Mercurius. p. 480. ejus epiſtolæ. p. 517. obit. p. 541.
Joannes Papa III. p. 780.
S. Joannes Silentiarius. p. 248.
Joannes Talaja. Perjurii arguitur. pag. 44. in communione Calendionis perſeverat. p. 53.
Iſochriſtæ hæretici. p. 700. & 751.
Juſtinianus. Ad Papam ſcribit. p. 337. Imperator. p. 423. Illius Leges pro Eccleſia. p. 425. Gentiles convertit. p. 481. Africa ei ſubjicitur. p. 542. Edicta contra Origeniſtas. p. 598.
Juſtinus Imp. p. 316. epiſtola ad Papam. p. 337. Unio Eccleſiarum. p. 344. excipit Papam. 414. obit. p. 423.

Lauren-

L.

Laurentius Antipapa. p. 148.
Libri. Quomodo prohibiti. p. 367.
Lupercalia. Quid sint. p. 121.

M.

Macarius Jerosolymitanus. p. 650.
Macedonius Constantinopolitanus. Ab Imperatore intruditur. p. 118. Henotico subscribit. pag. 119. Anastasius Imper. eum persequitur. pag. 176. Catholice loquitur. p. 234. in exilium mittitur. p. 238. obit. p. 300.
Machabæorum Liber unus. p. 101.
Manichæi. Puniuntur. p. 391.
S. Maria. Ejus Purificationis Festum. pag. 615.
Martyres. Eorum, & Sanctorum Acta quomodo corrupta. p. 27. sine lingua loquuntur. p. 32. eorum Acta cujus authoritatis sint. p. 103.
Martyrius Jerosolymitanus. Obit. p. 56.
S. Matrona. In habitu virili. p. 147.
S. Maurus. In Gallia. p. 627.
S. Medardus. p. 526.
Mennas Constantinopolitanus. p. 561. obit. p. 703.

Michaël

Michaël Archangelus. Mortuus. p. 273.
Miſenus. Abſolvitur. p. 116.
Misna. Quid ſit. p. 705.
Miſſa. Ejus antiquitas, & ritus. pag. 128. Canon Miſſæ quam antiquus ſit. p. 136. pro Defunctis. p. 137. Miſſa privata. pag. 202. eam Die Dominica audiendi obligatio. p. 203. Subſtantia Miſſæ contra Proteſtantes clariſſime probatur. ib. Miſſæ privatæ, & pro mortuis. p. 435. Canon ſemper idem. p. 580.
Monachi. Eorum Regula innominata. p. 225. eorum in Palæſtina ad Imperatorem epiſtola. p. 297. in Hiſpania. p. 310. Quæſtio Theologica Monachorum ex Scythia. p. 358. eorum Chorus. p. 443. Labor manuum. p. 446.
Mortui. An poſſint damnari. p. 682. 706. 725. & 731.
Mundus. Semper aliquis fuit. p. 599.

N.

S. *Nicetas* Trevirenſis. p. 524. & ſeq.
Novellæ Juſtiniani. p. 548.

O.

Odoacer. Vincitur, & occiditur. pag. 78. & ſeq.
Ordinationes. Eorum ritus, materia, & forma.

ma. p. 129. manuum impoſitio. pag. 130.
Orientis Status. p. 286. & 320.
Origeniſtæ. In Palæſtina. p. 593. eorum errores. p. 598. & ſeqq. eorum in Palæſtina motus. p. 641.

P.

Palladius Antiochenus. p. 60. obit. pag. 120.
Papa. Ejus ſententia an ſola ſufficiat. p. 81. quomodo ſe habeat reſpectu Concilii Univerſalis. ibid. ad Sedem Romanam appellant omnes, & ab ea nemo ad aliam. ibid. eſt S. Petri Vicarius. p. 82. Pater Patrum. ibid. ejus authoritas. p. 89. an ſit ſupra Concilium. p. 107. quid ſine Concilio. p. 109. ſub Regis Ariani arbitrio. p. 149. ex Jure Divino a nemine judicandus. p. 153. & 158. eſt impeccabilis. p. 171. an poſſit errare in fide. p. 173. ejus authoritas in Oriente. pag. 255. Vicarium conſtituit in Hiſpania. p. 312. & in Luſitania. ibid. Authoritas Papæ in Syria. p. 313. ejus Jurisdictio in profanis Romæ. p. 429. appellatur ad Papam ex Græcia. p. 473. Canones tuetur in omnibus Eccleſiis. ibid. eſt omnium Epiſcoporum caput. p. 506. omnes hæreſes in Oriente a Sede Roma-

na repreſſæ. ibid. an ſit ſupra Canones. p. 554. eſt Pater Patrum, Archiepiſcopus Antiquæ Romæ, & Patriarcha Oecumenicus. p. 562. & ſeq. Vicarium conſtituit in Gallia. p. 637. excommunicatur ab Africanis. p. 674. Vicarii ejus in omnibus Conciliis Univerſalibus præfuerunt. p. 702. in Concilio Conſtantinopolitano Caput, & Pater. p. 740. diſtinctio inter Papam, & Sacram Sedem. p. 743. Decreta illius in Conciliis examinantur. p. 754.

Paſchaſius Scriptor. p. 148.

Patres Eccleſiæ. Quinam recepti. p. 103.

Paulus Alexandrinus. Deponitur. p. 590.

Paulus Antiochenus Catholicus. pag. 348. obit. p. 374.

Peccata. Non remittuntur poſt hanc vitam. p. 383.

Pelagiani. In Dalmatia, & Italia. p. 84. eorum doctrina. ibid.

Pelagius Legatus Pontificis. Paulum Alexandrinum deponit. p. 590.

Pelagius Papa I. p. 761. obit. p. 780.

Petrus Apamienſis. Accuſatur. p. 334.

Petrus Fulo. Reducitur in Sedem Antiochenam. p. 52. conſtituit Epiſcopum Hierapolitanum. p. 53. obit. p. 60.

Petrus Jeroſolymitanus. p. 422. Conſtantinopolim proficiſcitur. p. 644. Edicto

tria capitula damnanti consentit. p. 649. obit. p. 701.
Petrus Mongus. p. 43. damnantur. p. 46. turbas excitat. p. 56. obit. p. 62.
Pœna peccatorum. Remittitur post hanc vitam. p. 383.
S. Porcianus. p. 536.
Possessor Africanus. Ejus epistola. p. 365.
Primasius Carthaginensis. p. 759.
Procopius Scriptor. p. 684.
Protoctistæ seu Tetraditæ. p. 700.

Q.

Quadragesima. Qualis apud Græcos. pag. 651.

R.

Regula S. Aureliani. p. 660.
Regula S. Benedicti. p. 442.
Regula S. Cæsarii. p. 220.
S. Remigius. Obit. p. 528.
Reparatus Carthaginensis. p. 546.
Roma. A Belisario occupatur. p. 575.
S. Romanus. p. 436.

S.

Saba. Regina Sabæ Immirenianos convertit. p. 301.

S. Sabas. p. 65. Constantinopoli. p. 243. ad Imperatorem Ipse & alii Monachi scribunt. p. 296. Eliam Jerosolymitanum invisit. p. 315. Constantinopolim proficiscitur. p. 488. obit. p. 492.
Salustius Jerosolymitanus. p. 56. obit. p. 119.
Samaritanorum seditio. p. 485.
Sancti. Eorum vitæ quænam ab Ecclesia receptæ. p. 103.
Schisma Acacii. Finitur. p. 344.
S. Scholastica. p. 623.
Scriptura Sacra. Librorum Catalogus Gelasii Papæ. p. 101. Apocryphi Libri omnes. p. 104. Scriptura Sacra Judæorum. p. 705.
S. Severinus Agaunienſis. p. 212.
S. Severinus Norici Apostolus. p. 137.
Severus Antiochenus. p. 267. hæreticus. p. 269. damnatur. p. 325. accusatur. p. 331. pellitur. p. 347.
Sidonius Scriptor. p. 87.
Sigismundus Rex Burgundionum. pag. 302. quando conversus. ibid. occisus. pag. 397.
Silverius Papa. p. 574. in exilium mittitur. p. 577. obit. p. 578.
S. Simeon Salus. p. 702.
Sors Sanctorum. Quid sit. p. 204.
Spiritus Sanctus. Est Deus. p. 19.

Stephanus Lariſſæus. Romam appellat. pag. 471.

S. Symmachus Papa. Schiſma. p. 148. Concilium Romæ congregat. p. 149. accuſatur. p. 151. Apologia. p. 170. Orientalium ad eum epiſtola. p. 255. Reſponſio. p. 256. obit. p. 261.

T.

Theobaldus Theodeberti Succeſſor. p. 665. & 697.

Theodatus Rex Gothorum. p. 558.

Theodebaldus & Fratres Filii Clodomiri. p. 398.

Theodebertus Rex in Gallia. p. 528. Vigilium Papam conſulit. p. 581.

Theodora Imperatrix. Eutychiana. p. 557. Vigilium corrumpit. p. 574.

Theodoretus. Defenditur. p. 725.

Theodoricus Galliæ Rex. Treviris. p. 524. obit. p. 526. ejus Filius Theodoricus. ibid.

Theodoricus Italiæ Rex. p. 78. S. Epiphanium mittit Legatum ad Regem Burgundionum. p. 90. Arbiter in Schiſmate. p. 149. & 152. obit. p. 421.

Theodorus Cæſarienſis. p. 595. Monachos perſequitur. p. 644. Papæ contrarius. p. 691. ipſe & factio ejus ſatisfaciunt Papæ. p. 702.

Theodorus Mopsuestenus. Libri ejus examinantur. p. 718.
Theodosius Alexandrinus Schismaticus. pag. 495.
Theodulus Scriptor. p. 55.
Thessalonicenses Seditiosi. p. 351.
Timotheus Alexandrinus Schismaticus. pag. 349. obit. p. 494.
Timotheus Constantinopolitanus. Intruditur. p. 240. varius. p. 264. obit. p. 300.
Totila Rex Gothorum. Coram S. Benedicto. p. 619. Romam capit. p. 652.
Trasamundus Rex Vandalorum. pag. 180. Episcopos in exilium mittit. p. 377.
Tribonianus Jurisconsultus. p. 519.
Trinitas. Unus ex Trinitate crucifixus. p. 358. & 506. tres hypostases, non tres naturæ. p. 592. tres naturæ particulares, & una communis. ibid.
Tripartitum. Historia Ecclesiastica. p. 785.
Tritheitæ hæretici. p. 592.

V.

Vandali. Catholicos persequuntur. p. 5.
Victor Turonensis. Author Chronici. p. 760.
Victor Vitensis. Scripsit de Persecutione Vandalica. p. 6.

Vigilius. A Bonifacio Papa nominatus. p. 468. a Theodora pecunias accipit. pag. 574. eius epistolæ. p. 578. Vicarium constituit in Gallia. p. 637. in Sicilia. p. 652. Constantinopoli. p. 656. epistola ad Aurelianum. p. 667. excommunicatur ab Africanis. p. 674. retractat Judicatum. p. 686. ipsius Constitutum. p. 722. obit. p. 755.

Vigilius Tapsensis. p. 25. ejus Opera sub aliorum nomine. ibid. & seq.

Vitalianus. Arma movet. p. 273. interficitur. p. 366.

Vitalis & *Misenus* Legati Pontificis inobedientes. p. 41.

Vitiges Rex Gothorum. p. 575.

X.

Xenaias Iconoclastarum primus. p. 53. & 231.

Z.

Zathes ex Colchide. Convertitur. pag. 394.

Zeno Imp. Petrum Mongum defendit. pag. 42. & Acacium. p. 53. obit. p. 63.

Zoilus Alexandrinus. p. 590.

ERRA-

ERRATA.

Lib. XXX.

Pag.	20.	pro lata	*Corrige:* Prolata.
	43.	attigit;	advenit.
	117.	auſa	aura.
	119.	in Paphlagonia	in Paphlagoniam.
	142.	procequnt	procedunt.
	179.	Hæc conſtantia	Hac conſtantia.
	187.	verum inter	verum, cum inter.

Lib. XXXI.

Pag.	208.	obſervatur	obverſatur.
	311.	in Not. Salutiferæ	ſalutiferi.
	326.	omninum	omnium.
	359.	locutus	locutos.
	363.	quid reſpondeat	quod reſpondeat.

Lib. XXXII.

Pag.	434.	Dinam	Divinam.
	485.	Civitatis	Civitatibus.
	488.	Tiremes	Triremes.
	548.	Præfectum Prætorium	Præfectum Prætorio.
	552.	Monaſteria	Monaſterio.
	577.	ſubordinatus	ſubornatus.
	590.	Hora	Horam.
	620.	multam	multum.

Lib. XXXIII.

Pag.	625.	in Not. S. Patri Noſtris	S. Patris noſtri.
	642.	Sabaitam	Sarabaitam.
	668.	Cothorum	Gothorum.
	692.	Setentiam	Sententiam.
	698.	veſtris manifeſtis	Veſtris manifeſtetis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FLEURII
HISTORIA
ECCLESIASTICA
TOM. VII.

Th 7
5178
~ 10

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN